De medicina / [Aulus Cornelius Celsus].

Contributors

Celsus, Aulus Cornelius.
Fonte, Bartolommeo, -1490.

Publication/Creation

Florence : Nicolaus Laurentii, Alamanus, 1478.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/h83wgvvm

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Case 2.d.9.
[illegible] 2
5
1 Ro 1/78

A copy in fine calf, not larger than its
print £15.15.— by Sotheran

Size of this copy 29cm.3 x 20cm.5

This copy belonged to Marcellus
Pacificus, who finished reading
it a Venice, 1490.

HC 4835
P 6116.
Pellechet. 3464
Osler. 147
B.M. VI, 627
G.K.W. 6456

Celsus (Aurelius Cornelius)
De medicina [Edited by
Bartholomaeus Fontius.]
Nicolaus Laurentii
Florence
1478

Fg VII.1.

49·E·7

28062

850

PRIMO LIBRO CORNELII CELSI.

DE MEDICINA HAEC CONTINENTVR:

Medicinae inuentio & diuisio: uariaeq; de ea illustrium medicorum opiniones. .CHARTA. .I.

Quemadmodum sanos agere conueniat. VII

Quae stomacho imbecillis seruanda sint. VII

Obseruationes quaedam prout res nouae accidunt: & corporum genera & sexus & aetates & tempora anni sunt. VIII

De iis qui aliqua parte corporis laborant & primum de iis quibus caput infirmum est. XI

De iis qui lippitudine: grauedine: destillatione: tõssilliq; laborant. XII

Ad solutam aluum remedia.

Remedia ad coli dolorem.

Quae agenda sunt stomacho laborantibus. XII

Quid obseruandum sit dolore neruorum laborantibus. XIII

Obseruatio inpestilentia. XIII

LIBRO SECVNDO HAEC CONTINENTVR.

Quae anni tempora: quae tempestatum genera: quae partes aetatis: qualia corpora uel tuta uel morbis oportuna sunt & quod ualitudinis genus inquoq; timeri possit. .CHARTA. XIIII

De signis aduersae ualitudinis futurae. XVI

Quae bona inaegrotantibus signa sint. XVI

Mala signa aegrotantium. XVII

De signis longae ualitudinis. XVII

De inditiis mortis. XVIII

De notis quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit. XIX

Quae notae in quoq; morbi genere uel spem uel periculum ostendant. XXII

De morborum curationibus. XXV

De sanguinis detractione per uenas. XXVI

De sanguinis detractione per cucurbitulas. XXVII

De deiectione. XXVIII

De uomitu. XXIX

De frictione XXIX
De gestatione XXX
De abstinentia
De sudore. XXXI
Qui cibi: potioneſue: aut ualentis. aut mediae: aut imbecillae materiae sint XXXII
Quae natura. & proprietas cuiuſq; rei sit qua uescimur. XXXIII
Quae res boni ſucci sint. XXXIIII
Quae res mali ſucci sint.
Quae res leues. quaeue acres sint.
Quae res craſſiorem. quae tenuiorem pituitam faciunt.
Quae res ſtomacho idoneae ſunt. XXXIIII
Quae res alienae ſtomacho ſunt. XXXV
Quae inflant. aut inflationem leuant.
Quae res aut calfaciunt aut refrigerant.
Quae res intus facile uitiantur uel minime corrumpuntur. XXXV
Quae res aluum mouent. XXXVI
Quae res aluum aſtringant.
Quae res urinam mouent.
Quae res ſomnum mouent. aut ſenſus excitant.
Quae res corpus aut erodant / aut reprimant; aut refrigerent. aut calfaciat aut durent. aut emolliant. XXXVI

TERTIO LIBRO HAEC CONTINENTVR.

De morborum generibus. Charta XXXVII
Quomodo morbi cognoſcantur. & an increſcant. an conſiſtant / an minuantur & qua ratione abinitio qui languere incipit / curari debeat. XXXVII
De febrium generibus. XXXVIII
De curationum diuerſis generibus. XXXIX
De febrium ſpetiebus & ſingularum curationibus / & primo quando cibus febricitantibus dandus ſit. XLI
Quando potiones febricitantibus dari expediat. XLII
Quomodo peſtilentes febres curari debeant XLIIII
Curatio ſemitertianae febris. quae hemitraeos dicitur. XLV
Curatio lentarum febrium. XLV
Remedia in febribus adcapitis dolorem & praecordiorum inflammationem /

& ariditatem & scabritiem linguae. XLVI
Remedia contra frigus quod febrem praecedit. XLVI
Curatio horroris in febribus. XLVII
Curatio quotidianae febris.
Curatio tertianae febris. XLVII
Curatio quartanae febris. XLVIII
Curatio duarum quartanarum. XLVIII
Curatio quotidianae febris: quae ex quartana facta sit. XLVIIII
De tribus insaniae generibus. & primo de eius curatione: quae agraecis phrenesis dicitur. L
Cardiaci morbi curatio. LI
De lethargo & eius curatione. LII
De aqua inter cutem hoc est hydropico morbo. LIII
De tabe & eius speciebus & curationibus. LV
De comitialis morbi curationibus. LVII
De regii morbi curatione. LVIII
De elephantiae curatione.
De attonitis & eorum curatione. LVIII
De resolutione neruorum: quae apoplexia uel paralysi: dicitur LVIIII

QVARTO LIBRO HAEC CONTINENTVR.

De humani corporis interioribus sedibus. CHARTA. LX.
De curationibus morborum: qui nascuntur a capite & primo de cephalea & hydrocephalo eiusq; doloribus. LXII
De morbo qui circa faciē nascitur: quē graeci cynicū spasmū uocāt. LXIII
De resolutione linguae. LXIII
De destillatione ac grauedine. LXIII
De ceruicis morbis curationibusq;. LXIIII
De faucium morbis ac cutationibus & primum de angina. LXV
De difficultate spirandi. LXV
De tussi. LXVI
De stomachi morbis & curationibus. LXVIII
De laterum doloribus. LXIX
De uiscerum morbis & primo de pulmone. LXX
De iocineris morbo & curatione. LXX
De lienis morbo & curatione. LXXI
De renum morbis & curationibus. LXXII

De inteſtinorum morbis & primo de cholera. LXXII
De coeliaco uentriculi morbo. LXXIII
De tenuioris inteſtini morbo. LXXIIII
De morbo inteſtini plenioris.
De torminibus; ideſt dyſenteria. LXXIIII
De leuitate inteſtinorum. LXXV
De lumbricis aluum occupantibus.
De tenaſmo inteſtinorum morbo. LXXV
De uentris fluxu & curatione. LXXVI
De uuluae morbo & curationibus. LXXVII
De nimia profuſione ſeminis exnaturalibus. LXXVIII
De coxarum morbis & curationibus.
De genuum doloribus & cura.
De articulorum doloribus inmanibus pedibuſq;. LXXVIII

QVINTO LIERO HAEC CONTINENTVR.

De ſimplicibus facultatibus quarunc unq; rerum ex quibus medicamenta fi unt; & primo de iis quae ſanguinem ſupprimunt. LXXX
Quae uulnus glutinant.
Quae concoquunt & mouent pus.
Quae aperiunt uulnera. LXXX
Quae purgant. LXXXI
Quae rodunt.
Quae exedunt corpus.
Quae adurunt.
Quae cruſtas ulceribus inducunt.
Quae cruſtas ulceribus reſoluunt.
Quae diſcutiant ea quae inaliqua parte corporis coierunt. LXXXI
Quae euocant & educunt. LXXXII
Quae exaſperata leuent.
Quae carnem nutriunt & ulcus implent.
Quae molliunt.
Quae cutem purgant.
De mixturis ſimplicium rerum; & de ratione ponderum; & quid malagma & emplaſtrum & paſtillus inter ſe differant. LXXXII
DE MAlagmatis & primo malagma aduerſũ calidas podagras. LXXXIII
Malagma ad materiam extrahendam. LXXXIII

Malagma ad iecur dolens. LXXXIII
Malagma ad lienem.
Malagma ad laterum dolores. LXXXIII
Malagma Polyarchi adresoluenda quae astricta sunt: & mollienda quae dura sunt. & digerenda quae coeunt. LXXXIIII
Malagma nilei ad eadem ualens.
Malagma mosci admolliendum.
Malagma medi ad digerenda quae coeunt.
Malagma Panthemi ad eadem.
Malagma Andreae ad strumam.
Aliud malagma ad idem ualens.
Malagma ad strumam & phymata.
Malagma ad strumam & tubera & carcinodas.
Malagma protarchi ad parotidas & fauum & mala ulcera LXXXIIII
Malagma aduersus panum: quod phygetron graeci uocant: & phymata. LXXXV
Malagma aduersus phymata.
Malagma ad supprimendum omne quod abscedit.
Malagma ad sanguinem supprimendum & phymata.
Malagma ad carcinodas & phymata lenienda.
Malagma ad liuorem faciei contusae.
Malagmata stomachica adaperiendum.
Niconis malagma adresoluendum aperiendumq; ac purgandum.
Malagma Aristogenis ad ossa & neruos.
Malagma euticlei adarticulos & ad omnem dolorem. LXXXV
Malagma Sosagorae ad dolores articulorum. LXXXVI
Chrysippi malagma adidem ualens.
Clesipontis malagma ad idē ualens & adparotidas & phymata & strumam.
Malagma adarticulos.
Malagma Aristonis aduersus podagras et recentia phymara etōni sdolores
Theoseni malagma ad pedum dolores.
Numenii malagma ad podagram ceterosq; articulos induratos.
Dexii malagma siquando callus inarticulis increuit.
DE EMPLASRTIS.
Barbarum emplastrum nigrum quod cruētis protinus uulneribus iniicitur
Coicon emplastrum nigrum ad idem ualens. LXXXVI
Basilicon emplastrum nigrum ad idem. LXXXVII
Smaragdinum emplastrum ad idem. LXXXVII

Emplastrum ruffum ad idem. LXXXVII
Paracolleticum emplastrum ad idem.
Cephalicum emplastrum philotae capiti conueniens.
Emplastrum uiride ad idem ualens.
Tetrapharmacum emplastrum ad pus mouendum.
Enneapharmacum emplastrum adpus mouendum & adpurgandum ualens.
Attalum emplastrum aduulnera
Iudaei emplastrum fracto capiti accomodatum.
Diadaphnidon emplastrum ad extrahendum LXXXVII
Aliud diadaphnidon adextrahendum & pus mouendum. LXXXVIII
Philocratis emplastrum ad extrahendum & pus mouendum.
Rhypodes emplastrom adextrahendum.
Emplastrum Hecatei adextrahendum.
Alexandrinum emplastrum uiride adextrahendum.
De emplastris exedentibus.
Emplastrum quod exest corpus & ossa resoluit & super crescentem carnem coercet.
Emplastra aduersus morsus & alia recentiora uulnera.
Erbesium emplastrum rubrum ad idem ualens.
Aliud emplastrum ad idem ualens. LXXXVIII
Leuca emplastra non grauibus uulneribus accommodata & maxime senilibus. LXXXIX
Elefantinum emplastrum.
Lenia emplastra quas liparas graeci uocant.
Emplastrum lene.
Arcagathi emplastrum lene.
Emplastra eiusdem generis ad leniendum apta.
DEPASTILLIS & primo de iis qui adrecentia uulnera glutinanda sanandaq; apti sunt.
Alius pastillus ad glutinanda uulnera.
De sphragide pastillo: quem polybus confecit: adglutinandum uulnus.
Pastillus ad ulcera sordida & nigritiem inauribus: naribus obscenis partibus: inflammationesq; eorum. LXXXIX
Pastillus andronis ad uuam inflammatam & ad naturalia sordida etiam cancro laborantia. LXXXX
Pastillus ad fissa ani: uel ora uenarum fundentia sanguinem uel cancrum. LXXXX
Pastillus ad expellendum calculum cum urina. LXXXX

DEPESSIS. LXXXX
Ad sanguinem euocandum.
Ad uuluam molliendam.
Boeti pessus ad idem ualens.
Ad inflammationem uuluae Numenii pessus.
Ad eiiciendum euulua infantem mortuum.
Si mulier uitio locorum concidit qua curatione utendum sit.
De medicamentis quibus aridis utimur.
Ad carnem supercrescentem exedendam. LXXXX
Ad putrem carnem continendam ne ultra serpat; eamque leniter exedendā
plures compositiones. LXXXXI
Hierae compositio.
Iudaei compositio.
Iollae compositio.
Ad sanguinis profluuia uel exmembrana cerebri uel aliis locis et ad can
crum & ad inducendam cicatricem et ad coercendam carnem crescentem.
Timei compositio adignem sacrum uel ad cancrum.
Ad sternutamenta excitauda.
Gargarizationes quibus fieri debeant. LXXXXI
De antidotis et quibus malis opitulentur. LXXXXII
Compositio antidoti.
Aliud antidotum ambrosia nominatum; quod Sopyrus ptolaemeo regi
composuit.
Antidotum Mithridatis.
DE ACOPIS.
Acopum neruis utile.
Acopum elaeodes neruis utile. LXXXXII
Enchrista adulcera purganda et implenda. LXXXXIII
Ad sacrum ignem.
DE CATAPOTIIS
Catapotium ad somnum accersendum et leuationem doloris et simul adcon
coquendum.
Catapotium ualentius ad somnum.
Catapotium adplurimos dolores per somnum leniendos.
Catapotium aliud admulta ualens.
Catapotiū adinducēdūsomnū quod uulua dolēs phibuit. LXXXXIII.
Adiecur sanandum LXXXXIIII
Ad finiendos dolores lateris.
Ad thoracis dolores finiendos.
Catapotium Anthenionis ad tussim. LXXXXIIII

Catapotium Heraclidis tarentini ad tussim & somnum. LXXXXIIII.
Catapotiũ ad purganda ulcera in faucibus tussientibus.
Collice Cassii medici.
Adinfantem mortuum aut secundas expellendas.
Laborantibus ex partu quid dari debeat.
Ad adiuuandam uocem.
Aduersus difficultatem urinae.
Axteriaces compositio quomodo fiat.
Dequinq; generibus noxarum corporis: & primo deuulneribus: quae maxime per tela inferuntur. .LXXXXIIII.
Quae uulnera insanabilia sint. .LXXXXV.
Quae uulnera difficilem curationem habeant
Quae uulnera tutiorem curationem habeant.
Obseruationes quaedam & aetatis & corporis & uitae & temporis inuulneribus. .LXXXXV.
Signa percussi cordis. .LXXXXVI.
Signa pulmonis icti.
Signa iocineris uulnerati.
Signa percussorum renium.
Signa uulnerati lienis.
Signa percussae uuluae.
Signa percussi cerebri uel membranae eius.
Signa percussi stomachi.
Signa ieiuni intestini & uentriculi uulnerati & aliorum intestinorum.
Signa percussae medullae quae inspina est.
Signa septi transuersi percussi.
Signa uesicae uulneratae. .LXXXXVI.
De sanguine & sanie & pure: & eorum speciebus: quandoq; meliora / deteriora esse sint. LXXXXVII.
Curatio aduersus profusionem sanguinis inuulneribus. LXXXXVII.
Curationes aduersus uulnerum inflammationes. LXXXXVIII.
De glutinatione uulnerum. LXXXXVIII.
Quo modo uulnus ligari conueniat. .LXXXXIIII.
De ratione uictus & notis uulnerũ: curatoibusq; eorũ. LXXXXVIIII.
Curationes propriae articulorum. .C.
Vulnus quomodo purgandum est. .C.
Quomodo uulnus implendum est. .C.
De uulneribus: quae extrinsecus per uulnera incidunt: curationibusque eorum. .CI.
Curatio ulceris. .CI.

Curatio erisipelarum. .CI.
Curatio cangrenae. .CII.
Quomodo cicatrix uulneri inducenda purgandaq; sit. .CII.
De uulneribus: quae per morsus inferuntur: eorumq; curationibus. .CIII.
Curatio aduersus rabiosi canis morsum. .CIII.
Curationes communes aduersus omnes morsus serpentium. .CIII.
Spetiales curationes aduersus ictus serpentium & primo aduersus ictus aspidis. .CIIII.
Aduersus ictum scorpionis.
Aduersus aranei & scorpionis ictum.
Aduersus chelydri ictum & Cerastis .CIIII.
Aduersus phalangii ictum. .CV.
Aduersus ictus italorum anguium: qui minus terribiles peregrinis sunt.
Remedium generale aduersus omnia uenena: & primo aduersus cantharidas
Aduersus cicutam.
Aduersus hyoscyamum.
Aduersus caerussam.
Aduersus sanguisugam si epota est: & lac quod intus coiit.
Aduersus fungos inutiles.
De adustis corporis locis & quomodo curari debeant. .CV.
De interioribus ulceribus: quae aliqua corporum parte corrupta nascuntur .CVI.
De carcinomate & eius curatione. .CVI.
De theriomate & eius curatione. .CVII.
De sacro igne & eius curatione. .CVII.
De chironeo ulcere & eius curatione. .CVIII.
De ulceribus: quae ex frigore inpedibus & manibus oriuntur & eorum curationibus. .CVIII.
De struma & eius curatione. .CVIII.
De furunculo & eius curatione. .CIX.
De phymate & eius curatione. .CIX.
De phlygetro & eius curatione. .CIX.
De fistulis & earum generibus & curationibus. .CX.
De melicera. .CXI.
De achrocordone & Thymio & Myrmetio & clauo: curationibusq; eorum. .CXII.
De pustularum generibus & earum curationibus. .CXII.
De scabie & eius curatione. .CXIII.
De impetiginis spetiebus & curationibus. .CXIII.
De papulis & earum curationibus. .CXIIII.

Deuitiligínis ſpetiebus: ideſt de Alpho & Mela & Leuce & earum cura
tione. CXIIII.

SEXTO LIBRO HAEC CONTINENTVR.

Deuitiis ſingularum corporis partium & primo decapillis fluentibus.
. CXV.

Deporrigine & eius curatione.
De ſycoſi & eius curatione.
De areis & earum curationibus. CXV.
De uaris & lenticulis & ephelide & eorum curationibus. CXVI
De oculorum morbis curationibuſq; eorum: et primo de iis morbis: qui
lenibus medicrmentis curantur. CXVI
De diuerſis oculorem colliriis. CXVII
Philonis collirium. CXVIII
Dyoniſii collirium.
Cleonis collirium.
Theodoti collirium acharíſtum appellatum.
Cythion uel Tephion collirium.
Euelpidis collirium trygodes nominatum. CXVIII
Nilei collitium omnium optimum. CXIX
De carbunculis oculorum & eorum curatione. CXIX
De puſtulis oculorum & curatione eorum CXX
Phylaetos collirium ad puſtulas oculorum.
De ulceribus oculorum & eorum curatione et de diabalano collirio.
Curatio oculorum aliquo caſu imminutorum.
Depediculis palpebrarum.
De oculorum grauioribus morbis: qui exinflammationibus oriuntur: et
ualidioribus medicamentis curantur: et de Andreae collirio et de diacera
to. CXX
Memigmenon euelpidis collirium. CXXI
De oculorum ulceribus ſupercreſcentibus: ſordidis: cauis: ueteribus: et
decurationibus ſingulorum.
Smilion collirium.
Phinon collirium euelpidis.
Sphaerion collirium Euelpidis.
Liquidum euelpidis collirium.
De cauis oculorum ulceribus et curationibus.
Hermonis collirium. CXXI
De cicatricibus oculorum: quae exulceribus factae ſunt: et quomodo cura

ri debeant: & de Asclepia & Canopite & pixino collirijs CXXI
De alio genere inflammationis oculorum. CXXII
Caesarianum collirium.
Hieracis collirium.
De xerophtalmia genere lippitudinis.
Rhinton collirium. CXXII
Ad oculos scabros colliria. CXXIII
Ad cartilaginem oculorum: quae propter lippitudinem oritur: remedia & collyria.
Diacrocu collirium.
Ad cartilaginem oculorum: quae propter senectutem aut aliam imbecillitatem fit.
De suffusione oculorum: quae hypochysis dicitur.
De resolutione oculorum: quae paralysis dicitur. CXXIII
De mydriasi oculorum. CXXIIII
De imbecillitate oculorum.
Ad oculos qui extrinsecus offenduntur: cum sanguine suffusi sunt.
De aurium morbis & curationibus. CXXIIII
Aduersus aurium uermes. CXXVI
Ad compressa aurium foramina.
Ad grauem auditum.
Ad sonitum aurium intra se ipsas. CXXVI
Ad ea quae in aurem inciderant extrahenda. CXXVII
De narium morbis et curationibus. CXXVII
De dentium dolore & curationibus. CXXVIII
De Tonsillis & earum cura. CXXIX
De oris ulceribus & curationibus & quae antherae sint. CXXIX
De linguae ulceribus. CXXX
De Parotidibus gingiuarum tuberculis: De que aliis ulceribus gingiuarum. CXXX
De uuae morbo & curatione. CXXXI
De cancro oris. CXXXI
De parotidibus quae sub auribus oriuntur. CXXII
De umbilici prominentis curatione.
De obscenarum partium uitiis & curationibus.
De colis morbis & curationibus. CXXXII
De cancri qui in cole nascitur curatione. CXXIII
Esphagaedenae incole nascentis curatione. CXXXIII

De carbunculo qui incole nascitur. CXXXIIII
De testiculorum morbis & eorum curatione.
De ragadiis.
De condilomate. CXXXIIII.
De haemorroidis. CXXXV
Si anus uel os uuluae procidit qua curatione utendum sit.
De ulcere fungo simili inano.
De digitorum ulceribus. CXXXV

SEPTIMO LIBRO HAEC CONTINENTVR.

De chirurgica & qui ineam claruerint : & qualis esse chirurgus debeat : & quid hoc in libro describatur. CXXXVI
De luxatis. CXXXVII
De iis quae per se intumescunt quomodo excidenda & curanda sunt. CXXXVII
De bonis malisue signis exulceratorum. CXXXVIII
De fistulis.
De ani fistulis. CXXXIII.
De talis e corpore extrahendis CXL
De gangiliis & meliceride & heromate & steathomate capitis tuberculis. CXLI
De oculorum uitiis ; quae scalpello & manu curantur. CXLII
De crithe tuberculo palpebrarum.
De chalazia palpebrarum.
De ungue oculorum ; quod pterigion a graecis uocatur. CXLII
De enchati tuberculo. CXLIII
De ancyloblepharo oculorum uitio.
De aegylopa fistula oculorum. CXLIII
De pilis palpebrarum oculum irritantibus. CXLIIII.
De glaucophthalmo oculorum. CXLIIII
De ectropio. CXLV
De staphylomate oculi.
De clauis oculorum.
De natura oculorum & de eorum suffusione. CXLV
De pituita oculorum. CXLVI
De aurium morbis qui manu & scalpello curantur. CXLVII
Curta in auribus labrisque ac naribus quomodo sarciri & curari possint.

CXLVIII
De polypi curatione per ferrum. CXLVIII
De Ozena. CXLVIIII
De oris uitiis quae manu & ferro curantur & primo de dentibus. CXLVIIII
De uua. CL
De lingua.
De abscessu sub lingua.
De labris.
De ceruicis uitiis & curatione.
De umbilici uitiis. CL
Quomodo aqua hydropicis emittatur. CLI
De intestinorum uulneratorum curationibus. CLII
De interiore parte abdominis rupta: & qua ratione curanda sit. CLIII
De uaricibus uentris.
De testiculorum natura & morbis eorum. CLIII
De testiculorum curationibus communibus: & primo de incisione & curatione inguinis uel scroti. CLIIII
De intestini curatione. CLVI
De omenti curatione. CLVII
De ramicis curatione. CLVII
De carne: quae inter tunicas testiculorum concreuit.: et de neruo indurato. CLVIII
De ramice inguinis.
Ad tegendam glandem colis si nuda est. CLVIII
Quomodo glans penis contecta aperiri possit. CLVIIII
Infibulandi ratio.
De urinae reddendae difficultate et decalculo curationibusq; eorum.
Quae curatio calculosis adhibeatur. CLVIIII
Signa calculorum uel harenosorum uel mollium. CLXI
De calculis foeminarum. CLXI
Quae curatio calculo euulso habenda sit. CLXII
De cancro qui excisa uesica nascitur: et qua curatione uti deceat. CLXIII
Si naturalia foeminarum concubitum non admittunt quomodo curari conueniat. CLXIIII
Qua curatione partus emortuus exutero excutiatur. CLXIIII
De ani uitiis et eorum curatione. CLXV
De condilomatum curatione. CLXVI
De uaricum curatione. CLXVI.

Curatio digitorum coherentium. CLXVII
De cangrenae curatione. CLXVII

OCTAVO LIBRO HAEC CONTINENTVR.

De positu & figura totius humani corporis. CHRTA CLXVII
Ossa uitiata & corrupta qbus signis cognoscant' & q̄ curatõe curẽtur. CLxx
Quomõ os excidatur & de modiolo & terebraferramẽtis ad id patis. CLxxI
De caluariae curatione. CLXXII
De narium fractarum curatione. CLXXV
De aurium fractarum curatione. CLXXVI
De maxillae fractae curatione; deq̄ quibusdam ad omnia ossa pertinentibus. CLXXVI
De iuguli fracti curatione. CLXXVII
De costarum fractarum curatione. CLXXVII
De spinae curatione. CLXXVIII
De humerorum; brachiorum; femorum; crurum; digitorumq̄ fractorum uel euulsorum communibus curationibus. CLXXVIII
De fracti humeri curatione. CLXXIX
De brachii fracti curatione. CLXXX
De crurum femorumq̄ fractorum curatione.
De fracti digiti curatione.
Communes curationes ad humeros; brachia; crura; femina; digitosq̄ confractos pertinentes. CLXXX
De luxatis ossibus. CLXXXI
De maxillae luxatae curatione. CLXXXIII
De capite luxato.
De spina luxata. CLXXXIII
De humero luxato. CLXXXIIII
De cubiti luxati curatione. CLXXXV
De manu luxata.
De palma.
De digitis.
De femore. CLXXXV
De genu. CLXXXVI
De talo. CLXXXVI
De planta. CLXXXVII
De digitis. CLXXXVIII

FINIT TABVLA.

BARTHOLOMEVS FONTIVS SAXETTO SVO.S.

Ex omnibus ingenii monumentis nullum Saxette latius / aut aeternius litterarum inuentione consensu omnium reperitur. Nam cum humanae memoriae sempiterna monumenta litterae sint: nisi eas primum aegyptii repperissent: deinde Cadmus ephoenicia ingraeciam: mox Euander & Demaratus initaliam transtulissent: quaecunque maiores nostri factitauerunt / iam pridem inocculto laterent. Animorum enim nostrorum sensus rerumq; gestarum historiam exprimunt: & ut quaeq; uel iuenta uel facta sunt / ita ef fingunt posteritati que transfundunt. Summis itaq; laudibus in primis inuentores litterarum sunt prosequendi: deinde etiam librorum impressores non negligendi. Nam cum sua industria & labore antiquis ac nouis scriptoribus aeternitatem concedant: studiosisq; uiris in magna librorū copia utilitatem nō paruam ferāt: meritam laudem referre debent. Ab his ego: ut multorum utilitati consulerem: Cornelii Celsi scriptoris grauissimi atq; eloquentissimi demedicina libros imprimendos curaui. Inquibus tanta fide & diligentia usus sum ut manes Cornelianos nobis gratiam habituros: cunctos autem medicinae ac litterarum percupidos certe acturos existimem. Nam cum eius libri pluribus essent in locis temporum iniuria mutilati atq; iuersi: uetustis exemplaribus tua opera e gallia conquisitis in unum omnia saepius conferēs inanti quum ferme statum redegi. Celsum igitur squallidum antea & deformem / renouatum nunc & iam prope insuam faciem restitutum obeam maxime causam adte mitto: ut cum particeps mecum ineo corrigendo laboris fueris: ineodem nunc meliore comptiore que hospite relegendo partem etiam capias uoluptatis. Vale.

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER INCIPIT

T alimēta ſanis corporibus agricultura: ſic ſanitatem aegris medicina promittit. Haec nuſq̄ quidem nō eſt. Siquidem etiam imperitiſſimæ gētes herbas/alia que prōpta in auxiliū uulnerū/morborū que nouerūt. Verūtamē apud græcos aliquanto magis q̄ in cæteris nationibus exculta eſt, ac ne apud hos quidē a prima origine: ſed paucis antenos ſaeculis: ut pote cum uetuſtiſſimus auctor Aeſculapius celebretur. Qui quoniam adhuc rudem & uulgarem hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit: indeorum numerum receptus eſt. Huius deide duo filii Podalirius & Machaō bello troiano ducem Agamemnonē ſecuti non mediocrem opem commilitonibus ſuis attulerunt. Quos tamen Homerus nō inpeſtilentia: neq̄ inuariis generibus morborum aliquid attuliſſe auxilii: ſed uulneribus tantū modo ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe propoſuit. Ex quo apparet has partes medicinæ ſolas ab his eſſe tentatas: easq̄ eſſe uetuſtiſſimas. Eodem uero auctore diſci poteſt morbos tum adiram deorum immortalium relatos eſſe: & ab iiſdem opem poſci ſolitam. Veri que ſimile eſt inter non nulla auxilia aduerſæ ualitudinis plerūq̄ tamē eam bonam cōtigiſſe ob bonos mores: quos neq̄ deſidia/neque luxuria uitiarant. Siquidem hæc duo/corpora prius ingræcia: deinde apud nos afflixerunt. Ideo que multiplex iſta medicina/neq̄ olim/neq̄ apud alias gentes neceſſaria/ux aliquos exbonis adſenectutis pricipia perducit. Ergo etiā poſt eos/dequibus retuli nō nulli clari uiri medicinam exercuerunt: donec maiore ſtudio litterarum diſciplina agitari coepit. quæ ut animo præcipue ōnium neceſſaria/ſic corpori inimica eſt. Primoq̄ medendi ſcientia/ſapientiæ pars habebatur. ut & morborum curatio & rerum naturæ contemplatio ſub iiſdem auctoribus nata ſit. Scilicet iis hanc maxime requirentibus: qui

corporum ſuorum robora in quieta cogitatione/nocturna que ui gilia minuerant. Ideo que multos exſapientiæ profeſſoribus peri tos eiusfuiſſe accepimus. Clariſſimos uero ex iiſ Pythagoram & Empedoclem & Democritum. Huiuſ autem/ut quidã crediderũt/ diſcipulus Hippocrates cous/primus quidem exomnibus memori a dignus ab ſtudio ſapientiae diſciplinam hanc ſeparauit/uir & arte & facundia inſignis. Poſt quem Dioclef cariſtiuſ: deinde Praxagoras & Chryſippuſ: tum Herophiluſ & Eraſiſtratuſ ſic ar tem hanc exercuerunt: ut etiam indiuerſas curandi uiaſ proceſſe rint. Iiſdem que temporibus intres partis medicina diducta eſt: ut una eſſet quæ uictu: altera quæ medicamentis: tertia quæ manu mederetur. Pri mam diaeteticam/ſecundam pharmaceuticam/ter tiam chirurgicam græci nominauerunt. Eiuſ autẽ/quæ uictu mor bos curat longe clariſſimi auctores etiam altiuſ quaedam agitare conati rerum quoq; naturae ſibi cognitionem uendicauerunt: tan quam ſine ea trunca & debiliſ medicina eſſet. Poſt quos Serapi on primus omnium nihil hanc rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam profeſſus/inuſu tantum & experimentiſ eam poſu it. Quem Apollonius & Glauciaſ & aliquanto poſt Heraclides tarentinus & aliqui non mediocreſ uiri ſecuti ex ipſa profeſſione ſe empiricos appellauerunt. Sic in duas partis ea quoque/quae uictu curat/medicina diuiſa eſt: aliis rationalem artem: aliiſ uſũ tantũ ſibi uendicantibuſ: nullo uero q̃cq̃ poſt eos/qui ſupra cõpre henſi ſunt/agitante/niſi quod acceperat: donec Aſclepiadeſ me dendi rationem exmagna parte mutauit. Ex cuiuſ ſucceſſoribus Themiſon nuper ipſe quoque quaedam inſene ctute deflexit. Et per hos quidem maxime uiroſ ſalutaris iſta nobis profeſſio in creuit. Quoniam autem ex tribus medicinae partibus ut difficil lima: ſic etiam clariſſima ẽ ea: quae morbiſ medetur: ante omnia de hac dicendum eſt. Et quia prima inea diſſenſio eſt: quod alii ſibi experimentorum tantummodo notitiam neceſſaria m eſſe contendunt: alii niſi corporum rerum que ratione comperta non ſatis potentem uſũ eſſe proponunt: indicandum eſt quæ maxime exutraq; parte dicantur: quo facilius noſtra quoq; opinio iterpo

ri possit. Igitur hi qui rationalem medicinam profitentur: hæc necessaria esse proponunt: abditarum & morbos continentium causarum notitiam: deinde euidentium: post hæc etiam naturalium actionum: nouissime partium interiorum. Abditas causas uocant inquibus requiritur exquibus principiis nostra corpora sint: quid secundam: quid aduersam ualitudinem faciat. Neq; enim credunt posse eum scire quomodo morbos curare conueniat: qui unde hi sint, ignoret. Neq; esse dubium, quin alia curatione opus sit: si ex quattuor principiis uel superans aliquid uel deficiens aduersam ualitudinem creat: ut quidam ex sapientiæ professoribus dixerunt. alia si inhumidis omne uitium est: ut Herophilo uisum est. alia si in spiritu: ut Hippocrati. alia si sanguis ineas uenas, quæ spiritui accommodatæ sunt: transfunditur & inflammationem quam græci phlegmone nominant: excitat: ea quæ inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est: ut Erasistrato placuit. alia si manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter claudunt: ut Asclepiades contendit. Eum uero recte curaturum, quæm prima origo causæ non fefellerit. Neq; uero inficiantur experimenta quoq; esse necessaria. Sed ne adhæc quidem aditum fieri potuisse, nisi abaliqua ratione cõtendunt. Nõ. n. quidlibet antiquiores uiros ægris inculcasse, sed cogitasse quid maxime conueniret: & id usu explorasse, quod ante coniectura aliqua duxisset. Neq; interest an nunc iam pleraq; explorata sint: si a consilio tamen coeperunt. Et id quidem inmultis ita se habere. Sæpe uero etiam noua icidere genera morborum: inquibus nihil adhuc usus ostenderit. Et ideo necessarium sit animaduertere ũde ea coeperint, sine quo nemo mortalium reperire possit, cur hoc q̃ illo potius utatur. Et ob hæc quidem inobscuro posita causas persequuntur. Euidentes uero has appellant: inquibus quærunt initium morbi calor attulerit an frigus: fames an satietas: & quæ similia sunt. Occursurum enim uitio dicunt eum qui originem non ignorarit. Naturales uero corporis actiones appellant perquas spiritum trahimus & emittimus: cibum potionem que & assumimus & concoquimus. Itẽ que perquas eadem, haeq; inomnes membrorum partes digeruntur

Tum requirunt etiam quare uenæ noſtræ modo ſubmittant ſe: modo attollant. quæ ratio ſomni/quæ uigiliæ ſit. Sine quorum notitia neminẽ putant uel occurrere: uel mederi morbis inter hæc naſcentibus poſſe. Exquibus q̃ maxime pertinere ad rem concoctio uidetur. Huic potiſſimum inſiſtunt: & duce alii Eraſiſtrato atteri cibum inuentre contendunt. alii Pliſtonico Praxagoræ diſcipulo putreſcere. alii credunt Hippocrati p̃ calorem cibos concoqui. Accedunt que Aſclepiadis aemuli: qui omnia iſta uana & ſuperuacua eſſe proponunt. Nihil enim cõcoqui: ſed crudam materiã ſicut aſſũpta eſt incorpus õne diduci. Et haec quidem inter eos parum conſtant. Illud uero cõuenit: alium dandum cibum laborantibus/ſi hoc: aliud/ſi illud uerum eſt. Nam ſi teritur itus: eum quærendum eſſe/qui facillime teri poſſit. Si putreſcit: eum ĩ quo hoc expeditiſſimum eſt. Si calor concoquit: eum qui maxime calorem moueat. At nihil exhis eſſe quaerendum/ſi nihil concoquitur. Ea uero ſumenda: quae maxime manent qualia aſſũpta ſunt. Eademq̃ ratione cum ſpiritus grauis eſt: cum ſomnus aut uigilia urget: eum mederi poſſe arbitrantur: qui prius illa ipſa qualiter eueniant perceperit. Præter haec cum ĩ interiobus partibus & dolores & morborum uaria genera naſcantur: neminem putant his adhibere poſſe remedia: quae ipſe ignoret. Neceſſarium ergo eſſe incidere corpora mortuorum: eorumq̃ uiſcera atque inteſtina ſcruptari. longe que optime feciſſe Herophilum & Eraſiſtratum/qui nocentes homines a regibus ex carcere acceptos/uiuos inciderint: Conſiderarint que etiã ſpiritu remanente/ea quæ natura ante clauſiſſet: eorumq̃ poſituram: colorem: figuram: magnitudinem: ordinem: duritiem: mollitiem: liuorem: cõtactum: proceſſus deinde ſingulorum & receſſus: & ſiue quid inferitur aliteri: ſiue quid partem alterius inſe recipit. Neq̃ enim cum dolor intus incidit: ſcire quid doleat eum: qui qua parte quodq̃ uiſcus inteſtinum ue ſit/non cognouerit. Neque curari id quod aegrum ẽ poſſe abeo: qui quid ſit/ignoret. Et cum per uulnus alicuius uiſcera patefacta ſunt: eum qui ſane cuiuſq̃ colorem partis ignoret/neſcire quid integrum/quid corruptum ſit. Ita ne ſuccur

rere quidem posse corruptis. Aptius que extrinsecus imponi reme dia compertis interiorum et sedibus & figuris/cognita que eorum magnitudine. Similes que omnia quæ posita sunt rationes habe re. Neque esse crudele sicut plerique proponunt/hominum nocen tium & horum quoque paucorum suppliciis remedia populis inno centibus saeculorum omniū quæri. Contra ii/ qui se empiricos ab experientia nominant euidentes quidem causas ut necessarias am plectuntur. Obscurarum uero causarum & naturalium actionum quæstionem ideo superuacuam esse contendunt/quoniam incom prehensibilis natura sit. Non posse uero comprehendi: patere ex eorum/qui de iis disputarunt/discordia: Cum deista re/neque in ter sapientiæ professores/neque inter ipsos medicos conueniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat/q̄ herophilo? Cur hu ic potius/q̄ Asclepiadi? Si rationes sequi uelit: omnium posse ui deri non improbabiles. Si curationes: abomnibus his aegros per ductos esse ad sanitatem. Ita neq; disputationi/neq; auctoritati cuiusq̄/fidem derogari oportuisse. Etiā sapientiae studiosos ma ximos medicos esse/si ratiocinatio hoc faceret. nunc illis uerba supereſſe; deesse medendi scientiam'. Differre quoq; pro natura locorum/genera medicinae: & aliud opus esse romae: aliud inae gypto: aliud ingallia. Quod si morbos eae causae facerent/quæ ubiq; eaedem essent: remedia quoq; ubiq; eadem esse debuissent. Saepe etiā causas apparere: ut puta/lippitudinis/uulneris: neque exbis patere medicinam. Quod si scientiam hanc non subiiciat e uidens causa: multo minus eā posse subiicere/quæ indubio est. Cū igitur illa incerta/incomprehensibilis sit: a certis potius & ex ploratis petendum esse praesidium: ideſt his/quæ experientia in ipsis curationibus docuerit: sicut incaeteris ōnibus artibus. Nam ne agricolam quidem/aut gubernatorē disputatione/sed usu fie ri. Ac nihil istas cogitationes admedicinam pertinere/eo quoque disci: quod qui diuersa de his senserint: ad eandem tamen sanita tem homines perduxerint. Id enim feciſſe/quia non ab obscuris causis/neque a naturalibus actionibus: quae apud eos diuersæ e rant: sed ab experimentis pro ut cuique responderant: medendi

uias traxerint. Ne inter initia quidem abiſtis quæſtionibus deductam eſſe medicinam: ſed ab experimentis. Aegrorum enim qui ſine medicis erant / alios propter auiditatem primis diebus protinus cibum aſſumpſiſſe: alios propter faſtidium abſtinuiſſe: leuatum que magis eorum morbum eſſe / qui abſtinuerant. Item que alios inipſa febre aliquid ediſſe: alios pauloãte eam: alios poſt remiſſionem eius. optime deinde his ceſſiſſe / qui poſt finem febris id fecerint. Eadem que ratione / alios inter principia ptinus uſos eſſe cibo pleniore: alios exiguo: grauiores que eos factos / qui ſe implerent. Hæc / ſimilia que, cum quotidie inciderent: diligentes homines notaſſe quae plerunq; melius reſpõderent: deinde aegrotantibus ea praecipere coepiſſe. Sic medicinam ortam / ſub inde aliorum ſalute / aliorum interitu pernitioſa diſcernentem a ſalutaribus. Repertis deinde iam remediis homines de rationibus eorũ diſſerere coepiſſe: nec poſt rationem / medicinam eſſe inuentam: ſed poſt inuentam medicinam / rationem eſſe quaeſitam. Requirere etiam ſi ratio idem doceat quod experientia / an aliud. Si idẽ / ſuperuacuam eſſe. Si aliud / etiam contrariam. Primo tamen remedia exploranda ſumma cura fuiſſe. nunc uero iam explorata eſſe: neq; ulla / aut noua genera morborum reperiri: aut nouam deſiderari medicinam. Quod ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum: non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris: ſed eum protinus uiſurum / cui morbo id proximum ſit: tentaturumq; remedia ſimilia illis / quae uicino malo ſaepe ſuccurrerint: & per eius ſimilitudinem opem reperturum. Neq; .n. ſe dicere conſilio medicum non egere: & inrationale animal hanc artem poſſe praeſtare: ſed has latentium rerum coniecturas adrem non pertinere: quia non interſit / quid morbum faciat: ſed quid tollat. Neque adrem pertineat quomodo: ſed quid optime digeratur: Siue hac decauſa concoctio incidat / ſiue de illa: & ſiue cõcoctio ſit illa / ſiue tantum digeſtio. Neq; quaerendum eſſe quomodo ſpiremus: ſed quid grauem / tardum que ſpiritũ expediat. Neque quid uenas moueat: ſed quid quaeque motus genera ſignificent. Hæc autem cognoſci experimentis: & in omnibus eiuſmo

di cogitationibus inustaq; partē differi posse. Itaq; ingenium & facundiam uincere: morbos autem non eloquentia / sed remediis curari. Quæ siquis elinguis / usu discreta bene norit: hunc aliquā to maiorem medicum futurum: q̄ si sine usu linguam suam exco luerit. Atq; ea quidem / dequibus est dictum / superuacua esse tan tummodo. Id uero quod restat, etiam crudele: uiuorum hominum aluum atq; præcordia incidi: & salutis humanae præsidem artem non solum pestem alicui / sed hanc etiam atrocissimam inferre: cum præsertim ex his / quæ tanta uiolentia quærantur / alia non possint omnino cognosci: alia possint etiam sine scelere. Nam colorem: liuorem: mollitiem: duritiem: similia que omnia non es se talia inciso corpore / qualia integro fuerint. quia cum corpori bus inuiolatis: hæc tamen metu: dolore: inedia: cruditate: lassitu dine: mille aliis mediocribus affectibus sæpe mutentur: multo ma gis uerisimile est interiora: quibus maior mollities / lux ipsa no ua sit: subgrauissimis uulneribus & ipsa trucidatione mutari. Ne q; quicq̄ esse stultius / q̄ quale quidq; uiuo homine est: tale existi mare esse mo riente / immo iam mortuo. Nam uterū quidem qui minus adrem pertineat spirante homine posse diduci? Simulatq; uero ferrum adpraecordia accessit: & discissum transuersum sep tum est: quod membrana quadam superiores partes ab inferiori bus diducit (diaphragma græci uocāt) hominem protinus animā amittere. Ita demum mortui praecordia & uiscus omne inconspec tum latrocin antis medici dari: quod necesse sit tale esse / quale mortui sit / non quale uiui fuit. Itaq; consequi medicum: ut ho minem crudeliter iugulet: non ut sciat qualia uiui uiscera habea mus. Siquid tamen sit / quod adhuc spirante homine conspectui subiiciatur: id sæpe casum offerre curantibus. Interdum enim gla diatorem inharena: uel militem inacie: uel uiatorem a latronibus exceptum sic uulnerari / ut eius interior aliqua pars aperiatur: & inalio alia: ita sedem: positum: ordinem: figuram: similia que co gnoscere prudentem medicum non caedem / sed sanitatem moli entem: id'que per misericordiam discere / quod alii dira crudeli tate cognouerint. Ob hoc ne mortuorum quidem laceratione ne

ceſſariam eſſe. Quae & ſi non crudelis: tamen foeda ſit: cum alitet pleraq; inmortuis ſe habeant. Quantum uero inuiuis cognoſci poteſt ipſa curatio oſtendat. Cum hæc per multa uolumina / per que magnæ contentionis diſputationes a medicis ſaepe tractata ſint atq; tractentur: ſubiiciendum eſt quæ proxima uero uideri poſſint. Ea neq; addicta alterutri opinioni ſunt: neq; abutraq; nimium abhorrentia: media quodāmodo inter diuerſas ſententias. Quod inplurimis contentionibusdeprehendere licet ſine ambitione uerum ſcruptantibus: ut inhac ipſa re. Nam quæ demum cauſæ uel ſecundam ualitudinem praeſtent: uel morbos excitent: quo modo ſpiritus / aut cibus uel detrahatur uel digeratur: ne ſapientiæ quidem profeſſores ſcientia comprehendunt: ſed coniectura perſequuntur. Cuius autem rei non eſt certa notitia: eius opinio certum reperire remedium non poteſt. Verum que eſt adipſam curandi rationem nihil plus conferre / q̄ experientiam. Quanq̄ igitur multa ſint adipſas artes proprie non pertinentia: tamen eas adiuuat excitando artificis ingenium. Itaque iſta quoque naturæ rerum cōtemplatio quanuis non faciat medicum apriorem: tamē medicinæ reddit profectum. Veri que ſimile eſt & Hippocratem & Eraſiſtratum / & quicunque alii non contenti febres & ulcera agitare / rerum quoque naturam exaliqua parte ſcruptati ſunt: non ideo quidem medicos fuiſſe: uerum ideo quoque maiores medicos extitiſſe. Ratione uero opus eſt ipſi medicinæ: & ſi non inter obſcuras cauſas / neque inter naturales actiones: tamen ſæpe. Eſt. n. hæc ars coniecturalis: neque reſpondet ei plerunque non ſolum coniectura / ſed etiam experientia. Et interdum non febris / non cibus / non ſomnus ſubſequitur ſicut aſſueuit. Rarius / ſed aliquando / morbus quoque ipſe nouus eſt: quem non incidere / manifeſte falſum eſt: cum ætate noſtra quædam exnaturalibus partibus carne prolapſa & arente / intra paucas horas expirauerit: Sic ut nobiliſſimi medici / neq; genus mali / neq; remedium inuenerint. Quos ego nihil tentaſſe iudico: quia nemo in ſplendida perſona periclitari coniectura ſua uoluerit: ne occidiſſe / niſi ſeruaſſet: uideretur. Veri tamen ſimile eſt: potuiſſe aliquid cogitare detracta ta

si uerecundia: & fortasse responsurum fuisse id quod aliquis est sset expertus. Ad quod medicinæ genus neque semper similitudo aliquid confert: & siquando confert: tamen id ipsum rationale est inter multa similia genera & morborum & remediorum cogitare / quo potissimum medicamento sit utendum. Cum igitur talis res incidit / medicus aliquid oportet inueniat: quod non utiq; fortasse / sed sæpius tamen etiã respondeat. Petet autem nouum quoq; consilium non ab rebus latentibus (istæ enim dubiæ & incertae sunt:) sed ab his quae explorari possunt: idest euidentibus causis. Interest enim fatigatio morbum: an sitis: an frigus: an calor: an uigilia: an fames fecerit: an cibi / uini que abundantia: an intemperantia libidinis. Neq; ignorare hunc oportet / quæ sit ægri natura: humidum magis / an magis siccum corpus eius sit: ualidi nerui an infirmi: frequens aduersa ualitudo an rara. ea que cum est: uehemens esse soleat / an leuis: breuis / an longa. Quod is uitæ genus sit secutus: laboriosum / an quietum: cum luxu / an cum frugalitate. Exiis enim / similibus que sæpe curandi noua ratio ducenda est. Quanuis ne hæc quidem sic præteriri debent / quasi nullam controuersiam recipiant. Nam & Erasistratus non ex iis fieri morbos dixit: quoniã & alii & iidem alias / post ista non febricitarent: & quidam medici saeculi nostri sub auctore: ut ipsi uideri uolunt: Themisone contendunt nullius causæ notitiam quicq; ad curationes pertinere: satis que esse quædam cõmunia morborum intueri. Siquidem horum tria genera esse: unum adstrictum: alterum fluens: tertium mixtum. Nam modo parum excernere ægros: modo nimium: modo alia parte parum: alia nimium. Hæc autem genera morborum / modo acuta esse: modo lõga: & modo increscere: modo cõsistere: modo minui cõsuerunt. Cognito igitur eo quod ex his est: si corpus adstrictum est / digerendum esse: si profluuio laborat / continendum: si mixtum uitium habet / occurrendum subinde uehementiori malo. & aliter acutis morbis medendum: aliter uetustis: aliter increscentibus: aliter substitentibus: aliter iam ad sanitatem inclinantibus. Horum obseruationem medicinam esse. quam ita finiunt / ut quasi

uiam quandam: quam methodon græci nominant. eorum que/ quæ inmorbis communia sunt/contemplatricem esse cõtendunt: ac neq; rationalibus se/neq; experimenta tantum spectantibus annumerari uolunt: cum ab illis eo nomine dissentiant/ quod in coniectura rerum latentium nolunt esse medicinam: ab his eo quod parum artis esse inobseruatione experimentorum credũt. Quod ad Erasistratum pertinet: primum ipsa euidentia eius opi nioni repugnat: quia raro nisi post horum aliquid morbus ue nit. Deinde non sequitur: ut quod alium non afficit/aut eundem alias: id ne alteri quidem/aut eidẽ tempore alio noceat. Possũt enim quædam subesse corpori/uel ex infirmitate eius/uel ex ali quo affectu: quae uel inalio non sunt/uel inhoc alias nõ fuerũt: ea que per se non tanta ui concitant morbum: tamen obnoxium magis aliis iniuriis corpus efficiunt. Quod si cõtemplationem rerum naturæ: quam temere medici sibi uendicant/ satis compre hendisset/etiam illud sciisset: nihil omnino ob unam causam fie ri: sed id pro causa apprehendi: quod contulisse plurimum uide tur. Potest autem id dum solum est non mouere/ quod iunctum aliis maxime mouet. Accedit ad hæc: quod ne ipse quidem Era sistratus/qui transfuso ĩ arterias sanguine febrem fieri dicit: id que nimis repleto corpore incidere repperit: cur exduobus æque repletis, alter inmorbum inciderit: alter omni periculo uacarit: quod quotidie fieri apparet: non di screuerit. Ex quo disci potest: ut uera sit illa transfusio/ tamen illam non per se cum plenum corpus est fieri: sed cum horum aliquid accesserit. The misonis uero æmuli si perpetua quæ promittunt/ habent: magis etiamq; ulli rationales sunt. Neq; enim siquis non omnia tenet/ quæ rationalis alius probat/protinus alio nouo nomine artis in diget. Si modo/quod primum est: non memoriæ soli/sed ratio niquoq; insistit. Si uero/quod proprius est/uix ulla ppetua præ cepta medicinalis ars recipit: idem sũt quod ii/quos experimẽta sola sustinent. Eo magis quoniam si compresserit aliquem mor bus an fuderit/quilibet etiam imperitissimus uidet. Quid autẽ compressum corpus resoluat: quid solutum teneat/ si a ratione

tractum

ractum est: rationalis est medicus. Si ut ei qui se rationalem negat/confiteri necesse est: ab experientia empiricus est. Ita apud eum morbi cognitio extra artem: medicina intra usū ē. Neq; adiectum quicq̄ empiricorum professioni/sed demptum est: quoniam illi multa circunspiciunt: hi tantum facillima & non plus q̄ uulgaria. Nam & ii qui pecoribus ac iumentis medentur/cum propria cuiusq; ex multis animalibus nosse non possint: communibus tantummodo insistunt. Et exterae gentes cum subtilem medicinæ rationem non nouerint: communia tantum uident. Et qui ample ualitudinarios nutriunt, quia singulis summa cura consulere non substinent: ad communia ista confugiunt. Neq; hercules istud & antiqui medici nescierunt: sed his contenti nō fuerunt. Ergo etiam uetustissimus auctor Hippocrates dixit mederi oportere & communia & propria intuentem. Ac ne isti quidem ipsi intra suam professionem consistere ullo modo possunt. Siquidem & compressorum & fluentium morborum genera diuersa sunt: facilius que id in iis quæ fluunt/inspici potest. Aliud est enim sanguinem: aliud bilem: aliud cibum uomere: aliud deiectionibus: aliud torminibus laborare: aliud sudore digeri: aliud tabe consumi. Atq; in partes quoq; humor erumpit: ut in oculos/aures que. Quo periculo nullum humanum membrum uacat. Nihil autem horum sic/ut aliud curatur. Ita protinus in his a communi fluentis morbi contemplatione ad propriam medicina descēdit. Atq; in hac quoque rursus alia proprietatis notitia saepe necessaria est. quia non eadem omnibus etiam in similibus casibus opitulantur. Siquidem certæ quædam res sunt: quæ in pluribus uentrem aut astringunt/aut resoluunt. Inueniuntur tamen in q̄bus aliter atq; in cæteris idem eueniat. In his ergo communium inspectio contraria est: propriorum tantum salutaris. Et causæ quoque æstimatio sæpe morbum soluit. Ergo etiam ingeniosissimus sæculi nostri medicus/quem nuper uidimus/Cassius febricitanti cuidam & magna siti affecto: cū post ebrietatem eum premi coepisse cognosceret: aquā frigidā ingessit. Qua ille epota/cum uini ui miscendo fregisset: protinus febrem

somno & sudore discussit. Quod auxilium medicus oportune prouidit: non exeo / quod aut astrictum corpus erat / aut fluebat: sed ex ea causa / quæ ante præcesserat. Est que etiam proprium aliquid & loci & temporis istis quoq; auctoribus: qui cum disputant quemadmodum sanis hominibus agendum sit: præcipiunt ut grauibus aut locis au tẽporibus magis uitetur frigur: æstus: satietas: labor: libido: magis que ut cõquiescat iisdem aut locis aut temporibus siquis grauitatẽ corporis sentit: ac neq; uomitu stomachum / neq; purgatione aluum solicitet. Quæ uera quidem sunt: a communib us tamen ad quædam propria descendunt. nisi persuaderenobis uolunt: sanis quidẽ considerandũ esse / quod cælum / quod tempus anni sit: ægris uero non esse. Quibus tanto magis omnis obseruatio necessaria est / quanto magis obnoxia offensis infirmitas est. Quin etiam morborũ ĩ iisdem hominibus aliæ atq; aliæ proprietates sunt: & qui secundis aliquando frustra curatus est: contrariis sæpe restituitur. Plurima que indando cibo discrimina reperiuntur. Exquibus contentus uno ero. Nam famem facilius fert adolescens / q̃ puer: facilius in denso cælo / q̃ intenui: facilius in hyeme / q̃ æstate: facilius uno cibo / q̃ prandio quoq; assuetus: facilius in exercitatus / q̃ exercitatus homo sustinet. Sæpe autem ineo magis necessaria cibi festinatio est: qui minus inediam tolerat. Ob quæ competit eum qui propria non nouit communia tantum intueri debere: eum que qui nosse propria potest: illa quidem non oportere negligere: sed his quoq; insistere. Ideo que cum par scientia sit: utiliorem tamen medicum esse amicum / q̃ extraneum. Igitur ut ad propositum meum redeam / rationalem quidem puto medicinã esse debere: instrui uero ab euidentibus causis: obscuris omnibus non a cogitatione artificis / sed ab ipsa arte reiectis. Incidere autem uiuorum corpora & crudele & superuacuum est: mortuorum corpora discentibus necessarium. Nam positum & ordinẽ nosse debent. Quæ / cadauera melius q̃ uiuus & uulneratus homo repræsentant. Sed & cætera quæ modo in uiuis cognosci possunt: in ip

sis curationibus uulneratorum paulo tardius/sed aliquanto mi tius usus ipse monstrauit. His propositis primum dicam quem admodum sanos agere conueniat: tum adea transibo / quæ ad morbos curationes que eorum pertinebunt .

CAPVT PRIMVM QVEMADMODVM SANOS AGERE CONVENIAT .

SAnus homo: qui & bene ualet & suæ spontis est / nullis o bligare se legibus debet: ac neq; medico / neq; alipta ege re. Hunc oportet uarium habere uitae genus. modo ruri esse : modo in urbe: sæpius que in agro: nauigare : uenari: quiescere interdum: sed frequentius se exercere. Siquidem ignauia cor pus hebetat: labor firmat. illa maturam senectutem : hic longã adolescentiam reddit. Prodest etiam interdum balneo: inter dum aquis frigidis uti. modo ungi: modo id ipsum negliger e. nullum cibi genus fugere / quo populus utatur. interdum in cõ uiuio esse: interdum abeo se retrahere. modo plus iusto/modo non amplius assumere. bis die potius / quam semel cibum cape re: & semper q̃ plurimum / dummodo hunc concoquat. Sed ut huius generis exercitationes/cibi que necessarii sũt: sic athleti ci/superuacui. Nam & intermissus propter ciuiles aliquas neces sitates ordo exercitationis/corpus affligit: & ea corpora/quæ more eorum repleta sunt/celerrime & senescunt & ægrotant . Concubitus uero / neq; nimis concupiscendus: neq; nimis perti mescendus est. Rarus corpus excitat. frequens soluit. Cum au tem frequens non numero sit: sed natura/ratione ætatis & cor poris: scire licet eum non inutilem esse: quem corporis neq; lã guor / neq; dolor sequitur. Idem interdiu peior est: noctu tuti or. ita tamen si neq; illum cibus/neq; hunc cum uigilia labor statim sequitur. Hæc firmis seruanda sunt : cauendum que ne insecunda ualitudine / aduersæ præsidia consumantur .

QVAE STOMACHO IMBECILLIS SERVANDA SINT. CAPVT.II.

AT inbecillis ſtomacho: quo in numero magna pars urbanorum/omnes que pene cupidi litterarum ſunt: obſeruatio maior/neceſſaria eſt. ut quod uel corporis / uel loci/uel ſtudii ratio detrahit/cura reſtituat. Exbis igitur qui bene concoxit/ mane tuto ſurget. qui parum: quieſcere debet. & ſi mane ſurgendi neceſſitas fuerit: redormire. Qui non concoxit: extoto conquieſcere: ac neq; labori ſe: neq; exercitatinoi/ neq; negocio credere. Qui crudum ſine præcordiorum dolore ructat: is ex interuallo aquam frigidam bibere: & ſe nihilo minus continere. Habitare uero ædificio lucido per flatum aeſtiuum hibernum ſolem habente. cauere meridianum ſolem: matutinum & ueſpertinum frigus: item que auras fluminum atque ſtagnorū: minime que nubilo caelo ſoli aperienti ſe committere/ne modo frigus/modo calor moueat. Quae res maxime grauedines/deſtillationes que concitat. Magis uero grauibus locis iſta ſeruāda ſunt: inquibus etiam peſtilentiam faciunt. Scire autem licet integrum corpus eſſe: cum quotidie mane urina alba: deinruffa eſt. Illud concoquere: hoc concoxiſſe ſignificat. Vbi experrectus eſt aliquis/paulum intermittere: deinde niſi hyems eſt/fouere os multa aqua frigida debet: longis diebus meridiari potius ante cibum: ſin minus/poſt eum. per hyemem potiſſimum totis noctibus cōquieſcere. Sin lucubrandum eſt: non poſt cibum id facere/ſed poſt concoctionem. Quem interdiu uel domeſtica/uel ciuilia officia tenuerūt: huic tempus aliquod ſeruandum curationi corporis ſui eſt. Prima autem eius curatio/exercitatio eſt: quæ ſemper antecedere cibū debet: in eo qui minus laborauit & bene concoxit amplior: in eo qui fatigatus eſt & minus concoxit/remiſſior. Commode uero exercent/clara lectio: arma: pila: curſus: ambulatio. At que hæc non utiq; plana cōmodior eſt. Siquidem melius aſcenſus quoque & deſcenſus cum quadam uarietate corpus moueat: niſi tamen id p

quam imbecillum est. Melior autem est sub dio/q̄ in porticu. melior si caput patitur insole/quam in umbra. melior in umbra quam parietes aut uiridaria efficiunt/quam quæ tecto subest. melior recta/quam flexuosa. Exercitationis autem plerunque finis esse debet sudor: aut certe lassitudo/quæ citra fatigationem sit. id que ipsum/modo minus/modo magis faciendum est. Ac ne his quidem athletarum exemplo/uel certa esse lex: uel immodicus esse labor debet. Exercitationem recte sequitur/modo unctio uel insole uel adignem: modo balneum: sed conclaui quam maxime & alto & lucido & spatioso. Exhis uero neutrum sæpe fieri oportet: sed sæpius alterutrum pro corporis natura. Post hæc paulum conquiescere opus est. Vbi ad cibum uentū est: nunquam utilis est nimia satietas. Sæpe inutilis nimia abstinentia. sæpe siqua intemperantia subest: turior est in potione/quam inesca. Cibus a salsamentis: oleribus: similibus que rebus melius incipit. Tum caro assumenda est. quæ assa optima/aut elixa est. Condita omnia duabus de causis inutilia sunt. quoniam & plus propter dulcedinem assumitur: & quod modo par est/tamen ægrius concoquitur. Secunda mēsa bono stomacho nihil nocet: ītimbecillo coacesit. Si quis itaque hocparum ualet: palmulas/poma que & similia melius primo cibo assumit. Post multas potiones: quæ aliquantū sitim excesserunt/nihil edendum est. post satietatem/nihil agendum. Vbi expletus est aliquis: facilius concoquit/si quic quid assumpsit potione aquæ frigidæ includit: tum paulisper inuigilat: deinde bene dormit. Siquis interdiu se implebit: post cibū neque frigori/neque æstui/neque labori se debet cō mittere. Neque enim tam facile hæc inani corpore/quam repleto nocent. Si quibus de causis futura inedia est: labor omnis uitandus est.

OBSERVATIONES quædam pro ut res nouæ accidunt & corporum genera & sexus & ætates & tempora anni sunt.

CAPVT TERTIVM

Atq; hæc quidem pene perpetua sunt. Quasdam autem ob seruationes desiderant & nouæ res & corporum genera & sexus & ætates & tempora anni. Nam neque ex salubri loco in grauem: neque ex graui insalubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in grauem prima hyeme: ex graui in eum qui salubris est prima æstate transire melius est. Neque uero exmulta fame / nimia satietas: neque ex nimia satietate / fames idonea est. Periclitatur que & qui semel & qui bis die cibum in continenter contra consuetudinem assumit. Item neque ex nimio labore subitum ocium: neque ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa est. Ergo cum quis mutare aliquid uolet: paulatim debebit assuescere. Omnem etiã laborem facilius uel puer uel senex / q̃ insuetus homo sustinet. Atq; ideo quoque minus ociosa uita utilis non est: quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamè insuetus aliquis laborauit: aut multo plus quã solet: etiam si qui assuenit: huic ieiuno dormiendum est: multo magis si etiam os amarum est: uel oculi caligant: aut uenter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo ieiuno est: sed etiam inposterum diem permanendum: nisi' cito id quies sustulit. Quod si factum est / surgere oportet & lente paululum ambulare. At si somni necessitas non fuit: quia modice magis aliquis laborauit: tamen ingredi aliquid eodem modo debet. Communia deinde omnibus sunt post fatigationem cibum sũpturis: ubi paulum ambulauerunt / si balneum non est: calido loco / uel insole / uel ad ignem ungi atq; sudare. si est: ante omnia intepidario residere: deinde ubi paulum conquieuerunt: intrare & descendere in solium: tum multo oleo ungi / leniter que perfricari: iterum in solium descendere. Post hæc os aqua calida fouere: deinde frigida. Balneum his feruens idoneum non est. Ergo si nimium alicui fatigato pene febris est: huic abunde est loco tepido demittere se inguinibus tenus aquam calidam: cui paulum olei adiectum: deinde totum quidem corpus: maxime tamen eas partes / quæ inaqua fuerunt / leniter perfricare ex oleo: cui uinum & paulum contriti salis sit

adiectum. Post hæc omnibus fatigatis aptum est cibum sume re: eo que humido uti: aqua / uel certe diluta potione esse con tentos: maxime que ea / quæ moueat urinam. Illud quoq; nosse oportet: quod ex labore sudãti frigida potio pnitiosissima est. atque etiam cum sudor se remisit itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque uenientibus Asclepiades inutilem eam iudica uit. Quod in iis uerum est: quibus aluus facile nec tuto resolui tur: qui que facile inhorrescunt: perpetuum in omnibus nõ est: cum potius naturale sit potione æstuantem stomachum refri gerari: frigentem calefieri. Quod ita præcipio: ut tamen fate ar ne ex hac quidem causa sudanti adhuc frigidum bibendum esse. Solet etiam prodesse post uarium cibum / frequentes que dilutas potiones / uomitus: & postero die longa quies: deinde modica exercitatio. Si assidua fatigatio urget: inuicem modo aqua / modo uinum bibendum est: raro que balneo utendum. Leuat que lassitudinem etiam laboris mutatio: eum que / quem nouum genus eiusdem laboris pressit / id quod inconsuetudine est: reficit. Fatigato quotidianum cubile tutissimum est: inso litum contra lassat. Quod enim contra consuetudinem est: nocet / seu molle / seu durum est. Proprie quædam adeum perti nent / qui ambulando fatigatur. Hunc reficit / in ipso quoq; itu nere frequens frictio. post iter: primum sedile: deinde unctio: tum calida aqua in balneo magis superiores partes / q̃ inferio res foueat. Si quis uero exustus insole est: huic in balneum pro tinus eundum est: perfundendum que oleo corpus & caput: de inde insolium bene calidum descendẽdum est: tum multa aqua per caput infundenda prius calida / deinde frigida. At ei qui perfrixit / opus est in balneo primum inuoluto sedere donec in sudet: tum ungi: deinde lauari: cibum modicum / potiones mer acas assumere. Is uero qui nauigauit & nausea pressus est: si multam bilem euomuit: uel abstinere cibo debet: uel paulum a liquid assumere. Si pituitam acidam effudit / utique sumere ci bum: sed assueto leuiorem. si sine uomitu nausea fuit: uel absti nere: uel post cibum uomere. Qui uero toto die / uel in uehicu

lo uel inſpectaculis ſedet: huic nihil currendum: ſed lente ambulandum eſt. Lenta quoque in balneo mora: dein coena exigua prodeſſe conſuerunt. Siquis in balneo æſtuat: reficit hūc ore exceptum & ineo retentum acetum. Si id non eſt: eodem modo frigida aqua aſſumpta. Ante omnia autem norit quisque naturam ſui corporis, quoniā alii graciles: alii obeſi ſūt: alii calidi: alii frigidiores: alii humidi: alii ſicci: alios aſtricta: alios reſoluta aluus exercet. Raro quiſquam non aliq̄ partem corporis imbecillam habet. Tenuis uero homo implere ſe debet: plenus extenuare: calidus refrigerare: frigidus cale facere: madens ſiccare: ſiccus madefacere. item que aluum firmare is cui fuſa: ſoluere is, cui aſtricta eſt. Succurrendum q̄ ſemper patti maxime laboranti eſt. Implet autem corpus modica exercitatio: frequentior quies: unctio: & ſi poſt prandiū eſt balneum: contracta aluus: modicum frigus hyeme: ſomnus & plenus & non nimis longus: molle cubile: animi ſecuritas: aſſumpta per cibos & potiones maxime dulcia & pinguia: cibus & frequentior & quantus pleniſſimus poteſt concoqui. Extenuat corpus aqua calida ſiquis ineam deſcendit: magis que ſi ſalſa eſt: in ieiunio balneum: inurens ſol: & omnis calor: cura: uigilia: ſomnus nimium uel breuis: uel longus: lectus per æſtatem terra: hyeme durum cubile: curſus: multa ambulatio: ois q̄ uehemēs exercitatio: uomitus: deiectio: acidæ res & auſterę: & ſemel die as ſumptæ epulæ: & uini non perfrigidi ieiuno potio inconſuetudinem adducta. Cum uero inter extenuantia poſuerim uomitum & deiectionem: de his quoque propriè quædam dicenda ſunt. Eiectum eſſe ab Aſclepiade uomitum ineo uolumine, quod detuenda ſanitate compoſuit: uideo. neque reprehendo, ſi offenſus eorum eſt conſuetudine: qui quotidie eiiciendo uorandi facultatem moliuntur. Paulo etiam longius proceſſit: idem purgationes quoq̄ eodem uolumine expulit. Et ſunt hæc pernitioſæ, ſi nimis ualentibus medicamentis fiunt. Sed hæc tamen ſubmouenda eſſe non eſt perpetuū. quia corporum, temporumq̄ ratio poteſt ea facere neceſſaria: dum

& modo / & non nisi cum opus est: adhibeãtur. Ergo ille quo que ipse siquid iam corruptum esset / expelli debere confessus est. Ita non extoto res condemnanda est. Sed esse eius etiam plures causæ possunt: est que inea quædam paulo subtilior ob seruatio adhibenda. Vomitus utilior ẽ hyeme / quam æstate. Nam tum & pituitae plus: & capitis grauitas maior subest. Inutilis est gracilibus: & imbecillum stomachũ habentibus. Vtilis est plenis & bilioſis omnibus: si uel nimium se replerunt: uel parum concoxerunt. Nam siue plus esset quam quod concoqui possit: periclitari ne corrumpatur: non oportet. Si uero corruptum est: nihil commodius est: quam id / qua uia primũ expelli potest: eiicere. Itaq; ubi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum sunt: adhunc protinus confugiendum est. Item prodest ei / cui pectus æstuat: & frequens saliua / uel nausea est: aut cui sonant aures: aut madent oculi: aut os amarum est. Similiter que ei / qui uel cælum / uel locum mutat: iisq; / quibus: si per plures dies non uomuerunt: dolor præcordia infestat. Neque ignoro inter hæc præcipi quietem. quæ non semper contingere potest agendi necessitatem habentibus. nec in omnibus idem facit. Itaque istud luxuriæ causa fieri non oportere confiteor. Interdum ualitudinis causa recte fieri experimentis credo. Commoneo tamen nequis / qui ualere & senescere uolet / hoc quotidianum habeat. Qui uomere post cibum uolet: si exfacili facit: aquam tantum tepidam ante debet assumere. si difficilius: aquæ / uel salis / uel mellis paulum adiicere. At qui mane uomiturus est: ante bibere mulsum / uel isopum: aut esse radiculam debet. deide aquam tepidam / ut supra scriptum est / bibere. Cætera quæ antiqui medici præceperunt / stomachum ōnia infestant. Post uomitum / si stomachus infirmus est: paulũ cibi / sed huius idonei: gustandum: & aquæ frigidæ cyathi tres bibẽdi sũt. Si autẽ uomitus fauces exaspauit: qui uomuit / si mane id fecit: ambulare debet: tum ungi: deinde coenare. Si post coenam / postero die lauari / & in balneo sudare. hīc proximus cibus / mediocris utilior est: is que esse debet cum pa-

.bi.

ne heſterno: uino auſtero meraco/ & carne aſſa/ cibis que om
nibus quam ſicciſſimis. Qui uomere bis inmenſe uult : melius
conſulet/ ſi biduo continuarit/ quam ſi poſt quintum decimum
diem uomuerit: niſi hæc mora grauitatem pectori faciet. De
iectio autem medicamento quoque petenda eſt: ubi uenter ſup
preſſus parum reddit: exeo que inflammationes: caligines: ca
pitis dolores: alia que ſuperioris partis mala increſcunt. quid
enim inter hæc adiuuare poſſunt quies & inedia quæ per illas
maxime eueniunt? Qui eiicere uolet/ primum cibis uinis que u
tetur bis/ quæ hoc præſtant. Debinc ſi parum illa proficient:
aloen ſumat. Sed purgationes quoque ut interdum neceſſariæ
ſunt: ſic ubi frequentes ſunt/ periculum afferunt. Aſſueſcit. n.
non ali corpus: & ob hoc infirmum erit: cum omnibus morbis
obnoxia maxime infirmitas ſit. Calefacit autem unctio: aqua
ſalſa: magis que ſi calida eſt: omnia ſalſa : amara: carnoſa: ſi
poſt cibum eſt balneum: uinum auſterum. Refrigerat ieiunio
& balneum & ſomnus: niſi nimis longus eſt & omnia acida: a
qua quam frigidiſſima: oleum ſi aquae miſceatur. Humidum
autem corpus efficit labor maior quam excõſuetudine: frequẽs
balneum: cibus plenior: multa potio: poſt hæc ambulatio &
uigilia. Per ſe quoque ambulatio multa & uehemens et matuti
na exercitatio et non protinus cibus adiectus: ea genera eſcæ/
quæ ueniunt exlocis frigidis et pluuiis & irriguis . Contra ſic
cat modica exercitatio: fames: unctio ſine aqua: calor: ſol mo
dicus: frigida aqua: cibus exercitationi ſtatim ſubiectus: et is
ipſe ex ſiccis et aeſtuoſis locis ueniens. Aluum aſtrĩgit labor:
ſedile: creta figulariſ corpori illita : cibus imminutus: et is ip
ſe ſemel die aſſumptus ab eo qui bis ſolet: exigua potio: neq;
adhibita niſi cum cibi quis quantum aſſũpturus eſt cepit: poſt
cibum quies. Contra ſoluit aucta ambulatio atq; eſca: poſt mo
tus qui poſt cibum eſt: ſubinde potiones cibo immixtæ . Illud
quoque ſcire oportet: quod uentrem uomitus ſolutum compri
mit: compreſſum ſoluit. Item que comprimit is uomitus / qui
ſtatim poſt cibum eſt : ſoluit is qui tarde ſupuenit . Quod ad

ætates uero pertinet: inediam facillime ſuſtinēt mediæ ætateſ: minus iuuenes: minime pueri et ſenectute confecti. Quo minus fert facile quiſq; eo ſæpius debet cibum aſſumere. maxime que eo eget qui increſcit. Calida lauatio et pueris et ſenibus apta eſt. Vinum dilutius pueris: ſenibus meracius. neutri ætati quæ inflationes mouent. Iuuenum minus quæ aſſumant & quomodo curētur: intereſt. Quibus iuuenibus fluxit aluus/ plerunq; in ſenectute contrahitur. Quibus in adoleſcentia fuit aſtricta: ſæpe in ſenectute ſoluitur. Melior eſt autem in iuuene fuſior: in ſene aſtrictior. Tempus quoque anni conſidcrare oportet. Hyeme plus eſſe conuenit: minus/ ſed meracius bibere: multo pane uti: carne potius elixa: modice oleribuſ: ſemel die cibum capere / niſi ſi nimis uenter aſtrictus eſt. Si prandet aliquis: utilius eſt exiguum aliquid & ipſum ſiccum ſine carne/ ſine potione ſumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius utendum eſt: uel calorem mouentibus. Venus tū non aeque pernitioſa eſt. At uere paulum cibo demendum: adiiciendum que potioni: ſed dilutius tamen bibendum eſt: magis carne utendum: magis oleribus: tranſeundum paulatim ad aſſa ab elixis. Venus eo tempore anni tutiſſima eſt. Aeſtate uero & potione & cibo corpus ſæpius eget. Ideo prandere quoque commodum eſt. Eo tempore aptiſſima ſunt & caro & olus: potioq; diluti ſſima: ut & ſitim tollat / nec corpus incendat: frigida lauatio: caro aſſa: frigidi cibi/ uel qui refrigerēt. Vt ſæpius autem cibo utendum / ſic exiguo eſt. Per autūnum propter cæli uarietatem periculum maximum eſt. Itaque neque ſine ueſte / neque ſine calciamentis prodire oportet: praecipue que diebus frigidioribus: neque ſub dio nocte dormire: aut certe bene operiri. Cibo uero iam paulo pleniore uti licet: minus / ſed meracius bibere. Poma nocere quidam putant: quae immodice toto die plerunq; ſic aſſumuntur nequid ex denſiore cibo remittatur. Ita non haec ſed conſumatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tamen minusq; in his

noxae est. Sed his uti non sæpius quam alio cibo conuenit. De nicq; aliquid densiori cibo cum hic accedit, necessarium est demi. Neque æstate uero neque autumno utilis uenus est. Tolerabilior tamen per autumnum: æstate intotum si fieri potest abstinendum.

DE IIS, qui aliqua parte corporis laborant: & primum de iis quibus caput infirmum est . CAPVT. IIII

PRoximum est ut de iis dicam: qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum est: is si bene concoxerit: leniter perfricare id mane manibus suis debet. nunquam id, si fieri potest, uestę uelare: aut ad cutem tonderi. Vtile que lunam uitare, maxime que ante ipsum lunæ, solisq; concursum: sed nusq̄ post cibum progredi. Si cui capilli sunt: eos quotidie pectere: multum ambulare. sed si licet, neq; sub tecto neq; insole. Vbiq; autem uitare solis ardorem: maximeq; post cibum & uinum: potius ungi, q̄ lauari: nunq̄ ad flammā ungi, interdum ad prunam. Si in balneum uenit, sub uestę primum pāulum intepidario insudare: ibi ungi: tum transire in calidarium. ubi sudabit: insolium non descendere: sed multa calida aqua per caput se totum perfundere: tum tepida: dein frigida: diutius que ea caput, quam cæteras partes perfundere: deinde id aliquandiu perfricare: nouissime detergere & ungere. Capiti nihil æque prodest atq; aqua frigida. Ita que is cui hoc infirmum est: per æstatem id bene largo canali quotidie debet aliquandiu subiicere. Semper autem etiam si sine balneo unctus est: neq; totum corpus refrigerare sustinet: caput tamen aqua frigida perfundere. Sed cum cæteras partes attingi nolit: demittere id ne adcerūices aqua descendat: eam que nequid oculis, aliisue partibus noceat defluentem sub inde manibus ados regerere. Huic modicus cibus necessarius est: quē facile concoquat. isq; si ieiunio caput lædit, assumendus etiam medio die est. Si non laeditur: semel potius. Bibere huic assidue

uinum dilutum / leue / quam aquam magis expedit : ut cum caput grauius esse coeperit: sit quo confugiat. ei que ex toto neque uinum / neq; aqua semper utilia sunt. medicamentum utrunque est / cum inuicem assumitur. Scribere: legere: uoce contendere huic opus nō est utiq; post coenam : postquā nec cogitatio quidem ei satis tuta est: maxime tamen uomitus alienus est.

DE IIS qui lippitudine: grauedine: destillatione: tonsillis q laborans. CAPVT. V.

n Eq; uero iis solis / quos capitis imbecillitas torquet usus aquæ frigidæ prodest: sed iis etiam / quos assidue lippitudines: grauedines: destillationes : tonsillæ que male habent. His autem non caput tantum quotidie perfundendum est: sed os quoque multa frigida aqua fouendum est. Præcipue que omnibus / quibus hoc utile auxilium est : eo utendum est ubi grauius caelum austri reddiderunt. Cum que omnibus inutilis sit post cibum aut contentio / aut agitatio animi : tum iis præcipue / qui uel capitis uel arteriæ dolores habere consuerunt : uel quoslibet alios oris affectus. Vitari etiam grauedines / destillationes que possunt: si quam minime eum / qui his opportunus est / aerem: uel loca aquas que mutet. si caput in sole protegit / ne incendatur: ne ue subitum ex repentino nubilo frigus id moueat. Si post concoctionem ieiunus caput radit. Si post cibum neq; legit / neque scribit

AD SOLVTAM ALVVM REMEDIA. CAPVT. VI.

q Vem uero frequenter cita aluus exercet : huic opus est pila / similibus que superiores partes exercere : dum ieiunus est ambulare : uitare solis nimium ardorem : continua balnea : ungi citra sudorem : non uti cibis uariis / minime que iurulentis / aut leguminibus : oleribus ue iis / quae

celeriter descendunt: omnia denique fugere / quæ tarde concoquuntur. Venatio: duri q̃ pisces: & ex domesticis animalibus assa caro maxime iuuant. Nunquam uinum salsum bibere expedit: ne tenue quidem aut dulce: sed austerum & plenius: neq; id ipsum per uetus. Si mulso uti uolet: id ex decocto melle faciendum est. Si frigidae potiones uentrem eius non turbant: his utendum potissimum est. Siquid offensae incoena sensit: uomere debet: id que postero quoq; die facere. tertio modici ponderis panem ex uino esse / adiecta uua / uel olea / uel ex defruto / similibusq; aliis. deinde ad consuetudinem redire. Semper autem post cibum conquiescere: ac neq; ītendere animum: neq; ambulatione quanuis leui dimoueri.

REMEDIA AD COLI DOLOREM. CAPVT. VII.

Colū

a T si laxius intestinum dolere consueuit: quod colum nominant: cum id nihil nisi genus inflationis sit: id agendum ē: ut concoquat aliquis: ut lectione & aliis generibus exerceatur: utatur balneo calido: cibis quoq; & potionibus calidis: denique omnimodo frigus euitet. item dulcia omnia / legumina que & quicquid inflare consueuit.

vide lp. q. cap. 19. lib. de morbo intestin. plenior. legit.

QVAE agenda sint stomacho laborantibus. CAPVT. VIII

s Iquis uero stomacho laborat: legere clare debet: post lectionem ambulare: tum pila / uel armis / alio ue quo genere: quo superior pars mouetur / exerceri. Non aquam / sed uinum calidum bibere ieiunus. Tum cibum bis die assumere: sic tamē ut facile concoquat: Vti uino tenui & austero: & post cibum frigidis potionibus potius. Stomachū autem infirmū indicāt: pallor: macies: præcordiorum dolor: nausea & nolentium uomitus: in ieiuno dolor capitis. Quæ in quo non sunt / is firmi stomachi est. Neq; credendum utiq; nostris est: qui cum in aduersa ualitudine uinum aut frigidam aquam concupierunt: de

liciarum patrocinium, in accusationem nonmerentis sto machi habent. At qui tarde concoquunt: & quorum ideo præcordia inflantur: qui ue propter ardorem aliquem noctu sitire consue runt: anteq̃ conquiescant / duos tres ue cyathos per tenuem fi stulam bibant. Prodest etiam aduersus tardam concoctionem clare legere: deinde ambulare: tum uel ũgi / uel lauari assidue: uinum frigidum bibere / & post cibum magnam potionem: sed ut supra dixi per siphonem. deinde omnes potiones aqua frigi da includere. Cui uero cibus acescit: is ante eum bibere aquam egelidam debet & uomere. At is cui ex hoc frequens deiectio incidit: quotiens aluus ei constiterit: frigida potione potissi mum utatur.

QVID OBSERVANDVM SIT DOLORE NERVO RVM LABORANTIBVS. CAPVT. VIIII.

Scui uero dolere nerui solent: quod in podagra / chiragra ue esse consuenit: huic quantum fieri potest, exercendum id est: quod affectum est: obiiciendumq̃ labori & frigori: nisi cum dolor increuit. Sub dio quies optima est. Venus semper inimica est. Concoctio / sicuti in omnibus corporis affectibus, necessaria est. Cruditas enim id maxime lædit: et quotiens of fensum corpus est / uitiosa pars maxime sentit. Vt concoctio autem ōnibus uitiis occurrit: sic rursus aliis frigus, aliis calor. Quæ sequi quisq̃ pro habitu corporis sui debet. Frigus inimi cum est seni: tenui: uulneri: præcordiis: intestinis: uesicæ: auri bus: coxis: scapulis: naturalibus: ossibus: dentibus: neruis: uul uæ: cerebro. Idem summam cutem facit pallidam: aridam: du ram: nigram. Ex hoc horrores / tremores que nascuntur. At p dest iuuenibus et omnibus plenis. erectior que mens est et me lius concoquitur ubi frigus quidem est: sed cauetur. Aqua ue ro frigida infusa præter quam capiti, etiã stomacho prodest. Item articulis / doloribusq̃: qui sunt sine ulceribus. item rubi cundis nimis hominibus: si dolore uacant. Calor autem adiu

nat omnia / quæ frigus infestat. item lippientes / si nec dolor / nec lacrimæ sunt. Neruos quoq; / qui contrahuntur præcipueq; ea ulcera: quæ ex frigore sunt. Idem corporis colorem bonum facit: urinam mouet. Si nimius est: corpus effoeminat: neruos emollit: stomachum soluit. Minime uero aut frigus / aut calor tuta sunt: ubi subita insuetis sunt. Nam frigus lateris dolores / aliaq; uitia. frigida aqua strumas excitat. Calor concoctionē prohibet: somnum aufert: sudorem digerit: obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.

OBSERVATIO IN PESTILENTIA. CAPVT. X.

Et etiam obseruatio necessaria: qua quis in pestilentia utatur adhuc integer: cum tamen securus esse non possit. Tum igitur oportet peregrinari: nauigare. Vbi id non licet: gestari: ambulare sub dio ante æstum leniter: eodem q; modo ungi: & ut supra comprehensum est: uitare fatigationem: cruditatem: frigus: calorem: libidinem. multoq; magis se continere siqua grauitas in corpore est. tum neq; mane surgendum: neque pedibus nudis ambulandum est. minime que post cibum aut balneum. neq; ieiuno neq; coenato uomendum est. Neq; mouenda aluus: atq; etiam si per se mota est: comprimenda est. Abstinendum potius si plenius corpus est. Item que uitandum balneum: sudor: meridianus somnus utiq; / si cibus quoq; antecessit: qui tamen semel die tunc commodius assumitur: insuper etiam modicus / ne cruditatem moueat. Alternis diebus inuicē modo aqua / modo uinum bibendum est. Quibus seruatis ex reliqua uictus consuetudine q̄ minimum mutari debet. Cum uero hæc in omni pestilentia facienda sint: tum in ea maxime / quā austri excitarint. Atq; etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt: ubi graui tempore anni discesserunt ex suis sedibus: uel ubi in graues regiones uenerunt. Ac si cætera res aliqua prohibebit: utiq; abstinere debebit. Atq; ita ab uino ad aquam: ab hac ad uinum eo qui supra positus est modo transitus ei esse.

CORNELII CELSI DE MEDICINA. LIBER. II.

INstantis autem aduerſæ ualitudinis ſigna cõplura ſunt. Inquibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquorum uirorum uti / maxime que Hippocratis : cum recentiores quoque medici, quanuis quædam incurationibus mutarint: tamen hæc illum optime præſagiſſe fateantur. Sed antequam dico quibus præcedentibus morborum timor ſubſit: non alienum uidetur exponere . quæ tempora anni: quæ tempeſtatum genera: quæ partes ætatis: qualia corpora maxime tuta / uel periculis oportuna ſint. quod genus aduerſæ ualitudinis in quoq; timeri maxime poſſit. Non quo nõ omni tempore in omni tempeſtatum genere omnis ætatis: omnis habitus hominum per omnia genera morborum & ægrotent & moriantur : ſed quod frequentius tamen quædam eueniant. Ideoq; utile eſt ſcire unumquenq; quid & quando maxime caueat .

QVAE anni tempora: quæ tempeſtatum genera: quæ partes ætatis: qualia corpora uel tuta uel morbis oportuna ſunt : & quod ualitudinis genus inquoq; timeri poſſit . CAPVT .I.

i GItur ſaluberrimũ uer ẽ: proxima deinde ab hoc hyems: periculoſior æſtas. Autumnus longe periculoſiſſimus . Ex tempeſtatibus uero optimæ æquales ſunt / ſiue frigidæ / ſiue calidae. peſſimæ / quæ uariant maxime . Quo fit ut autumnus plurimos opprimat. Nam fere meridianis temporibus calor : nocturnis atq; matutinis / ſimul que etiam ueſpertinis frigus ẽ. Corpus ergo & æſtate & ſub inde meridianis caloribus relaxatum / ſubito frigore excipitur . Sed ut eo tempore id maxime fit: ſic quandocunque / euenit noxium eſt. Vbi æqualitas autem eſt: tamen ſaluberrimi ſunt ſereni dies: meliores pluuii / quam tantum nebuloſi aut nubili: optimi que hyeme / qui omni uẽto

Corpuſ caloribꝰ relaxatũ ſubito frigore excipitꝝ

de uentis

uento uacant: æstate quibus fauonii perflant. Si genus aliud uentorum est: salubriores septentrionales q̄ subsolani uel austri sunt. Sic tamen ut hæc interdum regionum sorte mutētur. Nam fere uentus ubiq; a mediterraneis regionibus ueniens, salubris: a mari grauis est. Neq; solum in bono tempestatum habitu certior ualitudo est: sed priores morbi quoq; / siqui inciderunt: leuiores sunt & promptius finiuntur. Pessimum ergo cælum est / quod ægrum fecit: adeo ut in id quoq; genus / quod natura peius est in hoc statu / salubris mutatio sit. At ætas media tutissima est: quæ neq; iuuentæ calore / neq; senectutis frigore infestatur. Longis morbis senectus: acutis adolescentia magis patet. Corpus autem habilissimum quadratum est: neq; gracile / neq; obesum. Nam longa statura ut iniuuenta decora est: sic matura senectute conficitur. Gracile corpus / infirmum: obesum / hebes est. Vere tamen maxime quæcunq; humoris motu nouantur in metu esse consuerunt. Ergo tum lippitudines: pustulæ: pfusio sāguinis: abscessus corporis / quæ apostemata graeci nomināt: bilis atra / quam melācholiam appellant: insania: morbus comitialis: angina: grauedines: destillationes oriri solent. Ii quoq; morbi / qui in articulis / neruis quemodo urgent / modo quiescunt: tum maxime & inchoantur & repetunt. At æstas non quidem uacat pleriscq; ab his morbis: sed adiicit febres / uel continuas / uel ardentes / uel tertianas: uomitus: alui deiectiones: auricularum dolores: ulcera oris: cancros & in caeteris quidem partibus / sed maxime oscenis: & quicquid sudore hominem resoluit. Vix quicquam ex his in autumnum non incidit: sed oriuntur eo quoq; tempore febres incertæ: lienis dolor: aqua inter cutem: tabes / quā graeci pthisin nominant: urinae difficultas: quam stranguriam appellāt: tenuioris intestini morbus: quem ileon nominant. Fit item lenitas intestinorum: quæ lienteria uocatur. coxae dolores: morbi comitiales. Idem que tempus & diutinis malis fatigatos & ab aestate tantum proxima pressos interimit: & aliis nouis morbis conficit: & quosdam longissimis implicat: maxime q̄

Quadratū corpus.

apostemata

melancholia

phthisis

Aναγουρια

ileos

lienteria

quartanis: quæ per hyemem quoq; exerceant. Neque aliud magis tempus peſtilentiæ patet: cuiuſcunque ea generis eſt: quamuis uariis rationibus nocet. Hyems autem capitis dolores: tuſſim: & quicquid in faucibus / in lateribus / in uiſceribus mali cõtrahitur: irritat. Extempeſtatibus aquilo tuſſim mouet: fauces exaſperat: uentrem aſtringit: urinam ſupprimit: horrores excitat: item dolores lateris & pectoris. Sanum tamen corpus ſpiſſat & mobilius atq; expeditius reddit. Auſter aures hebetat: ſenſus tardat: capitis dolores mouet: aluum ſoluit: totum corpus efficit hebes / humidum / languidum. Cæteri uenti quo uel huic uel illi propiores ſunt: eo magis uicinos his / illis ue affectus faciunt. Deniq; omnis calor / & iecur & lienem inflammat: mentem hebetat: ut anima deficiat: ut ſanguis prorumpat: efficit. Frigus modo neruorum diſtentionem: modo rigorem infert. illud ſpaſmus: hoc taſmus græce nominatur. nigritiem in ulceribus: horrorem in febribus excitat. In ſiccitatibus acutæ febres: lippitudines: tormina: urinæ difficultas: articulorum dolores oriuntur. Per imbres longæ febres: alui deiectiones: angina: cancri: morbi comitiales: reſolutio neruorum: quam paralyſin græci nominant. Neq; ſolum intereſt quales dies ſint: ſed etiam quales ante præceſſerint. Si hyems ſicca ſeptentrionales uentos habuit: uer autem auſtros & pluuias exhibet: fere ſubeunt lippitudines: tormina: febres: maxime quæ in molliorib⁹ corporibus: ideo q; præcipue in mulieribus. Si uero auſtri / pluuiæ q; hyemem occuparunt: uer autem frigidum & ſiccum eſt: grauidae quidem foeminae: quibus tum adeſt partus: abortu periclitantur. Hæ uero quæ gignunt: imbecillos / uixq; uitales edunt. Cæteros lippitudo arida: & ſi ſeniores ſũt / grauedines atq; deſtillationes male habent. At ſi a prima hyeme auſtri ad ultimum uer continuarunt: laterum dolores & inſania febricitantium: quam phreneſin appellant: quam celerrime rapiunt. Vbi primo calor a primo uere orſus æſtatem quoq; ſimilem exhibet. neceſſe eſt multum ſudorem in febribus ſubſequi. At ſi ſicca æſtas aquilones habuit: autumno uero im

bres/ auſtriq; ſũt: tota hyeme/ quae proxima eſt: tuſſis: deſtillatio: raucitas: in quibuſdam etiam tabes oriuntur. Sin autem autumnus quoq; aeq; ſiccus hiſdem aquilonibus perflatur: omnibus quidem mollioribus corporibus: inter quae muliebria eſſe propoſui: ſecunda ualitudo contingit. Durioribus uero inſtare poſſunt & aridæ lippitudines: & febres partim acutae/ partim longæ: & ii morbi/ qui exatra bile naſcuntur. Quod ad ætates uero pertinet, pueri/ proxime que his/ uere optime ualent & æſtate prima tutiſſimi ſunt. Senes æſtate & autumni prima parte. Iuuenes hyeme: qui que inter iuuentam ſenectutẽ que ſunt. inimicior ſenibus hyems/ æſtas adoleſcentibus eſt. Tum ſiqua imbecillitas oritur: proximum eſt ut infantes/ teneros q; adhuc pueros ſerpentia ulcera oris: quæ aphthas græci nominant: uomitus: nocturnae uigiliæ: aurium humor: circa umbilicum inflammationes exerceant. Proprie etiam dentientium gingiuarum exulcerationes: diſtentiones neruorum: febriculæ: alui deiectiones: maxime que caninis dentibus orientibus/ male habent. Quae pericula pleniſſimi cuiuſque ſunt: & cui maxime uenter aſtrictus eſt. At ubi ætas paulum proceſſit: glandulæ & uertebrarum: quæ in ſpina ſunt/ aliquae inclinationes: ſtrumæ: uerrucarum quædam genera dolentia (acrochordonas græci appellãt) & plura alia tubercula oriuntur. Incipiente uero iam pube ex hiſdem multæ & lõgæ febres: ſanguinis ex naribus curſus. Maxime que omnis pueritia primum circa quadrageſimum diem: deinde ſeptimo menſe: tum ſeptimo anno: poſtea circa pubertatem periclitatur. Siqua etiam genera morborum in infantem ĩciderunt: ac neq; pubertate: neq; primis coitibus: neque in foemina primis menſtruis finita ſunt: fere longa ſunt. Sæpius tamen morbi pueriles/ qui diutius manſerunt: terminantur. Adoleſcentia morbis acutis: item comitialibus: tabi que maxime obiecta eſt: fere que iuuenes ſunt/ qui ſanguinem expuunt. Poſt hanc ætatem laterum & pulmonis dolores: lethargus: colera: inſania: ſanguinis per quaedam etiam uelut ora uenarum (hæmorroidas græci appellãt)

profusio. Insenectute spiritus & urinæ difficultas: grauedo, articulorum & renum dolores: neruorum resolutiones. malus corporis habitus (cachesian græci appellant) nocturnæ uigiliæ: uitia longiora aurium, oculorum, etiam narium: præcipue que soluta aluus. quæ sequntur hanc tormina, uel leuitas intestinorum: ceteraq; uentris fusi mala. Præter hæc graciles, tabes: dejectiones: destillationes: item uiscerum & laterum dolores fatigant. Obesi plerunq; acutis morbis & difficultate sperandi strangulantur: subitoq; sæpe moriuntur. Quod in corpore tenuiore uix enenit.

cachesia

DE SIGNIS aduersæ ualitudinis futuræ . CAPVT. II.

A Nte aduersam autem ualitudinem, ut supra dixi, quædã notæ oriuntur: quarum omnium commune est . aliter se corpus habere atq; consueuit: neq; in peius tantum, sed etiam in melius. Ergo si plenior aliquis & speciosior & coloratior factus est: suspecta habere bona sua debet. Quæ quia neq; in eodem habitu subsistere, neq; ultra progredi possunt: fere retro quasi ruina quadam reuoluuntur. Peius tamen signum est ubi aliquis contra consuetudinem emacuit: & colorem decore que amisit. quoniam in his quæ superant. est quod morbus demat. in his quæ desunt: non est quod ipsum morbũ ferat. Præter hæc protinus timeri debet. si grauiora membra sunt. si crebra ulcera oriuntur. si corpus supra consuetudinem incaluit. si grauior somnus pressit. si tumultuosa somnia fuerunt. si sæpius expergiscitur aliquis quam assueuit: deinde iterum sopo ratur. si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat: maxime que circa pectus aut ceruices aut cura uel genua uel coxas. Item si marcet animus. si loqui & moueri piget. si corpus torquet. si dolor præcordiorum est: aut totius pectoris: aut in plurimis uenis capitis. si saliuae plenum est os. si oculi cum dolore uertuntur. si tempora astricta sunt. si membra inhorrescunt. Si spiritus grauior est. Si circa frontem intentae uenae mouentur. Si frequentes obscitationes: Si genua quasi fatigata sunt: totum

emacere.

ue corpus lassitudinem sentit. Ex quibus sæpe plura: nunquam non aliqua febrem antecedunt. Inprimis tamen illud considerandum est. Nunquid sæpius horum aliquid eueniat: ac neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur. Sunt enim quædam proprietates hominum: sine quarum notitia non facile quicq̃ in futurum præsagiri potest. Facile itaq; securus est in his aliquis: quæ sæpe sine periculo euasit. Ille sollicitari debet: cui hæc noua sunt: aut qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit.

QVAE bona inægrotantibus signa sint. .CAPVT.II.

u Bi uero febris aliquem occupat: scire licet non periclitari si in latus aut dextrum/aut sinistrum: ut ipsi uisum est: cubat cruribus paulum reductis. qui fere sani quoque iacentis habitus est: Si facile conuertitur. Si noctu dormit. Si interdiu uigilat. si ex facili spirat: si non conflictatur. si circa umbilicum & pubem cutis plana est. si præcordia eius sine ullo sensu doloris æqualiter mollia inutraq; parte sunt. Quod si paulo tumidiora sunt: sed tamen digitis cedunt & non dolent: hæc ualitudo/ut spatium aliquod habebit: sic tuta erit. Corpus quoque quod æqualiter molle & calidum est: quod que æqualiter totũ insudat: & cuius febricula eo sudore finitur: securitatem pollicetur/quando iã ad sanitatem uenit corpus. Sternutamen tum etiam inter bona inditia est. Et cupiditas cibi uel a primo seruata/uel etiam post fastidium orta. Neq; terrere debet ea febris/quæ eodem die finita est. ac ne ea quidem: quæ quãuis longiore tempore euanuit: tamen ante alteram accessionem ex toto quieuit: sic ut corpus integrum: quod ilicrines græci uocãt: fieret. siquis autem incidit uomitus/mixtus esse & bile & pituita debet: & in urina subsidere album. leue. æquale: sic ut etiã siquæ quasi nubeculæ innatarint/in unũ deferãtur. At neq; ter ei q̃ apiclo tutus ẽ: reddit modo mollia figurata eodẽ fere tepore/quo secũda ualitudie assueuit: mõ cõueniẽtia iis quæ assumũtur. peior cita aluus est. sed ne hæc qdẽ terrere ptinus de

ilicrines

bet: si matutinis temporibus coacta magis est: aut si procedē te tempore paulatim contrahitur & ruffa est: neq; foeditate odoris simil in alvum sani hominis excedit. Ac lumbricos quoque aliquos sub fine morbi descendisse nihil nocet. Si inflammatio in superioribus partibus dolorem / tumorem que fecit: bonum signum est. Sonus uentris inde ad inferiores partes euolutus: magis que etiam si sine difficultate cum stercore excessit.

MALA SIGNA AEGROTANtium. CAPVT. III.

Contra grauis morbi periculum est: ubi supinus æger iacet porrectis manibus & cruribus. Vbi residere uult in ipso acuti morbi impetu: præcipue que pulmoibus laborātibus. Vbi nocturna uigilia premitur / etiam si interdiu somnus accedit. Exquo tamen peior est: qui inter quartam horam & noctem / q̄ qui matutino tempore ad quartam. Pessimum tamen ē si somnus / neq; noctu / neq; interdiu accedit. Id enim fere sine continuo dolore esse non potest. Aeque uero signum malum est etiam somno ultra debitum urgeri: peius que quo magis se sopor interdiu / noctu que continuat. Mali etiam morbi testimonium est uehementer & crebro spirare: a sexto die coepisse inhorrescere: pus expuere: uix excreare: dolorem habere continuum: difficulter ferre morbum: iactare brachia & crura: sine uoluntate lacrimare: habere humorem glutinosum dentibus inhaerentem: cutem circa umbilicum & pubem macram: præcordia inflammata. dolentia. dura. tumida. intenta: magis que si hæc / dextra parte / quam sinistra sunt. periculosissimum tamen est / si uenæ quoq; ibi uehementer agitantur. Mali etiam morbi signum est: nimis celeriter emacrescere: caput & pedes manusq; calidas habere uētre & lateribus frigētibus. aut frigidas extremas partes acuto morbo urgēte: aut post sudorē inhorrescere. aut post uomitum singultum esse. uel rubere oculos. aut post cupiditatem cibi / post ue longas febres hunc fastidire: aut multum sudare: maxime que frigido sudore.

pus

aut habere ſudores non per totum corpus æquales: qui que febrem non finiant: & eas febres / quæ quotidie tempore eodem reuertantur: quæ ue ſemper pares acceſſiones habeant: neq; tertio quoq; die leuentur: quæ ue continuent / ue per acceſſiones increſcant: per diſceſſiones tantum molliantur. nec unq̄ integrum corpus dimittant. Peſſimum eſt ſi ne leuatur quidem febris / ſed æque concitata continuat. Periculoſum eſt etiam poſt arquatum morbū febrem oriri utiq; ſi præcordia dextra parte dura manſerunt ac dolentibus his leuia. Nulla acuta febris leuiter terrere nos debet. Neq; unq̄ in acuta febre / aut a ſomno non eſt terribilis neruorum diſtentio. Timere etiam ex ſomno mali morbi eſt. Item q; in prima febre protinus mētem eſſe turbatam: membrum ue aliquod eſſe reſolutum. Ex quo caſu quanuis uita redditur: tamen id fere membrum debilitatur. Vomitus etiam periculoſus eſt ſinceræ pituitæ uel bilis: peior q; ſi uiridis aut niger eſt. At mala urina eſt in qua ſubſidūt ſubrubra aut liuida. deterior in qua quaſi fila quædā tenuia atq; alba. peſſima ex his ſi tanq̄ ex furfuribus factas nubeculas repreſentat. Diluta quoq; atque alba uitioſa eſt: ſed inphreneticis maxime. Aluus autem mala ē ex toto ſuppreſſa. Periculoſa etiam quæ inter febres fluens conquieſcere hominē in cubili non patitur: utiq; ſi quod deſcendit: eſt perliquidum aut albidum / aut pallidum / aut ſpumans. Præter hæc periculū oſtendit id quod excernitur ſi eſt exiguum. glutinoſum. leue: album / idem que ſubpallidum: uel ſi eſt aut liuidum aut bilioſum aut cruentum aut peioris odoris / quam ex conſuetudine. Malum eſt etiam: quod poſt longas febres ſincerum eſt.

DE SIGNIS LONGAE VALITVDINIS CAPVT QVARTVM

POſt hæc inditia notum eſt longum morbum fieri. Sic enim neceſſe eſt / niſi occidit. Neq; uitæ alia ſpes inmalis magnis eſt: q̄ ut ipetū morbi trahendo aliquis effugiat: porri

gatur que in id tempus/quod curationi locum præstet. Proti nus tamen signa quædam sunt: exquibus colligere possumus morbum & sinon interemerit/longius tamen tempus habiturū. Vbi frigidus sudor inter febres non acutas circa caput tātum & ceruices oritur. Aut ubi febre non quiescēte corpus insudat. Aut ubi corpus modo frigidum/modo calidum est: & color alius ex alio fit. Aut ubi quod inter febres aliqua parte abscessit: ad sanitatem non peruenit. Aut ubi æger pro spatio parū emacrescit. Item si urina modo liquida & pura est: modo habet quædam subsidentia leuia: atq; alba rubra ue sunt quæ in ea subsidunt. aut si quasdam quasi maculas representat. aut si bullulas excitat.

DE INDITIIS MORTIS CAPVT QVINTVM

SEd inter hæc quidem proposito metu spes tamen supereſt.

Ad ultima uero tam uentum esse testantur/nares acutæ: collapsa tempora: oculi concaui: frigidæ/ languidæ que aures & imis partibus leniter uersæ: cutis circa frontem dura & intēta: color aut niger/aut per pallidus. multo q; magis si ita hæc sunt: ut neq; uigilia præcesserit: neq; uentris resolutio: neq; inedia. Exquibus causis interdum hæc species oritur: sed uno die finitur. Itaq; diutius durans mortis index est. Si uero in morbo uetere iam triduo talis est: in propinquo mors est: magis que si præter hæc oculi quoq; lumen refugiunt & illacrimant. quæ q; in his alba esse debent: rubescunt: atq; in hisdem uenulæ pallent: pituita que in his innatans nouissime angulis inhærescit: alterq; ex his minor est: hiq; aut uehemēter subsederūt/ aut facti tumidiores sunt: perq; somnum palpebræ nō cōmittūtur: sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet: neque id fluēs aluus expressit: exdē que palpebræ pallent: & idē pallor labra & nares decolorat. Eadem que labra & nares oculi que & palpebræ & supcilia: aliqua ue ex his puertuntur: isq; ppter imbecillitatem iī non audit/aut non uidet eadem: mors denūtiatur. Vbi ægri supini cubant: hisque genua contracta sunt:

Vbi is deorsum ad pedes sub inde delabitur. Vbi bracchia & crura nudat & inaequaliter dispergit: neq; his calor subest. V bi biat. Vbi assidue dormit. Vbi is qui mentis suæ non est: neq; id facere sanus solet: dentibus stridet. Vbi ulcus quod aut ante, aut inipso morbo natum est: aridum & aut pallidum aut liuidum factum est. Illa quoq; mortis indicia sunt: ūgues, digitiq; pallidi: frigidus spiritus: aut si manibus quis in febre & acuto morbo uel in sania, pulmonis ue dolore uel capitis, in ueste floccos legit: fimbrias ue diducit: uel in adiuncto pa riete siqua minuta eminent: carpit. Dolores etiam circa coxas & inferiores partes orti si aduiscera transierunt subitoq; desi erunt, mortem subesse testantur: magisq; si alia quoque signa accesserunt. Neq; is seruari potest, qui sine ullo timore febrici tans subito strangulatur: aut deuorare saliuam suam non po test. Cui ue ineodem febris corporis que habitu ceruix conuer titur sic ut deuorare æque nihil possit. Aut cui simul & conti nua febris & ultima corporis infirmitas est. Aut cui febre non quiescente exterior pars friget: interior sic calet: ut etiam siti faciat. Aut qui febre æque non quiescente, simul & delirio & spirandi difficultate uexatur. Aut qui epoto ueratro exceptus distentione neruorum est. Aut qui ebrius obmutuit. Is enim febre adiecta neruorum distentione cōsumitur: nisi aut febris accessit: aut eo tempore, quo ebrietas solui debet: loqui cepit. Mulier quoq; grauida acuto morbo facile consumitur: & is cui somnus dolorem auget: & cui protinus in recenti morbo bilis atra uel infra uel supra se ostendit: cui ue alterutrum modo se prompsit: cum iam longo morbo corpus eius esset extenuatū & affectum: sputum etiā bilioſum & purulentum. siue separati ista: siue mixta proueniunt interitus periculum ostendunt. Ac si circa septimum diem tale esse cœpit: proximum est ut is cir ca quartum decimum diem decedat: nisi alia signa meliora, pe iora ue accesserint. Quæ quo leuiora grauiora ue sub secuta sunt: eo uel seriorem mortem, uel maturiorem denuntiant. Su dor quoq; frigidus in acuta febre pestiferus est. atq; in omni

morbo uomitus/qui uarius & multorum colorum est: præcipue que si malus in hoc odor est. Ac sanguinem quoque in febre uomuisse pestiferum est. Vrina uero rubra & tenuis in magna crudítate esse consueuit: & sæpe ante quam spatio matureſcat hominem rapit. Itaq; si talis diutius permanet: periculum mortis ostendit. Pessima tamen est præcipueq; mortifera/ nigra. crassa. mali odoris. Atq; in uiris quidem & mulieribus talis deterrima est. In pueris uero quæ tenuis & diluta est. Aluus quoque uaria pestifera est: quæ strigmentum: sanguinem: bilē uiridem: aliquid modo diuersis temporibus/ modo simul: & in mixtura quadam/ discreta tamen representat. Sed hæc quidem potest paulo diutius trahere. In præcipiti uero iam esse denūtiat quæ liquida: eadem que uel nigra uel pallida uel pinguis est: utiq; si magna foeditas odoris accessit. Illud interrogari me posse ab aliquo scio. Si certa futuræ mortis indicia sunt: quomodo interdum deserti a medicis conualescant: quosdam que fama prodiderit in ipsis funeribus reuixisse. Quin etiam uir iure magni nominis Democritus ne finitæ quidem uitæ satis certas notas esse proposuit. quibus medici credidissēt adeo illud non reliquit/ ut certa aliqua signa futuræ mortis essent. Aduersus quos ne dicam illud quidem: quod in uicino saepe quaedam notae positae non bonos sed imperitos medicos decipiunt: quod Asclepiades funeri obuius intellexit eum uiuere qui efferebatur: ne protinus crimē artis esset siquod professoris sit: illa tamen moderatius subiiciam. Coniecturalem artem esse medicinam: rationem q; cōiecturæ talem esse: ut cum sæpius aliquando responderit: interdum tamen fallat nos. Siquid itaq; uix in millesimo corpore aliquando decipit: id notam non habet: cum per innumerabiles homines respondeat. Id que non in iis tantum/ quæ pestifera sunt/ dico: sed in iis quoq; quæ salutaria. Siquidem etiam spes interdum frustratur & moritur aliquis: dequo medicus securus primo fuit. Quæ que medendi causa reperta sunt non nunquam in peius aliquid conuertunt. Neq; id cuitare humana imbecillitas in tā

ea uarietate corporum poteſt. Sed eſt tamen medicinæ fides: quæ multo ſæpius per que multo plures ægros prodeſt. Neque tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas eſſe & ſalutis & mortis.

DE NOTIS quas aliquis in ſingulis morborum generibus habere poſſit. CAPVT. VI.

SEd cum propoſuerim ſigna quæ in omni aduerſa ualitudine communia eſſe conſuerunt: ea quoq; tranſibo: ut quas aliquis ī ſīgulis morborū generibus habere poſſit notas idicē. Quædā autē ſunt/quæ ātē febres: quaedā quæ inter eas quid/aut intus ſit/aut uenturum ſit: oſtendunt. Ante febres. ſi caput graue eſt: aut ex ſomno oculi caligant: aut frequentia ſternutamenta ſunt: circa caput aliquis pituitæ impetus timeri poteſt. Si ſanguis aut calor abundat: proximum eſt ut aliqua parte profluuium ſanguinis fiat. Si ſine cauſa quis emacreſcit: ne in malum habitum corpus eius recidat/metus eſt. Si præcordia dolent: aut inflammatio grauis eſt: aut non toto die concocta fertur urina: crudicacem eſſe manifeſtum eſt. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt: ii uel capitis doloribus confligantur: uel terram edunt. Qui diu habent faciem pallidam & tumidam: aut capite/aut uiſceribus/aut aluo laborant. Si in continua febre puero uenter nihil reddit: mutatur q; ei color: nec ſomnus accedit: ploratq; is aſſidue: metuenda neruorum diſtentio eſt. Frequens autem deſtillatio in corpore tenui/lōgoq; tabem timendam eſſe teſtatur. Vbi pluribus diebus non deſcendit aluus: docet aut ſubitam deiectionem/aut febriculā inſtare. Vbi pedes turgent: lōgæ deiectiones ſunt. Vbi dolor in imo uentre & coxis eſt: aqua intercutem inſtat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri ſolet. Idem propoſitum periculum eſt iis: quibus uoluntas deſidendi eſt: uenter nihil reddit/niſi & ægre & durum. tumor in pedibus eſt: idemq; modo dextra/modo ſiniſtra parte uentris inuicem oritur atq; finitur: ſed a

iocinere id malum proficiſci uidetur. Eiuſdem morbi nota ē: Vbi circa umbilicum inteſtina torquentur (Strophon græci nominant) coxæq; dolores manent: ea que neq; tempore neque remediis ſoluuntur. Dolor autem articulorum pro ut in pedi dibus manibus ue aut alia qualibet parte ſic eſt: ut eo loco ner ui contrahantur: aut ſi id membrum ex leui cauſa fatigatum æ que frigido calido q; offenditur: podagram chiragram ue / uel eius articuli inquo id ſentitur morbum futurum eſſe denūciat. Quibus in pueritia ſanguis ex naribus fluxit: dein fluere deſi it: ii uel capitis doloribus confi ictentur neceſſe eſt: uel in arti culis aliquas exulcerationes graues habeant: uel aliquo morbo etiam debilitentur. Quibus foeminis menſtrua non proueni unt: neceſſe eſt capitis acerbiſſimi dolores ſint: uel quælibet alia pars morbo infeſtetur. Eademq; iis pericula ſunt: quibus articulorum uitia dolores tumoresq; ſine podraga ſimilibusq; morbis oriuntur & deſinunt. Vtiq; ſi ſæpe tempora iiſdem do lent: noctu que corpora inſudant: ſi frons prurit: lippitudinis metus eſt. Si mulier a partu uehementes dolores habet: neque præter ea ſigna mala ſunt: circa uigeſimum diem aut ſanguis p nares erumpet: aut ī inferioribus partibus aliquid abſcedet. Quicunq; etiam dolorem ingentem circa tempora & frontem habebit: is alterutra ratione eum finiet: magis que ſi iuuenis e rit / per ſanguinis profuſionem: ſi ſenior / per ſuppurationem. Febris autem quæ ſubito ſine ratione ſine bonis ſignis finita eſt: fere reuertitur. Cui fauces ſanguine & inter diu & noctu re plentur ſic ut neque capitis dolores: neque præcordiorum: ne que tuſſis: neque uomitus: neque febricula præceſſerit: huius a ut in naribus / aut in faucibus ulcus reperietur. Si mulieri ex in guine febricula orta eſt: neque cauſa apparet: ulcus iuuua eſt. Vrina autem craſſa exqua quod deſidet album eſt: ſignificat circa articulos / aut circa uiſcera dolorem metum que morbi eſ ſe. Eadem uiridis aut uiſcerum dolorem tumorem que cum ali quo periculo ſubeſſe: aut certe corpus integrum non eſſe teſta tur. At ſi ſanguis aut pus in urina eſt: uel ueſica uel renes exul

cerati sunt. Si hæc crassa caruncułas quasdam exiguas quasi capillos habet: aut si bullat & male olet & interdum quasi harenàm/interdum quasi sanguinem trahit: dolent autem coxæ: quæ que inter has super que pubem sunt: & accedunt frequentes ructus: interdum uomitus biliosus: extremæ que partes frigescunt: urinæ crebra cupiditas sed magna difficultas est: & quod inde excretum est aquæ simile uel ruffum uel pallidum est: paulum tamen in eo leuament: est: aluus uero cum multo spiritu redditur: utiq; in renibus uitium est. Aut si paulatim destillat: uel si sanguis per hanc editur: & in eo quædam cruenta concreta sunt: id que ipsum cum difficultate redditur: & circa pubem inferiores partes dolent: in eadem uesica uitium est. Calculosi uero his inditiis cognoscuntur. Difficulter urina redditur: paulatim que interdum etiam sine uolũtate destillat. Eadem harenosa est: nõ nunq̃ aut sanguis/aut cruentum/aut purulentum aliquid cum ea excernitur. Eam que quidam promptius recti: quidam resupinati: maxime q; ii qui grandes calculos habent: quidam etiam inclinati reddunt: colem q; extendendo/dolorem leuant. Grauitatis quoq; cuiusdam in ea parte sensus est: atq; ea cursu omni q; motu augentur. Quidã etiam cum torquentur: pedes inter se subinde mutatis uicibus implicant. Fœminæ uero oras naturalium suorum manibus admotis scabere crebro coguntur. Non nunquam si digitum admouerunt ubi uesicæ cerui cem is urget/calculum sentiunt. At qui spumantem sanguinem excreant: his in pulmone uitium est. Mulieri grauidæ sine modo fusa aluus elidere partum potest. Eidem si lac ex mammis profluit: imbecillum est quod intus gerit. Duræ mammæ sanum illud esse testantur. Frequens singultus & præter consuetudinem continuus: iecur inflammatum esse significat. Si tumores super ulcera subito esse desierunt: id que a tergo incidit: uel distentio neruorum: uel rigor timeri potest. At si a priore parte id euenit: uel lateris acutus dolor: uel insania expectanda est. Interdum etiam huiusmodi casum: quæ tutissima inter hæc est: profusio alui sequitur. Si

ora uenarum ſanguinem ſolita fundere ſubito ſuppreſſa ſunt: aut aqua intet cutem/aut tabes ſequitur. Eadem tabes ſubit ſi in lateris dolore orta ſuppuratio/ intra quadraginta dies purgari non potuit. At ſi longa triſtitia cum longo timore & uigilia eſt: atræ bilis morbus ſubeſt. Quibus ſæpe exnaribus fluit ſanguis: iis aut lienis tumet: aut capitis dolores ſunt: quos ſequitur ut quædam ante oculos tanquam imagines obuerſentur. At quibus magni lienes ſunt: iis gingiuæ male ſunt: & os olet: aut ſanguis aliqua parte prorumpit. Quorum ſi nihil euenit: neceſſe eſt incruribus mala ulcera & ex his nigrae cicatrices fiant. Quibus cauſa doloris neq; ſeuſus eius eſt: iis mens labat. Si in uentrem ſanguis confluxit: ibi in pus uertitur. Si a coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus tranſit: neque ullum ſignum malum acceſſit/ ſuppurationis eo loco periculum eſt. Quibus ſine febre aliqua exparte dolor aut prurigo cum rubore aut calore eſt: ibi aliquid ſuppurat: Vrina quo q; quae in homine ſano parum liquida ē: circa aures futuram aliquam ſuppurationem eſſe denuntiat. Hæc uero cum ſine febre quo que uel latentium uel futurarum rerum notas habeant: multo certiora ſunt ubi febris acceſſit: atq; etiam aliorum morborū tum ſigna naſcuntur. Ergo protinus inſania timenda eſt/ ubi expeditior alicuius/ q̄ ſani fuit ſermo eſt: ſubita q; loquacitas orta eſt: & hæc ipſa ſolito audacior. aut ubi raro quis & uehementer ſpirat: uenas q; concitatas habet præcordiis duris & tumentibus. Oculorum quoque frequens motus: & in capitis dolore offuſae oculis tenebræ: uel nullo dolore ſubſtante ſomnus ereptus: continuata que nocte & die uigilia: uel proſtratum contra conſuetudinem corpus in uentrem ſic ut ipſius alui dolor id non coegerit. Item robuſto adhuc corpore inſolitus dentiū ſtridor/ inſaniæ ſigna ſunt. Siquid etiam abſceſſit/ & anteq̄ ſuppuraret manente adhuc corpore inſolita febre ſubſedit: periculum affert primum furoris/ deinde interitus. Auris quoq; dolor acutus cum febre continua uehementi que ſæpe mentem turbat: & ex eo caſu iuniores/ interdum intra ſeptimum diem

moriuntur: seniores tardius: quoniã neq; æque magnas febres experiuntur: neq; æque insaniunt. ita sustinent dum is affectus intus uersatur. Suffuse quoq; sanguine mulieris mammae/ futurem uenturum esse testantur. Quibus autem longae febres sunt: iis aut abscessus aliqui: aut articulorum dolores erunt. Quorum faucibus in febre illiditur spiritus: instat iis neruorum distentio. Si angina subito finita est: i pulmonem id malum transit: id que sæpe intra septimum diem occidit. Quod nisi incidat: sequitur ut aliqua parte suppuret. Deinde post alui longam resolutionem/ tormina: Post hæc/ intestinorum leuitas oritur. Post nimias destillationes/ tabes. post lateris dolores/ uitia pulmonum. post hæc/ insania. Post magnos feruores corporis/ neruorum rigor aut distentio. Vbi caput uulnera tum est/ delirium. Vbi uigilia torsit/ neruorum distentio. Vbi uehementer uenæ super ulcera mouentur/ sanguinis profluuium erit. Suppuratio uero pluribus morbis excitatur. Nã si longæ febres sine dolore/ sine manifesta causa remanent: in aliquam partem id malum incumbit: in iunioribus tamen. nam in senioribus ex eiusmodi morbo quartana fere nascitur. Eadem suppuratio fit/ si præcordia dura dolentia ante uigesimũ diem hominem nõ sustulerunt: neq; sanguis exnaribus fluxit: maxime que in adolescentibus. utiq; si inter principia aut oculorum caligo/ aut capitis dolores fuerunt: sed cum iferioribus partibus aliquid abscessit. Aut si precordia tumorem mollem habent. neq; habere intra sexaginta dies desinunt: hæret que per omne id tẽpus febris. Sed tum insuperioribus partibus fit abscessus: ac si inter ipsa ulcera non fuit/ circa aures erumpit. Cum q; omnis longus tumor ad suppurationem fere spectet: magis eo tendit is/ qui in præcordiis: q̃ is/ qui infra est. Si lassitudinis etiam sensus in febre est: uel in maxillis/ uel in articulis aliquid abscedit. Interdum quoq; urina tenuis & cruda sic diu fertur/ ut alia salutaria signa sint. Exquo eo casu plerũ q; infra transuersum septum: quod diaphragma græci uocant: fit abscessus. Dolor autem pulmonis si neq; per sputa/ neque

diaphragma

per cucurbitulas/neq; per sanguinis detractionem/ neque per uictus rationē finitus est: uomicas aliquas ītērdū excitat aut circa uigesimum diem/aut circa quadragesimum/ non nunq; etiam circa sexagesimum. numerabimus autem ab eo die/quo primum febricitauit aliquis/aut inhorruit/aut grauitatem eius partis sensit. Sed hæ uomicæ modo a pulmone/ modo a contraria parte nascuntur. Quod suppurat ab ea parte quam afficit/ dolorem inflammationem que concitat ipsum calidius est: & si in partem sanam aliquis decubuit/onerare eam expōdere aliquo uidetur. Omnis etiam suppuratio/ quæ non dum oculis patet sic deprehendi potest. Si febris nō dimittit: eaq; interdiu leuior est: noctu increscit: multus sudor oritur: cupiditas tussiendi est & pene nihil in tussi excreatur: oculi cauisunt: malae rubent: uenæ sublingua inalbescunt: in manibus fiunt adunci ungues: digiti/maximeq; summi/pallent: in pedibus tumores sunt: spiritus difficilius trahitur: cibi fastidium est: pustulæ toto corpore oriuntur. Quod si protinus initio dolor & tussis fuit & spiritus difficultas: uomica uel ante uel circa uigesimum diem erumpet. Si serius ista coeperint: necesse est quidem increscant. sed quo minus cito affecerint/ eo tardius soluentur. Solent etiam in graui morbo pedes cū digitis unguibusq; nigrescere. Quod si non est mors consecuta & reliquum corpus inualuit: pedes tamen decidunt.

QVAE NOTAE in quoq; morbi genere uel spem uel pericula ostendant. CAPVT. VII.

Sequitur ut in quoq; morbi genere ꝓprias notas explicē: quæ uel spē uel piculū ostendāt. Ex uesica dolēte si purulenta urina pcessit: īq; ea leue & albū subsedit: metum detrahit. In pulmonis morbo si sputo ipse leuatur dolor quāuis id purulentum est: tamen æger facile spirat: facile excreat: morbum ipsum non difficulter fert: potest ei secunda ualitudo contingere. Neq; inter initia terreri conuenit si protinus sputum mixtū est ruffo quodā & sanguine/dūmodo stati edatur.

Laterũ dolores ſuppuratione facta: deinde intra quadrageſimum diem purgata finiuntur. Si in iocinere uomica eſt & ex ea fertur pus purum & album: ſalus ei facilis. Id enim malum in tunica eſt. Ex ſuppurationibus uero eæ tolerabiles ſũt: quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur. Et ex iis quae intus procedunt: eæ leuiores, quæ contra ſe cutem non afficiunt: eamq; & ſine dolore eſſe & eiuſdem coloris, cuius reliquæ partes ſunt: ſinunt eſſe. Pus quoq; quacunq; parte erumpit: ſi eſt leue album & unius coloris: ſine ullo metu eſt: & quo effuſo febris protinus conquieuit: deſieruntq; urgere cibi faſtidium & potionis deſiderium. siquando etiam ſuppuratio deſcendit in crura: ſputumq; eiuſdem factum pro ruffo purulentum eſt: periculi minus eſt. At in tabe eius qui ſaluus futurus eſt: ſputum eſſe debet album, æquale totum, eiuſdemq; coloris ſine picuita: eiq; etiam ſimile eſſe oportet ſiquid in nares a capite deſtillat. Longe optimum eſt febrem omnino non eſſe: ſecundũ eſt, tantulum eſſe: ut neque cibum impediat: neque crebram ſitim faciat. Aluus in hac ualitudine ea tuta eſt: quæ quotidie coacta: ea que conuenientia iis quæ aſſumuntur reddit. Corpus id quod minime tenue maxime que lati pectoris atque ſe toſi eſt: cuius que cartilago exigua & carnoſa eſt. Super tabem si mulieri quoque ſuppreſſa menſtrua fuerunt & circa pectus atque ſcapulas dolor manſit: ſubito que ſanguis erupit: leuari morbus ſolet. Nam & tuſſis minuitur & ſitis atque febricule deſinunt. Sed iiſdem fere niſi redit ſanguis, uomica erũpit. quæ quo cruentior, eo melior eſt. Aqua autem intercutem minime terribilis eſt: quæ nullo antecedente morbo coepit. deinde quæ longo morbo ſuperuenit. Vtiq; ſi firma uiſcera ſũt. si ſpiritus facilis. ſi nullus dolor. ſi ſine calore corpus eſt: æqualiter que in extremis partibus macrum eſt. ſi uenter mollis. ſi nulla tuſſis: nulla ſitis. ſi lingua ne per ſomnum quidẽ inareſcit. ſi cibi cupiditas eſt. ſi uenter medicamentis mouetur. ſi per ſe excernit mollia & figurata. ſi extenuatur. ſi urina & uini mutatione & epotis aliquibus medicamẽtis mutatur.

Si corpus sine lassitudine est & morbum facile sustinet. siquidem in quo omnia hæc sunt: is ex toto tutus est: in quo plura exhis sūt: is in bona spe est. Articulorū uero uitia ut podagræ chiragræ que si iuuenes tentarunt/neq; callum induxerunt: sol ui possunt: maxime q; torminibus leniuntur & ex quocūque modo uenter fluit. Item morbus comitialis ante pubertatem ortus non ægre finitur: & inquo ab una parte corporis uenientis accessionis sensus incipit. optimum est a manibus/ pedibusue initium fieri: deinde a lateribus: pessimum inter hæc a capite. Atq; in his quoq; ea maxime prosunt: quæ per deiectiones excernuntur. Ipsa autem deiectio sine ulla noxa est: quæ sine febre est: si celeriter desinit: si contracto uentre nullus motus eius sentitur: si extremam aluum spiritus sequitur. Actia tormina quidem periculosa nō sunt / si sanguis & strigmenta descendunt / dum febris caeterae que accessiones huius morbi absint. adeo ut etiam grauida mulier non solum reseruari possit: sed etiam partum reseruare. Prodest que in hoc morbo si iam aetate aliquis processit. Contra intestinorum leuitas facilius a teneris aetatibus depellitur: utique si ferri urina & alicibo corpus incipit. Eadem aetas prodest & in coxae dolore & humerorum & in omni resolutione neruorum. Ex quibus coxa si sine torpore est: si leuiter friget: quanuis magnos dolores habet: tamen & facile & mature sanatur: resolutum que membrum / si nihilominus aliter fieri sanum potest. oris resolutio etiam aluo cita finitur. Omnis que deiectio lippienti prodest. At uarix ortus: uel per ora uenarum subita profusio sanguinis: uel tormina / insaniam tollunt. Humerorum dolores / qui ad scapulas uel manus tendunt / uomitu atrae bilis soluuntur. Et quisquis dolor deorsum tendit / sanabilior est. Singultus sternutamento finitur. Longas deiectiones supprimit uomitus. Mulier sanguinem uomens profusis menstruis liberatur. Quæ menstruis non purgatur: si sāguinē ex naribus fudit: ōni piculo uacat. Quæ locis laborat: aut difficulter partū edit: sternutamēto leuatur. æstiua quarta

podagræ

uarix.

singultus

mēstrua

na fere breuis est cui calor & tremor est : salutí delirium est . Lienosis bono termina sunt . Denique ipsa febris: quod maxime mirum uideri potest : saepe praesidio est . Nam & praecordiorum dolores: si sine inflammatione sunt : finit : & in iocineris dolore succurrit : & neruorum distentionē rigorem que / si postea coepit : extoto tollit . & ex difficultate urinæ morbum tenuioris intestini ortum : si urinam per calorem mouet : leuat. At dolores capitis quibus oculorum caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt: sanguinis profusione uel fortuita uel etiam petita summouentur . Si capitis ac frontis dolores ex uento uel frigore aut æstu sunt : grauedine & sternutamentis finiuntur . Febrem autem ardentē : quam graeci causoden uocant : subitus horror exoluit . Si in febre aures obtusae sunt : si sanguis e naribus fluxit : aut uenter resolutus est: illud malum desinit ex toto . Nihil plus aduersus surditatem quam biliosa aluus potest . Quibus in fistula urinae uti minuti abscessus : quos thinata graeci uocāt: esse coeperunt : iis ubi pus ea parte profluxit/sanitas reddi tur . Ex quibus cum pleraque per se proueniant : scire licet interea quoque / quae ars adhibet / naturam plurimum posse. Contra si caput febre continenti dolet: neque quicquam reddit : malum atque mortiferum est : maxime que id periculum est pueris a septimo anno ad quartum decimum . Inpulmonis morbo si sputum primis diebus non fuit : deinde a septimo die coepit & ultra septimum mansit : periculosum est . Quanto que magis mixtos neque inter se diductos colores habet / tanto deterius. Et tamen nihil peius est quam sincerum id edi / siue ruffum est / siue cruentum / siue album / siue glutinosum / siue pallidum / siue spumans . nigrum tamen pessimum est . In eodem morbo periculosa sunt tussis : destillatio: etiam quod alias salutare habetur sternutamentum . Periculosissimum que est si haec secuta subita deiectio est . Fere uero quæ in pulmonis / eadē in lateris doloribus & mitiora signa & asperiora esse cōsuerunt. Ex iocinere si pus cruentum exit:

causodes

thinata

mortiferum est. At ex suppurationibus ea pessimæ sunt: quae intus tendunt sic ut exteriorem quoque cutem decolorent. Ex iis deinde, quæ in exteriorem partem prorumpit: quæ maxime, quæ q̄ planissime sunt. Quod si ne rupta quidem uomica uel pure extrinsecus emisso febris quieuit: aut quanuis quieuerit, tamen repetit, item si sitis est: si cibi fastidium: si uenter liq̄dus: si pus est liuidum & pallidum: si nihil æger excreat, nisi pituitam spumantem: periculum certum est. Atque ex iis quidem suppurationibus: quas pulmonum morbi concitarunt: fere senes moriuntur: ex cæteris iuniores. At in tabe sputum mixtum, purulentum, febris assidua: quæ & cibi tempora eripit & siti affligit: in corpore tenui periculum subesse testatur. Si quis etiam in eo morbo diutius traxit: ubi capilli fluunt: ubi urina quædam araneis similia subsidentia oſtēdit: atq̄ in his odor foedus est: maxime que ubi post hæc orta deiectio est: protinus moritur. Vtiq̄ si tempus autumni est: quo fere qui cætera parte anni traxerunt: resoluuntur. Item pus expuisse in hoc morbo: deinde ex toto spuere desisse: mortiferum est. Solent etiam in adolescentibus ex eo morbo uomicæ, fistulæ que oriri: quæ non facile sanescunt: nisi si multa signa bonæ ualitudinis subsecuta sunt. Ex reliquis uero minime facile sanantur uirgines, aut ex mulieres: quibus super tabem menstrua suppressa sunt. Cui uero sano subitus dolor capitis ortus ē: dein somnus oppressit sic ut stertat, neq̄ expergiscatur: intra septimum diem pereundum est: magis si eum aluus cita non antecesserit. Si palpebræ dormientis non coeunt. si album oculorum apparet. Quos tamen ita mors sequitur, si id malum non est febre discussum. At aqua intercutem si ex acuto morbo coepit, ad sanitatem raro perducitur. utique si contraria his quae supra posita sunt: subsequuntur. aeque in ea quoque tussis spem tollit. Item si sanguis sursum deorsumq̄ erupit: & aqua medium corpus impleuit. Quibusdā etiā i hoc morbo tumores oriuntur: deinde desinunt: deide rursus assurgūt. Hi quidē tutiores sūt, q̄ q̄ supra cōprehēsi sūt, si attēdūtur

Sed fere fiducia ſecundæ ualitudinis opprimuntur. Illud iure aliquis mirabitur: quomodo quædam ſimul & affligunt noſtra corpora & parte aliqua tueantur. Nam ſiue aqua intercutem quem impleuit: ſiue in magno abſceſſu multum puris coiit: ſi mul id omne effudiſſe æque mortiferum eſt/ ac ſiquis ſani corporis uulnere factus exanguis eſt. Articuli uero qui ſic dolẽt ut ſuper eos ex callo quædam tubercula innata ſunt: nunquam liberantur. quæ quorum uitia uel in ſenectute coeperunt/uel in ſenectutẽ ab adoleſcentia peruenerunt: ut aliquando leniri poſſunt: ſic nunquam ex toto finiuntur. Morbus quoq; comitialis poſt annum quintum & uigeſimum ortus ægre curatur: multo que egrius is qui poſt quadrageſimum annum coepit: adeo ut in ea ætate aliquid in natura ſpei uix quicquam inmedicina ſit. Inedem morbo ſi ſimul totum corpus afficitur: neq; ante in partibus aliquis uenientis mali ſenſus eſt: ſed homo ex improuiſo concidit. cuiuſcunq; is ætatis eſt: uix ſaneſcit. Si uero aut mens læſa eſt: aut neruorum facta reſolutio: medicinæ locus non eſt. Deiectionibus quoque ſi febris acceſſit: ſi inflammatio iocineris/ aut præcordiorum/ aut uentris: ſi immodica ſitis: ſi longius tempus: ſi aluus uaria/ ſi cum dolore eſt: etiam mortis periculum ſubeſt. maxime que ſi inter hæc/ tormina uetera eſſe coeperunt. Is que morbus maxime pueros abſumit uſq; ad annum decimum. Cæteræ ætates facilius ſuſtinent. Mulier quoq; grauida eiuſmodi caſu rapi poteſt: atq; etiam ſi ipſa conualuit: partum tamen perdit. Quin etiam tormina ab atra bile orta mortifera ſunt: aut ſi ſub his extenuato iam corpore ſubito nigra aluus profluxit: aut inteſtinorum leuitas. Periculoſior eſt: ſi frequens deiectio eſt. Si uenter omnibus horis & cum ſomno & ſine hoc profluit. Si ſimiliter noctu & interdiu. si quod excernitur aut crudum eſt/ aut nigrum: & præter id etiam leue & mali odoris ſit. si ſitis urget. si poſt potionem urina non redditur. quod euenit quia tunc liquor omnis non in ueſicam: ſed inteſtina deſcendit. si os exulceratur. si rubet facies & quaſi maculis quibuſdam colorum omniũ

distinguitur. si uenter est quasi fermentatus: pinguis atq; rugosus. si & cibi cupiditas non est. Inter quæ cum euidens mors sit: multo euiduntior est: si iam longum quoq; id uitium est: maxime etiam si in corpore senili est. si uero intenuiore intestino morbus est: uomitus: singultus: neruorum distentio: delirium / mala sunt. At in morbo arquato durum fieri iecur pernitiosissimum est. Quos lienis male habet si tormina preberunt: deinde in uersa sunt / uel in aquam intercutem / uel in testinorũ leuitatem: uix ulla medicina periculo subtrahit. Morbus intestini tenuioris / nisi resolutus est / intra septimum diem occidit. Mulier ex partu si cum febre uehementibus etiam & assiduis capitis doloribus premitur: in periculo mortis est. si dolor atq; inflammatio est in iis partibus / quibus uiscera continentur: frequenter spirare signum malum est. Si sine causa longus dolor capitis est: & inceruices ac scapulas transit: rursusq; in caput reuertitur: aut a capite adceruices scapulas q; peruenit: pernitiosus est: nisi uomicam aliquam excitauit sic / ut pus extussiretur: aut nisi sanguis ex aliqua parte prorupit: aut nisi in capite multa prurigo: toto ue corpore pustulæ ortæ sunt. Aeque magnum malum est ubi torpor atq; prurigo peruagantur modo per totum caput modo in parte: aut sensus alicuius ibi quasi frigoris est: eaq; ad summam quoque linguam perueniunt. Et cum in hisdem abscessibus auxilium sit: eo difficilior sanitas est / quo minus sæpe sub his malis illi subsequũtur. In coxæ uero doloribus si uehemens torpor est: frigescit que crus & coxa: aluus nisi coacta non reddit: id que quod excernitur mucosum est: iam que ætas eius hominis quadragesimum annum excessit: is morbus erit longissimus: minime que annuus: neq; finiri poterit / nisi aut uere aut autunno. Difficilis æq; curatio est in eadem ætate ubi humerorum dolor / uel ad manus peruenit / uel ad scapulas tendit: torporem que & dolorem creat: neq; bilis uomitu leuatur. Quicunq; uero parte corporis membrum aliquod resolutum est: si neq; mouetur & emacrescit: in pristinum habitum non reuertitur: eo q; minus quo ue

cuſtius id uitium eſt: & quo magis in corpore ſenili eſt. Omnicq; reſolutioni neruorum ad medicinam non idonea tempora ſunt hyems & autumnus. aliquid ſperari poteſt uere & æſtate. Isq; morbus mediocris uix ſanatur. uehemens ſanari non poteſt. Omnis etiam dolor minus medicinæ patet/qui ſurſum procedit. Mulieri grauidæ/ſi ſubito mammæ emacruerunt: abortus periculum eſt. Quæ neq; peperit/neq; grauida eſt ſi lac habet: a menſtruis defecta eſt. Quartana æſtiua breuis: autumnalis fere longa eſt: maximeq; quæ coepit hyeme apppinquante. si ſanguis profluxit, deinde ſecuta eſt dementia cum diſtẽtione neruorum/periculum mortis eſt. Itemq; ſi medicamentis purgatum & adhuc inanem neruorum diſtentio oppreſſit: aut ſi in magno dolore extremæ partes frigent. Neq; is ad uitam redit: qui ex ſuſpendio ſpumante ore detractus eſt. Aluus nigra ſanguini atro ſimilis repentina ſiue cum febre ſiue etiam ſine hac eſt: perniciosa eſt.

DE MORBORVM CVRATIONIBVS, CAPVT VIII

Cognitis inditiis/quæ nos uel ſpe conſolentur/uel metu terreant: ad curationes morborum tranſeundum eſt. Ex his quædam communes ſunt: quædam propriæ. cõmunes/quæ pluribus morbis opitulãtur. Propriae/quæ ſingulis. Ante de communibus dicam. Exquibus tamen quædam nõ ægros ſolũ: ſed ſanos quoq; ſuſtinent. quædam in aduerſa tantum ualitudine adhibentur. Omne uero auxilium corporis/aut demit aliquam materiam: aut adiicit: aut euocat: aut reprimit: aut refrigerat: aut calefacit: ſimul que aut durat aut mollit. Quædam non uno modo tantum: ſed etiam duobus inter ſe non contrariis adiuuant. Demitur materia/ſanguinis detractione: cucurbitula: deiectione: uomitu: frictione: geſtatione: omni que exercitatione: corporis abſtinentia: ſudore. De quibus protinus dicam.

DE SANGVINIS DETRACTIONE PER VENAS. CAPVT NONVM.

s Anguinem inciſa uena mitti nouū nō ē. Sed nullum pene morbum eſſe/inquo non mittatur/nouum eſt. Item mitti iunioribus & foeminis uterum non gerentibus/uetus eſt. In pueris uero idem experiri & inſenioribus & in grauidis quoq; mulieribus: uetus non eſt. si quidem antiqui primam ultimamq; ætatem ſuſtinere non poſſe hoc auxilii genus iudicabant: perſuaſerant que ſibi mulierem grauidam: quae ita curata eſſet: abortum eſſe facturam. Poſtea uero uſus oſtēdit nihil ex his eſſe perpetuum: alias que potius obſeruationes adhibendas eſſe: ad quas dirigi curantis conſilium debeat. Intereſt enim nō quae aetas ſit: neq; quid in corpore intus geratur: ſed quae uires ſint. Ergo ſi iuuenis/imbecillus eſt: aut ſi mulier/quae grauida non eſt/ parum ualet: male ſanguis emittitur. Emoritur enim uiſ ſi quae ſupererat hoc modo erepta eſt. At firmuſ puer & robuſtuſ ſenex & grauida mulier ualenſ/tuto curātur. Maxime tamen in his medicus imperitus falli poteſt: quia fere minus roboris illis ætatibus ſubeſt. Mulieri q; prægnāti poſt curationem quoq; uiribus opus eſt/non tantum adſe ſed etiam ad partum ſuſtinendum. Non quicquid autem intentionem animi aut prudentiam exigit/protinus faciendum eſt: cum præcipua in hoc ars ſit: quæ non annos numeret/neq; conceptionē ſolā uideat: ſed uires æſtimet: & ex eo colligat: poſſit nec ne ſupereſſe quod uel puerum/uel ſenem/uel in una muliere quod duo corpora ſimul ſuſtineat. Intereſt enim iter ualens corpus & obeſum: inter tenue & infirmum. Tenuioribus magis ſāguis: plenioribus magis caro abundat. Facilius itaq; illi detractionem eiusmodi ſuſtinent: celeriusq; ea ſi nimium eſt pinguis/affligitur. Ideoq; uis corporis melius ex uenis q̄ ex ipſa ſpecie æſtimatur. Neq; enim ſolum hæc conſideranda ſunt: ſed etiam morbi genus quod ſit. Verum ſuperans an deficiens materia læſerit. Corruptum corpus ſit an integrum. Nam ſi ma

teria uel deest / uel integra est: istud alienum est. At si uel co pia sui male habet / uel corrupta est : nullo modo melius succurritur. Ergo uehemens febris ubi rubet corpus / plenæ que uenæ tument / sanguinis detractionem requirit . Item uiscerum morbi / neruorumq; resolutio & rigor & distentio: quicquid de nicq; fauces difficultate spiritus strãgulat. quicquid subito supprimit uocem. quisquis intolerabilis dolor est: & quacunq; de causa ruptum aliquid intus atq; collisum est. Item malus corporis habitus: omnesq; acuti morbi : qui modo ut supra dixi non infirmitate sed onere nocent. Fieri tamen potest / ut morbus quidem id desideret : corpus autem uix pati posse uideatur. Sed si nullum tamen apparet aliud auxilium : periturusq; sit qui laborat nisi temeraria quoq; uia fuerit adiutus: in hoc statu / boni medici est ostendere: quam nulla spes sine sanguinis detractione sit: fateriq; quantus in hac ipsa re metus sit . Et tum demum si exigetur: sanguinem mittere. De quo dubitari in eiusmodi re non oportet. Satius est enim anceps auxiliũ experiri / quam nullum. Idq; maxime fieri debet ubi nerui resoluti sunt. Vbi subito aliquis obmutuit. Vbi angina strangulatur. Vbi prioris febris accessio pene confecit: paremq; subsequeri uerisimile est: neq; eandem uidẽtur sustinere ægri uires posse. Cum sit autem minime crudo sanguis mittendus : tamen ne id quidem perpetuum est . Neq; enim semper concoctionem res expectat. Ergo si ex supiore parte aliquis decidit. si contusus est. si ex aliquo subito casu sanguinem uomit: quanuis paulo ante sumpsit cibum: tamen protinus ei demenda materia est : ne si subsederit: corpus affligat. Idemq; etiam in aliis casibus repentinis / qui strangulabunt / dictum erit. At si morbi ratio patietur: tum demum nulla cruditatis suspictione remanente id fiet. Ideoq; ei rei uidetur aptissimus aduersæ ualitudinis dies secundus aut tertius . Sed ut aliquando etiam primo die sanguinem mittere necesse est : sic nunquam utile post diem quartum est: cum iam spatio ipso materia & exhausta est & corpus corrumpit: ut detractio imbecillum id facere possit :

non possit integrum. Quod si uehemẽs febris urget: in ipso
no impetu eius sanguinem mittere: hominẽ iugulare est. Expec
tanda ergo remissio est. si non decrescit: sed crescere desi
it: neq; speratur remissio: tunc quoq; quanuis peior / sola ta
men occasio non omittenda est. Fere etiam ista medicina u
bi necessaria est: in biduum diuidenda est. Satius est enim
inprimum leuare ægrum: deinde perpurgare: quam simul ōni
ui effusa fortasse præcipitare. Quod si in cura quoque a
quæ / quæ intercutem est ita respõdet: quanto magis neces
se est in sanguine respondeat? Mitti uero is debet / si totius
corporis causa fit: ex brachio. si partis alicuius: ex ea ipsa
parte / aut certe q̄ proxima. quia non ubiq; mitti potest: sed
in temporibus: in brachiis: iuxta talos. Neq; ignoro quosdã
dicere quam longissime sanguinem inde / ubi lædit: esse mit
tendum. Sic enim auerti materiæ cursum: at illo modo in
id ipsum quod grauat: euocari. Sed id falsum est. Proximũ
enim locum primo exaruit. Ex ulterioribus autem eatenus
sanguis sequitur: quatenus emittitur ubi is suppressus est:
quia non trahitur / ne uenit quidem. Videtur tamen usus ipse
docuisse: si caput fractum est: ex brachio potius sanguinem
mittendum esse. Siquod in humero uitium est: ex altero bra
chio: credo quia si quid parum cesserit: oportuniores ex par
tes iniuriæ sunt: quæ iam male habent. Auertitur quoque in
terdum sanguis / ubi alia parte prorũpens: alia emittitur. De
sinit enim fluere qua uolumus / inde obiectis quæ prohibeant /
alio dato itinere. Mittere autem sanguinem cum sit expeditis
simum / usum habenti: tum ignaro difficillimum est. Iuncta
scalpellus enim est uena arteriis. his nerui. Ita si neruum scalpellus atti S calpellus. hũc lacea ap̃m vulgariter
git: sequitur neruorum distentio: ea que hominem crudeliter
consumit. At arteria incisa neq; coit / neq; sanescit: interdum
etiam ut sanguis uehementer erumpat: efficit. Ipsius quoque
uenæ / si forte praecisa est / capita comprimuntur: neq; sangui
nem emittunt. At si timide scalpellus demittitur: summam
cutem lacerat: neque uenam incidit. Non nunquam etiam ea

latet: neq; facile reperitur. Ita multæ res id difficile, inscio faciunt, quod perito facillimum est. Incidenda ad medium uena est: ex qua cum sanguis erumpit, colorem eius habitum que oportet atendere. Nam si is crassus & niger est: uitiosus est: ideo que utiliter effunditur. Si rubet & pellucet: integer est. Ea que missio sanguinis adeo non prodest: ut etiam noceat. protinus que is supprimendus est. Sed id euenire non potest sub eo medico: qui scit ex quali corpore sanguis mittendus sit. Illud magis fieri solet: ut æque niger assidue ac primo die profluat. Quod quanuis ita est: tamen si iam satis fluxit: supprimendus est. Semper que ante finis faciendus est, q̄ anima deficiat. Deligandumq; brachium super impositio expresso ex aqua frigida penicillo: & postero die aduerso medio digito uena feriendа: ut recens coitus eius resoluatur: iterum que sanguinem fundat. Siue autem primo, siue secundo die sanguis, qui crassus & niger initio fluxerat & rubere & pellucere coepit: satis materiæ detractum est: atq; quod supereſt, sincerum est. Ideoq; protinus brachium deligandum: habendūq; ita est, donec ualens cicatricula sit. quæ celerrime in uena confirmatur.

DE SANguinis detractione per cucurbitulas. CAPVT. X.

Cucurbitulæ

c Vcurbitularum uero duo genera sunt: aeneum & corneum. Aenea altera patet: altera clausa est. Cornea altera parte æque patens: altera foramen habet exiguum. In aeneā linamentum ardens coniicitur: ac sic os eius corpori aptatur, imprimitur que: donec inhaereat. Cornea per se corpori imponitur: deinde ubi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est: super que caera cauum id clausum est: æque inhaerescit. Vtraq; non ex his tantum materiæ generibus: sed etiam exquolibet alio recte fit. Ac si cætera defecerunt: caliculus quoq; aut pultarius oris cōpressioris: ei rei cōmode aptatur. Vbi inhæsit: si concisa āte scalpello cutis est

pultarius

pultarius

sanguinem extrahit. si integra est: spiritum. Ergo ubi materia quæ intus est/laedit. illo modo. Vbi inflatio: hoc imponi solet. Vsus autem cucurbitulae praecipuus est: ubi non in toto corpore: sed in parte aliqua uitium est. quam exhauriri ad confirmandam ualitudinem satis est. Idq; ipsum testimonium est etiam scalpello sanguinem ubi membro succurritur ab ea potissimum parte quae iam laesa est: esse mittendum: quod nemo cucurbitulam diuersae parti imponit: nisi cum profusionem sanguinis eo auertit: sed ei ipsi quae dolet quaeq; liberanda est. Opus etiam esse cucurbitula potest in morbis longis: quanuis etiam spatium aliquod accessit/siue corrupta materia/siue spiritu male habente. In acutis quoq; quibusdam si & leuari corpus debet: & ex uena sanguinem mitti uires non patiuntur. Idq; auxilium ut minus uehemens ita magis tutũ. Neq; unq̃ piculosum est etiam si in medio febris impetu etiam si in cruditate adhibetur. Ideoq; ubi sanguinem mitti opus est: si incisa uena/praeceps piculum est: aut si in parte corporis etiam uitium est: huc potius confugiendum est. Cum eo tamen ut sciamus: hic ut nullum piculum: ita leuius præsidium esse: nec posse uehementi malo/nisi æque uehemens auxilium succurrere.

DE DEIECTIONE CAPVT. XI.

Deiectionem autem antiqui uariis medicamentis/crebraq; alui ductione in ōnibus fere morbis moliebantur: dabãtq; aut nigrum ueratrum: aut filiculam: aut squamam æris: q̃ lepidochalcon graeci uocãt: aut lactucae marinae lac: cuius gutta pani adiecta abunde purgat. aut lac uel asininum uel bubulum uel caprinum: eiq; salis paulum adiiciebant: decoquebant q; id: & sublatis iis/quae coierant: quod quasi serum supererat/bibere cogebant. Sed medicamenta stomachum fere laedunt. Ideo que omnibus cathartici aloe miscenda est. Aluus si uehementius fluit/aut sæpius ducitur: hominem infirmat. Ergo nũq̃ in aduersa ualitudine medicamentum eius rei

lepidochalcõ squamã æris

causa recte datur: nisi ubi is morbus sine febre est. Vt cum ueratrum nigrum / aut atra bile uexatis: aut cum tristitia insanientibus: aut iis quorum nerui, parte aliqua resoluti sunt: datur. At ubi febres sunt: satius est eius rei causa cibos potiones que assumere: qui simul et alant et uentrem molliant. Sunt que ualitudinis genera: quibus ex lacte purgatio conuenit. Plerunq; uero aluus potius ducenda est. quod ab Asclepiade quo que sic temperatum / ut tamen seruatum sit: uideo plerunque sæculo nostro præteriri. Est autem ea moderatio / quam is secutus uidetur / aptissima: ut neque sæpe ea medicina tentetur: et tamen semel sumptum uel bis / non omittatur. Si caput graue est. si oculi caligant. si morbus maioris intestini est: quod græci colum nominant. si in imo uentre / aut in coxa dolores sunt. si in stomachum quædam bilioſa concurrunt: uel etiam pituita eo se / humor ue aliquis aquae similis confert. si spiritus difficilius redditur. si nihil perse uenter excernit. utique si iuxta quoque stercus est et intus remanet. aut si stercoris odorem nihil deiiciens æger ex spiritu suo sentit. aut si corruptum est quod excernitur. aut si prima inedia febrem non sustulit. aut si sanguinem mitti / cum opus sit / uires non patiuntur: tempus ue eius rei praeteriit. aut si multum ante morbū aliquis portauit. aut si is qui saepe uel sponte uel casu purgatus est / subito habet aluum suppressam. Seruanda uero illa sunt: ne ante diem tertium ducatur. ne ulla cruditate sub stante. ne incorpore ifirmo / diuq; inaduersa ualitudine exhausto: ne ue in eo / cui satis aluus reddit quotidie: qui ue eam liquidam habebit. ne in ipso accessionis impetu. quia quod tum infusum est / aluo continetur: regestum que in caput multo grauius periculum efficit. Pridie uero abstineri debet aeger: ut aptus tali curationi sit. Eodem die ante aliquot horas a quam calidam bibere: ut superiores eius partes madescant. tum iniicienda aluus est / si leui medicina contenti sumus, pura aqua: si paulo ualentiori / mulsa: si leni ex aqua / in qua foenum graecum uel ptisana uel malua decocta sit.

Si reprimendi causa/ex uerbenis. acris autem est marina aqua uel alia sale adiecto: atq; utraq; decocta commodior est. Acrior fit adiecto uel oleo uel nitro uel melle quoq;. Si acrior ē/ eo plus extrabit: sed minus facile sustinetur. Id quod infunditur/neq; frigidum esse oportet/neq; calidum: ne alterutro modo laedat. Cum infusum est/quantum fieri potest continere se in lectulo debet æger: nec primæ cupiditati deiectionis protinus cedere. Vbi necesse est tum demum desidere. Fereq; eo modo dempta materia superioribus partibus leuatis morbum ipsum mollit. Cum uero quotiēs res coegit desidendo aliquis se exhausit: paulisper debet conquiescere: & ne uires deficiant: utiq; eo die cibum assumere. qui plenior an exiguus sit dandus: ex ratione eius accessionis/quæ expectabitur/aut in metu non erit: æstimari oportebit.

DE VOMITV. CAPVT. XII.

a Vomitus ut in secunda quoq; ualitudine, sæpe necessarius bili osis est: sic etiam in iis morbis/quos bilis concitauit. Ergo ōnibus/qui ante febres horrore & tremore uexantur: omnibus/qui cholera laborāt: omnibus etiā cum quadam hilaritate insanientibus: & comitiali quoq; morbo oppressis/ necessarius est. Sed si acutus morbus est/sicut in cholera: si febris est/ut inter horrores: aspioribus medicamentis opus nō est. sicut in deiectionibus quoq; supra dictū est. satisq; est ea uomitus causa sumi: quæ sanis quoq; sumenda esse proposui. At ubi lōgi ualentes que morbi sine febre sūt: ut comitialis/aut insania: ueratro quoq; albo utendum est. Id neq; hyeme neq; æstate recte datur: optime uere: tolerabiliter autūno. Quis quis daturus erit: id agere ante debet: ut accepturi corpus humidius sit. Illud scire oportet. ōne eiusmodi medicamentum/ quod potui datur: non sēper ægris pdesse: semp sanis nocere.

DE FRICTIONE CAPVT. XIII.

Asclepiades frictionis & gestationis uictor.

d E frictione uero & gestatione adeo multa Asclepiades tanquam inuentor eius posuit: quod in eo uolumine / quod communium auxiliorū scripsit: cum trium tantum facerer mentionem: huius & equi & gestationis: tamen maximam partem in hoc consumpserit. Oportet autem neque recentiores uiros in his fraudare: quae uel reppererunt / uel recte secuti sunt: & tamen ea / quae apud antiquiores aliquos posita sunt: auctoribus suis reddere. Neque dubitari potest qn latius quidem & dilucidius ubi & quomodo frictione utendum esset Asclepiades præceperit: nihil tamen reppererit: quod non a uetustissimo auctore Hippocrate paucis uerbis cōprehensum sit. qui dixit. frictione si uehemens sit / durari corpus: si lenis / molliri: si multa / minui: si modica / impleri. Sequitur ergo ut tum utendum sit: cum aut astrīgendum corpus sit / quod fluens est. aut molliendum / quod induruit. aut digerendum in eo / quod copia nocet. aut alendum id / quod tenue & infirmum est. Quas tamen species siquis curiosius æstimet: quod iam ad medicum non pertinet: facile intelliget omnes ex una causa pendere / quæ demit. Nam & astringitur aliquid eo dempto / quod ītерpositum ut id laxaretur: effecerat. & mollitur eo detracto / quod duritiem creabat. & impletur non ipsa frictione: sed eo cibo: qui postea usq; ad cutem digestione quadam relaxatam penetrat. Diuersarū uero rerum in modo causa est. Inter unctionem autem & frictionem multum interest. Vngi enī leniterq; ptractari corpus etiam inacutis & recentibus morbis oportet: in remissione tamen & āte cibum. Lōga uero frictione uti neq; in acutis morbis neq; increscentibus conuenit / præter q̄ cum phreneticis sōnus ea reqrit. Amat autē hoc auxiliū ualitudo lōga & iam a primo impetu inclinata. Neq; ignoro quosdam dicere ōne auxilium necessarium esse increscentibus morbis: non cum iam perfecti finiuntur. Quod nō ita se habet. Potest enī morbus etiā qui p se finem habiturus ē / citius tamen adhibito auxilio tolli. quod duabus de causis necessariū ē: ut & q̄ primū bona ualitudo cōtīgat & ne mor-

Hippocrates de frictione q

Se auxiliū necessariū ee increscētib⁹ morbis

bus qui remanet / iterum quanuis leui de causa exasperetur. Potest enim morbus minus grauis esse quam fuerit: neq; ideo tamen solui: sed reliquiis quibusdam inhærere: quas admotum aliquod auxilium discutit. Sed ut leuata quoque aduersa ualitudine recte frictio adhibetur: sic nunq̃ adhibenda est febre increscente. Verum si fieri poterit cum ex toto corpus euacabit: minus certe cum ea remisserit. Eodem autem modo in tutis corporibus esse debet: ut cum infirmus aliquis implendus modo est in partibus: aut quia ipsius eius membri imbecillitas id requirit: aut quia alterius. Nam et capitis lõgos dolores ipsius frictio leuat. Non in impetu tamen doloris et mẽbrum aliquod resolutum ipsius frictione confirmatur. Longe tamen sæpius aliud perfricandum est cum aliud dolet: maxime que cum a summis aut a mediis partibus corporis euocare materiam uolumus: ideoque extremas partes perfricamus. Neque audiendi sunt / qui numero finiunt quotiens aliquis perfricandus sit. Id enim ex uiribus hominis colligendum est. Et si is perinfirmus est: potest satis esse quinquagies. si robustior: potest ducenties esse faciendum. Inter utrunque deinde pro ut uires sunt. Quo fit ut etiam minus saepe in muliere / quam in uiro: minus saepe in puero uel sene / quam in iuuene manus dimouendae sint. Denique si certa membra perfricantur: multa ualenti que frictione opus est. Nam neque totum corpus infirmari cito per partem potest: & opus est q̃ plurimum materiæ digeri: siue id ipsũ membrum: siue per id / aliud leuamus. At ubi totius corporis imbecillitas hanc curationem per totum id exigit: breuior esse debet & lenior: ut tãtummodo summam cutem emolliat: quo facilius capax ex recenti cibo nouae materiae fiat. In malis iam ægrum esse testatur: ubi exterior pars corporis friget: interior cum siti calet: ut supra posui. Sed tunc quoq; unicum in frictione præsidiũ est. quæ si calorem in cutem euocauit: potest alicui medicinae locum facere.

DE GESTATIONE. CAPVT XIIII.

Gestatio quoq; longis etiam & inclinatis morbis aptissima est. utilisq; est & iis corporibus: quæ iam ex toto febre carent: sed adhuc exerceri per se non possunt: & iis / quibus lentæ morborum reliquiæ rèmanent: neq; aliter euiduntur. Asclepiades etiam in recenti uehementiq; febre præcipue que ardente ad discutiendam eam gestatione dixit utendum esse. Sed id periculose fit: meliusque quiete eiusmodi impetus sustinetur. Siquis tamen experiri uolet: sic experiatur. si lingua non erit aspera: si nullus tumor: nulla durities: nullus dolor uisceribus / aut capiti / aut præcordiis suberit. Et ex toto nunquam gestari corpus dolens debet / siue id in toto / siue in parte est: nisi tamen solis neruis dolentibus. neq; unquam in recenti febre: sed in remissione eius. Genera autem gestationis plura sunt adhibenda: quæ sunt & prouiribus cuius que & propibus: ne aut imbecillum hominem nimis digerant: aut humili obsint. Gestationum leniissima est naui uel in portu uel influmine: uehementior in alto mari naui uel lectica aut scanno: acrior uehiculo. Atq; hæc ipsa & intendi & leniri possunt. si nihil horum est: suspendi lectus debet & moueri. si ne id quidē est: at certe unipedi / lecti funiculus subiiciendus est: atq; ita lectus huc & illuc manu impellendus. Et leuia quidem genera exercitationis / infirmissimis conueniunt. Valentiora uero iis qui grauium morborum initia sic sentiunt: ut adhuc febre uacent. Quod & in tabe & in stomachi uitiis & cum aqua cutem subiit & interdum in morbo regio fit: Aut ubi quidam morbi: qualis comitialis: qualis insania est sine febre: quanuis diu manent. Inquibus affectibus ea quoque genera exercitationū necessaria sūt: quæ comprehendimus eo loco: quo quemadmodum sani / neque firmi homines se gererent: præcepimus.

Suspēdi lectus debet & moueri
unipes

DE ABSTINENTIA CAPVT. XV.

a Bstinentiæ uero duo genera sunt. Alterum ubi nihil assumit æger. Alterum ubi non nisi quod oportet. Initia morborum primum famem sitim que desiderant: ipsi deinde morbi/moderationem: ut neque aliud quam expedit: neque eius ipsius nimium sumatur. Neq; enim conuenit iuxta inediam protinus. satietatem esse. Quod si sanis quoq; corporibus inutile est/ubi aliqua necessitas famem fecit: quanto inutilius. est in corpore etiam ægro? Neque ulla res magis adiuuat laborantem/q̄ tempestiua abstinentia. Intemperantes homines apud nos ipsi cibi tempora curantibus dant. Rursus alii tempora medicis pro dono remittunt: sibi ipsis modum uendicant. Liberaliter agere se credunt qui cætera illorum arbitrio relinquunt: in genere cibi liberi sunt: quasi quæratur quid medico liceat: non quid ægro salutare sit. Cui uehemēter nocet/ quotiens in eius quod assumitur uel tempore uel modo uel genere peccatur.

Abstinētię duo gña

DE SVDORE CAPVT.XVI

f Vdor etiam duobus modis elicitur: aut sicco calore: aut balneo. Siccus calor, est & harenæ calidæ et laconici et clibani et quarundam naturalium sudationes: ubi e terra ꝓfusus calidus uapor ædificio includitur: sicut super baias in myrtetis habemus. Præter hæc sole quoq; & exercitatione is mouetur. Vtiliaq; hæc genera sunt quotiens humor intus nocet: isque digerendus est. Ac neruorum quoq; quædam uitia sic optime curantur. sed cætera infirmis possunt cōuenire. solet exercitatio tantum robustioribus: qui tamen sine febre: uel initio morbi: uel etiā grauibus morbis tenentur. Cauendū autem ē neq̄d horū uel ifebre uel icruditate tēretur. At balnei duplex usus est. Nam modo discussis febribus initium cibi plenioris/ uini q; firmioris ualitudini facit: modo febrem ipsam tollit. fere que adhibetur ubi summam cutem relaxari/euocari que corruptum humorem et habitū corporis mutari expedit. An

Sudor duobꝫ modis elicit

tiqui timidius eo utebantur. Aſclepiades audacius. Neq; ter
rere autem ea res/ſi tempeſtiua eſt: debet: & ante tempus no
cet. Quiſquis febre liberatus eſt: ſimul atq; ea uno die nō ac
ceſſit: eo qui proximus eſt poſt tempus acceſſionis/ tuto laua
ri poteſt. At ſi circuitum habere ea febris ſolita eſt/ ſic ut ter
tio quarto ue die reuertatur: quandocunq; non acceſſit: balne
um tutum eſt. Manentibus uero adhuc febribus: ſi hæ ſunt len
tæ/ lienesq; iam diu male habent: recte medicina iſta tētatur:
Cum eo tamen ne præcordia dura ſint: ne ue ea tumeant: ne
ue lingua aſpera ſit: ne ue aut in medio corpore/ aut in capite
dolor ullus ſit: ne ue tum febris increſcat. Atq; in iis quidem
febribus/ quæ certum circuitum habent: duo balnei tempora
ſunt. alterum ante horrorem: alterum febre finita. In his ue
ro/ qui lentis febriculis diu detinentur: cum aut ex toto receſ
ſit acceſſio: aut ſi id non ſolet'/ certe lenita eſt: iam que cor
pus tam integrum eſt/ quam maxime eſſe in eo genere ualitu
dinis ſolet: imbecillus homo iturus in balneum uitare debet:
ne ante/ frigus aliquod experiatur. Vbi in balneum uenit: pa
uliſper reſiſtere: expeririq; num tempora aſtringantur: & an
ſudor aliquis oriatur. Illud ſi incidit: hoc non ſecutum eſt:
inutile eo die balneum eſt. perungendus eſt is leniter & aufe
rendus eſt: uitādumq; omnimodo frigus: & abſtinentia uten
dum. At ſi temporibus integris: primum ibi/ deinde alibi ſu
dor incipit: fouendum os aqua calida: tum in ſolio deſiden
dum eſt: atq; ibi quoq; uidendum: num ſub primo contactu
aquae calidae ſumma cutis inhorreſcat. quod uix tamen fieri
poteſt/ ſi priora recte acceſſerunt. Certum id autem ſignum
inutilis balnei eſt. Ante uero/ an poſtea q̄ in aquam calidam
ſe demittat aliquis perungi debeat: ex ratione ualitudinis ſuæ
cognoſcat. Fere tamen: niſi ubi nominatim/ ut poſtea fiat id
præcipietur: moto ſudore leuiter corpus perungendum: dein
de in aquam calidam demittendum ē. Atq; hic id quoq; haben
da uirium ratio eſt. Neq; committendum ut per æſtum anima
deficiat: ſed maturius is auferendus: curioſe q; in æſtimandis

inuoluendus est: ut neque adeum frigus aspiret: & ibi quoque ante quam aliquid assumat: insudet. Fomenta quoque calida sunt/milium: sal: harena: quodlibet eorum calfactum & in linteum coniectum. Si minore ui opus est/etiam solum linteū. At si maiore/extinctiones/inuoluti que panniculi & sic circundati. Quin etiam calido oleo replentur utriculi: & in uasa fictilia/ad similitudinem quas lenticulas uocant: aqua coniicitur: & sal sicco linteo excipitur. demittitur que in aquam bene calidam tum super id membrum/quod foueadum est: collocatur: iuxta que ignem ferramenta duo sunt capitibus paulo latioribus: alterum que ex his demittitur in eum salē: & aqua super leuiter aspergitur. Vbi frigere coepit/ad ignem refertur: & idem in altero fit: deinde inuicem inutroque. inter quæ descendit salsus & calidus succus: qui contractis aliquo morbo neruis opitulatur. His omnibus commune est digerere id quod uel præcordia onerat: uel fauces strangulat: uel i aliquo membro nocet. Quando autem quoque utendum sit/in ipsis morborum generibus dicetur.

QVI CIBI: potiones ue: aut ualentis aut mediæ aut imbecillæ materiæ sint .CAPVT.XVII.

CVm de iis dictum sit: quæ detrahendo iuuant ad ea uenendum est/quæ nos alunt: idest cibum & potionem. hæc autem non omnium tantum morborum: sed etiam secundæ ualitudinis communia præsidia sunt. Pertinet que adrem omnium proprietates nosse. primum ut sani sciant quomodo his utantur: deinde ut exequentibus nobis morborum curationem liceat species rerum/quæ assidue necessariæ erunt: subiicere. Neque necesse est subinde singulas eas nominare. Scire igitur oportet omnia legumina/quæ que ex frumentis panificia sunt/generis ualentissimi esse. Id ualentissimum uoco: in quo plurimum alimenti est. Item omne animal quadrupes domi natum. omnem grandem ferā: quales sūt capreæ: ceruus: aper:

onager. omnem grandem auem: quales ſunt anſer & pauo & grus. omnes beluas marinas: exquibus cetos eſt: quæ q̄ bis pares ſunt. Item mel & caſeum, quo minus mirum eſt: opus piſtorium / ualentiſſimū eſſe: quod ex frumento: adipe: melle: caſeo conſtat. In media uero materia numerari ex oleribus debere ea: quorum radices uel bulbos aſſumimus. Ex quadrupedibus leporem: aues omnes a minimis ad phoenicopterum. item piſces omnes: qui ſalem non patiuntur: ſoli di ue ſaliuntur. Im becilliſſimam uero materiam eſſe omne olus & quicquid in culiculo naſcitur. qualis eſt cucurbita & cucumis & capparis: omnia poma: oleas: cocleas: item q̄ cōchilia. Sed quāuis hæc ita diſcreta ſunt: tamen etiam quæ ſub eadem ſpecie ſunt: magna diſcrimina recipiunt: aliaq̄ res alia / uel ualentior eſt uel infirmior. Siquidem plus alimenti eſt in carne / q̄ in ullo alio. Firmius eſt triticum / q̄ milium: id ipſum / quam hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo: deinde ſimila: deinde cui nihil ademptum eſt: quod autopyron græci uocant: infirmior eſt. ex polline infirmiſſimus cibarius panis. Ex leguminibus uero ualentior faba / uel lenticula / quam piſum. Ex oleribus ualentior rapa: napiq̄ & omnes bulbi: in quibus cepam quoq̄ & allium numero / quam paſtinaca uel quæ ſpecialiter: radicula appellatur. Item firmior braſſica & beta & porrum / quam lactuca / uel cucurbita / uel aſparagus. At ex fructibus ſurculorum ualentiores uuæ: ficus: nuces: paſmulæ: quam quæ poma proprie nominātur. Atq̄ ex his ipſis firmiora / quæ ſuccoſa / q̄ quæ frigida ſūt ſitēq̄ ex iis aquibus: quæ ī media ſpecie ſunt: ualētior ea quæ pedibus / q̄ quæ uolatu magis nititur: & ex his quæ uolatu fiunt: firmiores ſunt / quæ grādiores aues / q̄ quæ minutæ ſunt: ut ficedula & turdus. Atq̄ ex quoq̄ / quæ ī aqua degūt leuiorē cibum præſtant / q̄ quæ natandi ſcientiā nō habēt. Inter domeſticas uero quadrupedes / leuiſſima ſuilla ē: grauiſſima bubula. Item que exferis quo maius quodque animal / eo robuſtior ex eo cibus eſt. Piſciumq̄ eorum / qui ex media materia ſunt: quibus maxime utimur tamen: grauiſſimi ſunt ex

quibus salsamenta quoq; fieri possunt: qualis lacertus est. deinde qui quāuis teneriores, tamen duri sunt: ut aurata: coruus: scarus: oculata: tum plani: post quos etiam leuiores lupi, mullique: & post hos omnes saxatiles. Neque uero in generibus rerum tantummodo discrimen est: sed etiam in ipsis. quod & ætate fit & membro et solo et cælo et habitu. nam quadrupes animal omne si lactans est: minus alimenti præstat. Item quo tenerior pullus cohortalis est. In piscibus quoq; media ætas: quæ non dum summam magnitudinem impleuit. Deide ex eodem sue ungulæ: rostrum: aures: cerebellum. ex agno, hedo ue cum pectiolis totum caput aliquanto quam cætera membra leuiora sūt: adeout inmedia materia poni possit. Ex auibus colla, alæ ue recte infirmis annumerantur. Quod ad solum uero pertinet: frumentum quoq; ualentius est collinum, quam campestre. leuior piscis inter saxa editus, quā in harena: leuior in harena, quam in limo. Quo fit: ut ex stagno, uel lacu, uel flumine eadem genera grauiora sint. Leuiorq; qui in alto, quam qui in uado uixit. Omne etiam ferum animal domestico leuius: et quodcunq; humido cælo, quam quod sicco natum est. Deinde eadem omnia pinguia, quam macra: recentia, quam salsa: noua, quam uetusta plus alimenti habent. Tum res eadem magis alit iurulenta, quam assa: magis assa, quam frixa. Ouum durum ualentissimae materiæ est: molle uel sorbile, imbecillissimæ. Cum que panificia omnia firmissima sint: elota tamen quædam genera frumenti: ut alica: oriza: ptisana: uel ex hisdem facta sorbitio, uel pulticula. Et aqua quoque madens panis, imbecillissimis annumerari potest. Ex potionibus uero quæcunque ex frumento facta est: item que lac: mulsum: defrutum: passum: uinum aut dulce, aut uehemens, aut mustum, aut magnæ uetustatis, ualentissimi generis est. At acetum: et id uinum: quod paucorum annorum, uel austerum: uel lene est: in media materia est. Ideoque infirmis nunquā generis alterius dari debet. Aqua omnium imbecillissima est. firmior que ex frumento potio est, quo firmius fuit ipsū

frumentum. firmior ex eo uino: quod bono solo/quam quod tenui: quodq; temperato cælo/quam quod aut nimis humido/ aut nimis sicco: nimium que aut frigido/aut calido natũ est. Mul sum quo plus mellis habet: defrutum quo magis incoctũ est: passum quo ex sicciore uua est/eo ualentius est. Aqua leuissima/pluuialis est: deinde fontana: tum ex flumine: tum ex puteo: post hæc ex niue/aut glacie. grauior his ex lacu: grauissima ex palude. Facilis etiam & necessaria cognitio est naturam eius requirentibus. Nam leuis/pondere apparet: & ex iis quæ pondere paresſũt: eo melior quæq; ẽ: quo celerius & calfit & frigescit: quo que celerius ex ea legumina percoquuntur. Fere uero sequitur: ut quo ualentior quæque materia est: eo minus facile concoquatur: sed si concocta est/plus alat. Ita que utendum est materiæ genere pro uiribus: modus que omnibus/pro genere sumendus. Ergo imbecillis hominibus/rebus infirmissimis opus est. Mediocriter firmos/media materia optime sustinet. & robustis apta/ualidissima est. Plus deinde aliquis assumere ex leuioribus potest. magis in iis/quæ ualentissima sunt/temperare sibi debet.

QVAE NATVRA ac proprietas cuiusque rei sit: qua nescimur. CAPVT XVIII.

Eq; hæc sola discrimina sunt. sed etiam aliæ res boni succi: aliæ mali sunt. quas euchylas/uel cacochylas græci uocant. Aliæ lenes: aliæ acres. aliæ crassiorem pituitam in nobis faciunt: aliae tenuiorem. aliae idoneae sunt stomacho: aliae alienae sunt. Item que aliae inflant: aliæ ab hoc absunt. aliae calfaciunt: aliae refrigerãt. aliae facile in stomacho acescunt: aliæ non facile intus corrumpuntur. aliae mouent aluum: aliæ supprimunt. aliae citant urinam: aliæ tardant. Quædam somnum mouent: quædam sensus excitant. Quæ omnia ideo noscenda sunt: quoniam aliud aliter/uel corpori/uel ualitudini conuenit.

QVAE res boni ſucci ſint . CAPVT .XVIIII.

b Oni ſucci ſunt/ triticum: ſiligo: alica: oriza: amilū. Item & lenes ſunt & ſtomacho aptæ & calfaciunt/ tragum: ptiſana: lac: caſeus mollis: omnis uenatio: omnes aues: quæ ex media materia ſunt. Ex maioribus quoq; eæ/ quas ſupra nominauimus. Medii inter teneros duroſq; piſces: ut mullus & lupus uerna: lactuca: urtica: malua: cucumis: cucurbita: ouum ſorbile: portulaca: cochleæ: palmulæ. ex pomis quodcunq; neq; acerbum/ neq; acidum eſt. Vinum dulce uel lene: paſſum: defrutum: oleæ quae ex his duobus inalterutro ſeruatæ ſunt: uuluæ: roſtra: trunculiq;. Inſumma omnis pinguis caro: omnis glutinoſa: omne iocur.

QVAE res mali ſucci ſint. .CAPVT.XX

m Ali uero ſucci ſunt milium: panicum: hordeum: legumina: caro domeſtica permacra: omniſq; caro ſalſa: omne ſalſamentum: garum: uetus caſeus: cicer: radicula: rapa: napi: bulbi: braſſica: magiſq; etiam cima eius: aſparagus: beta: cucumis: porrum: eruca: naſturcium: thimum: nepeta: ſatureia: hiſopum: ruta: anetum: feniculum: cuminum: aneſum: lapatium: ſinapi: & allium: cepa: lienes: renes: inteſtina: pomum quodcunque acidum uel acerbum eſt: acetum: omnia acria: acida: acerba: oleum: piſces quoque ſaxatiles omneſq; qui ex tenerrimo genere ſunt: aut ii qui rurſus nimium duri/ uiroſique ſunt: ut fere quos ſtagna: lacus: limoſi ue riui ferunt: qui ue in nimiam magnitudinem exceſſerunt.

QVAE res lenes: que ue acres ſint. CAPVT.XXI

l Enes autem ſunt/ ſorbitiones: pulticula: laganum: amylum: ptiſana: pinguis caro & quaecunque glutinoſa eſt.

Quod fere quidem in omni / quae domestica / fit : praecipue tamē in ungulis / trunculisq; suum : ī pectiolis / capitulisq; hedorum & uitulorum & agnorum / ōnibusq; cerebellis . itē siq; ꝓprie bulbi nominantur . lac : de frutum : passum : nuclei pinei . acria sunt ōnia nimis austera : omnia acida : omnia salsa : & mel q̄dem quo melius est / eo magis . Item allium : cepa : eruca : ruta : nasturcium : cucumis : beta : brassica : asparagus : sinapi : radicula : intubus : ocymum : lactuca : maximaq; olerum pars.

QVAE RES crassiorem : quae ue tenuiorem pituitā faciunt CAPVT.XXII.

c Rassiorem autem pituitam faciunt / ouа sorbilia : alica : oriza : amilum : ptisana : lac : bulbi : ōniaq; fere glutinosa . Extenuant eandem ōnia salsa atq; acria & acida .

Quæ res stomacho idoneæ sunt . CAPVT.XXIII

f Tomacho autem aptissima sunt / quæcunq; austera sunt : etiam quae acida sunt : quaeque contacta sale modico sunt . Item panis sine fermento : & elota alica / uel orixa / uel ptisana : omnis auis : omnis uenatio : atque utraque uel assa uel elixa . Ex domesticis animalibus bubula . Siquid ex caeteris sumitur : macrum potius / quam pingue . Ex sue ungulae : rostra : aures : uuluae / steriles que . Ex oleribus intubus : lactuca : pastinaca : cucurbita elixa : siser . Ex pomis cerasium : morum : sorbum : pirum fragile / quale crustuminum uel meuianum est . Item pira quae reponuntur tarentina atque signina . Malum orbiculatum aut scaudianum uel amerinum uel cotoneum uel punicum . Vuae ex olla : molle ouum : palmulae : nuclei pinei : oleae albae ex dura muria : eaedem aceto intinctae . uel nigrae / quae in arbore bene permaturuerunt : uel quae in passo / de fructo ue seruatae sunt . Vinum austerum / licet iam asperum sit : item resinatum .

Duci ex media materia pisces: ostrea: pectines: murices: purpurae: cochleae: cibi/potionesq; uel frigidae uel feruentes: absinthium.

QVAE res alienae stomacho sunt. CAPVT. XXIIII.

a Liena uero stomacho sunt omnia tepida: omnia salsa: omnia iurulenta/prædulcia: omnia pinguia: sorbitio: panis fermentatus: item que uel ex milio/uel ex hordeo: oleum: radices olerum: & quodcunq; olus ex oleo/garo ue estur: mel: mulsum: defrutū: passū: lac: ōnis caseus: uua recens: ficus & uiridis & arida: legumina ōnia quaecq; inflare consuerunt, item thimū: nepeta: satureia: isopū: nasturcium: lapatium: lapsanum: iu glandes. Ex his autem intelligi potest non quicquid boni succi est/protinus stomacho conuenire: neq; quicquid stomacho conuenit/protinus boni succi esse.

QVAE inflant aut inflationem leuant. CAPVT. XXV.

i Nflant autem omnia fere legumina: omnia pinguia,: omnia dulcia: omnia iurulenta: mustum: atque etiam id uinum/cui nihil adhuc ætatis accessit. Ex oleribus allium: cepa: brassica: omnes que radices excepto sisere & pastinaca: bulbi: ficus etiã aridæ/sed magis uirides: uuæ recentes: nuces omnes exceptis nucleis pineis: lac: omnisque caseus. quicquid deinde subcrudum aliquis assumpsit. Minima inflatio fit ex uenatione: aucupio: piscibus: pomis: oleis: conchiliis: ouisue mollibus/uel sorbilibus: uino uetere. Finiculum uero & anetum inflationes etiam leuant.

Quæ res aut calfaciunt aut refrigerant. CAPVT. XXVI.

a t calfaciunt/piper: sal: caro omnis iurulenta: allium: cepa: ficus arida: salsamentum: uinum: & quo meracius est/eo magis. Refrigerant olera/quorum crudi caules

assumuntur: ut intubus & lactuca. Item coriandrum: cucumis: elixa cucurbita: beta: mora: cerasia: mala austera: pira fragilia: caro elixa: præcipue que acetum/siue cibus ex eo/siue potio assumitur.

QVAE RES intus facile uitiantur: uel minime corrumpuntur. CAPVT.XXVII.

Facile autem intus corrumpuntur/panis fermentatus & quisquis alius/quam ex tritico est: lac: mel: ideoque lactantia atq; ōne pistorium opus: teneri pisces: ostrea: olera: caseus & recens & uetus: crassa uel tenera caro: uinum dulce: mulsum: defrutum: passum: quicquid deinde uel iurulentum est/uel nimis dulce/uel nimis tenue. At minime intus uitiantur/panis sine fermento: aues/& ex potius duriores: aurati pisces: neque solum aurata pura/aut scarus: sed etiam lolligo locusta: polypus. Item bubula/omnisq; dura caro: eademque aptior est si macra/si salsa est: omnia que salsamenta: cochleae: murices: purpurae: uinum austerum/uel resinatum

QVAE RES ALVVM MOVENT.CAPVT.XXVIII

Taluum mouent/panis fermentatus: magisq; si cibarius uel hordeaceus est: brassica/si subcruda est: lactuca: anetum: nasturcium: ocymum: urtica: portulaca: radicula: cappa ris: allium: cepa: malua: lapathiū: beta: asparagus: cucurbita: cerasia: mora: uua/omnia mitia: ficus etiam arida/sed magis uiridis: uuae recentes pingues: minutae aues: cochleae: garum: salsamenta: ostrea: pelorides: echini: musculi: & omnes fere conchulae/maximeq; ius earum: saxatiles/& omnes teneri pisces: sepiarum atramentum: siqua caro assumitur pinguis eadem uel iurulenta uel elixa: aues quæ natant: mel crudum: lac: lactantia omnia: mulsum: uinum dulce/uel salsum: aqua: tenera ōnia tepida: dulcia: pinguia/elixa iurulenta/salsa/diluta

QVAE res aluum astringant. CAPVT XXVIIII.

Contra astringunt/panis ex siligine uel ex simila: magis si sine fermento est: magis etiam si ustus est. intenditur que uis eius etiam si bis coquitur. Pulticula uel ex halica/uel ex panico/uel ex milio. itemq; ex hisdem sorbitio: & magis si hæc ante fricta sunt. Lenticula/cui uel beta uel intubus uel ambubeia uel plantago adiecta est: magisq; etiam si illa ante fricta est. per se etiam intubus uel ex plantagine uel ambubeia fricta: minuta olera: brassica bis decocta: dura oua/magisq; si assa sunt: minutæ aues: merula: palumbus: magis que si in pusca decoctus est: grus: omnes aues/quæ magis currunt/q̄ uolant: lepus: caprea: iecur ex iis/quæ seuum habent/maxime q̄ bubulum: ac seuum ipsum: caseus/qui uehemētior uetustate fit: uel ea mutatione/quam in caseo transmarino uidemus: aut si recens est ex melle/mulso ue decoctus. Item mel coctum: pira immatura: sorba/magisq; ea/quæ torminalia uocantur. mala cydonia & punica: oleæ uel albæ uel permaturæ: myrta: palmulæ: purpuræ: murices: uinum resinatum uel asperum: itē meracum: acetum mulsum quod inferuuit. item defrutum: passū: aqua uel tepida uel præfrigida dura/idest ea quæ tarde putrescit: ideoq; pluuia potissimum. omnia dura: macra: austera: aspera: tosta: & in eadem carne/assa potius quam elixa.

torminalia

Sorba torminalia.

QVAE RES VRINAM mouent. CAPVT. XXX.

Rinam autem mouent quæcūq; ī horto nascētia boni odoris sunt: ut apiū: ruta: anetum: ocymum: mēta: hisopum: anesum: coriādrū: nasturciū: eruca: feniculū. Præter hæc asparagus: capparis: nepeta: thimū: satureia: lapsanum: pastinaca/magisq; agrestis: radicula: siser: cepa: Ex uenatioē maxime lepus: uinum tenue: piper & rotundum & lōgum: sinapi. absithium: nuclei pinei.

Quæ res sōnum mouēt: aut sensus excitāt. CAPVT. XXXI

f Omno uero aptum est papauer: lactuca: maxime q̄ æsti ua: cuius cauliculus iam lacte repletus est: morum: porrū. Sensus excitant / nepeta: thimum: satureia: hisopum: præcipue que puleium: ruta & cepa.

Quæ res corpus aut erodant: aut reprimant: aut refrigerent: aut calfaciant: aut durent: aut emolliant. CAPVT. XXXII

e Vocare uero materiam multa admodum possunt. Sed ea quæ ex peregrinis medicamentis maxime constant: aliis q̄ magis / quam quibus ratione uictus succurritur: opitulātur: inpræsentia differam. Ponam ea uero: quæ prompta & iis morbis / dequibus protinus dicturus sum / apta: corpus erodunt: & sic eo quod mali est: extrahunt. Habent autem hanc facultatem semina erucæ: nasturcii: radiculæ: præcipue tamen ōnium / sinapi. Salis quoq̄ & fici eadem uis est. Leniter uero simul & reprimunt & molliunt / lana succida uel aceto uel uino: quo oleum adiectum est. Contritæ palmulæ: furfures in salsa aqua / uel aceto decoctæ. At simul reprimunt & refrigerant herba muralis parthenium uel perdicium appellant: serpillum: puleium: ocymum: herba sanguinalis: quam græci polygonium uocant: portulaca: papaueris folia: capreoliq̄ uitium: coriandri folia: byoscyamū: muscus: siser: apium: solanum: quā strychnum græci uocant: brassicæ folia: intubus: plantago: feniculi semen: contrita pira uel mala / præcipueq̄ cydonia: lēticula: aqua frigida / maximeq̄ pluuialis: uinum: acetum: & ex horū aliquo magis / madens uel panis: uel farina: uel spongia: uel cinis: uel lana succida: uel etiam linteolum: creta cimolia: gypsum: melinum: myrteum: rosa: acerbum oleum: uerbenarum cōtusa cum teneris caulibus folia: cuius generis sunt olea: cupressus: myrtus: lentiscus: tamaris: ligustrum: rosa: rubus: laurus: hedera: punicum malum. Sine frigore autem reprimunt cocta mala cydonia: malicorium: aqua calida / in qua uerbenæ coctæ sunt: quas supra proposui. puluis uel ex fece uini / uel ex

parthenium
perdicium
polygonium
strychnum

myrti foliis: amaræ nuces. Calefacit uero ex qualibet farina cataplasma siue ex tritici siue ex farris siue hordei siue herui: uel lolii uel milii uel panici uel lenticulæ uel fabæ uel lupini uel lini uel foeni græci: ubi ea deferuuit: calidaq; imposita est. Valentior tamen ad id ōnis farina est ex mulso, q̄ ex aqua cocta. Præterea ciprinum: irinum: medulla: adeps ex fel iuncta oleo, magisq; si uetus est: sal nitrum: git: piper: q̄n quefolium: fereq; quae uehemēter & reprimunt & refrigerant. Durant quæ calefaciunt & digerunt & emolliunt. Præcipueque ad emolliendum potest cataplasma ex lini uel foeni græci semine. His autē ōnibus & simplicibus & pmixtis uarie medici utūtur: ut magis quid quisque persuaserit sibi appareat: q̄ quid euidenter compererit.

CORNELII CELSI DE MEDICINA TERTIVS LIBER INCIPIT.

DE MORBORVM GENERIBVS. CAPVT. I.

P Rouisis omnibus: quæ pertinent ad uniuersa genera morborum: ad singulorum curationes ueniam. Hos autem in duas species græci diuiserunt: alios que exhis acutos: alios longos esse dixerunt. Ideo que, quoniam non semper eodem modo respondebant: eosdem alii inter acutos: alii inter longos rettulerunt. Ex quo plura eorum genera esse: manifestum est. Quidam enim breues utique sunt: qui cito uel tollunt hominem: uel ipsi cito finiūtur. Quidam longi: sub quibus neque sanitas in propinquo: neq; exitium est. Tertium que genus eorum est: qui modo acuti, modo longi sunt. Id que non infebribus tantummodo: in quibus frequentissimum est: sed in aliis quoque fit. Atq; etiam præter hos, quartum est: quod neque acutum dici potest: quia

uniuersa gña morborū duas [illegible] diuiserūt græci.

f 4

non perimit: neq; utiq; longum: quia / si occurritur: facile sanatur. Ego cum de singulis dicam: cuius quisq; generis sit: indicabo. Diuidam autem omnes in eos: qui in totis corporibus consistere uidentur: & eos / qui oriuntur in partibus. Incipiam a prioribus / pauca de omnibus præfatus. In nullo quidē morbo minus fortuna sibi uendicare / quam ars potest: ut pote cum repugnante natura / nihil medicina proficiat. Magis tamen ignoscendum medico est parum proficienti in acutis morbis / quam in lōgis. Hic enī breue spatium est: intra quod / siquod auxilium non profuit: æger extinguitur. Ibi & deliberationi & mutationi remediorum tempus patet: adeo ut raro / si inter initia medicus accessit / obsequens æger sine illius uitio pereat. Longus tamen morbus cum penitus insedit: quod ad difficultatem pertinet: acuto par est. Et acutus quidem / quo uetustior est: longus autem quo recentior: eo facilius curatur. Alterum illud ignorari non oportet: quod non omnibus aegris eadem auxilia conueniunt. Ex quo incidit: ut alia atque alia summi auctores quasi sola uendicauerint / prout cuiq; cesserāt. Oportet itaq; ubi aliquid non respondit: non tanti putare auctorē / quanti ægrum: & experiri aliud atq; aliud. Sic tamen: ut in acutis morbis cito mutetur quod nihil prodest. in longis: quos tempus ut facit / sic etiam soluit: non statim condemnetur / si quid non statim profuit. Minus uero remoueatur siquid paulum saltem iuuat: quia profectus tempore explet ur.

QVOMODO morbi cognoscantur & an increscant an consistant an minuantur: & qua ratione ab initio qui langu ere incipit curari debeat. CAPVT. SECVNDVM

PRotinus autem inter initia scire facile est. Quis acutus morbus: quis longus sit: non in iis solis / in quibus semper ita se habet: sed in iis quoq; in quibus uariat. Nam ubi sine intermissionibus accessiones & dolores graues urgent: acutus morbus est. Vbi lenti dolores: lentæ ue febres sunt: & spa

tia inter acceſſiones porriguntur: acceduntq; ea ſigna: quæ in priore uolumine expoſita ſunt: longum hunc futurum eſſe manifeſtum eſt. Videndum etiam eſt: morbus an increſcat / an conſiſtat / an minuatur. quia quædam remedia increſcentibus morbis: plura inclinantibus conueniunt: Eaq; quæ decreſcentibus apta ſunt: ubi acutus increſcens urget: in remiſſionibus potius experienda ſunt. Increſcit autem morbus dum grauiores dolores / acceſſioneſq; ueniunt: hæq; & ante quam proxime reuertuntur & poſtea deſinunt. Atq; in longis quoq; morbis etiam tales notas non habentibus ſcire licet increſcere: ſi ſõnus incertus eſt: ſi deterior concoctio: ſi foediores deiectiones: ſi tardior ſenſus: ſi pigrior mens: ſi pcurrit corpus frigus / aut calor: ſi id magis pallet. Ea uero quæ contraria his ſunt: decedentis eius notæ ſunt. Præter hæc in acutis morbis ſerius æger alendus eſt: nec niſi iam inclinatis: ut primo dempta materia impetum frangat. In longis maturius: ut ſuſtinere ſpatium affecturi mali poſſit. Ac ſiquando is nõ in toto corpore / ſed in parte eſt: magis tamen ad rem pertinet uim totius corporis molliri / quam propriæ partes aegre ſanentur. Multum etiam intereſt ab initio quis recte curatus ſit: an perperam. quia curatio minus iis prodeſt: in quibus aſſidue fruſtra fuit. Siquis temere habitus adhuc integris uiribus uiuit: admota curatione momento reſtituitur. Sed cum ab iis coeperim: quae notas quaſdam futuræ aduerſae ualitudinis exhibent: curationum quoq; principium ab animaduerſione eiuſdem temporis faciã. Igitur ſiquid ex iis / quæ propoſita ſunt incidit: omnium optima ſunt / quies & abſtinentia. Siquid bibendum: aqua. Idq; interdum uno die fieri ſatis eſt. Interdum ſi terrentia manent biduo: proxime que abſtinẽ etiam ſumendus eſt cibus exiguus: bibenda aqua. poſtera die etiam uinum. deinde inuicem alternis diebus / modo aqua / modo uinum: donec omniſ cauſae metus finiatur. Per hæc enim ſæpe inſtans grauis morbus diſcutitur. Plurimi que falluntur dum ſe primo die protinus ſublaturos languorem aut exercitatione / aut balneo / aut coacta deiec-

Longus morbus

In acutis morbis ſerius æger alendus tardius maturius.

Si morbus in parte corporis

Quies optima q̃s & abſtinẽtia.

In initio morbi q̃ ægrẽ docet.

tione / aut uomitu / aut sudationibus / aut uino sperant. Non quo non interdum id incidat: aut non decipiat: sed quo saepius fallat: solaq; abstinentia sine ullo periculo medeatur. Cum praesertim etiam pro modo terroris moderari liceat: & si leuiora iditia fuerunt: satis sit a uino tantum abstinere: quod subtractum plusquam si cibo aliquid dematur: adiuuat. si paulo grauiora: facile sit non aquam tantum bibere: sed etiam cibo carnem subtrahere. interdum panis quoq; minus / quam pro consuetudine assumere: humidoq; cibo esse contentum & olere potissimum. Satis que sit tū ex toto a cibo / a uino / ab ōni motu corporis abstinere: cum uehementes notae terruerunt. Neque dubium est quin uix quisquam / qui non dissimulauit: sed per haec mature morbo occurrit: aegrotet.

DE FEBRIVM GENERIBVS. CAPVT. III.

De febrium generibus

a Tq; haec quidem sanis facienda sunt tantū causam metuentibus: sequitur uero curatio febrium. quod & in toto corpore & uulgare maxime morbi genus est. Ex his una quotidiana: altera tertiana: altera quartana est. Interdum etiam longiore circuitu quaedam redeunt. Sed id raro euenit. In prioribus & morbi sunt & medicina. At quartanae quidem simpliciores sunt. Incipiunt fere ab horrore: deinde calor erumpit: finita que febre biduum integrum est. ita quarto die reuertitur.

quartana

Tertiana

Tertianarum uero duo genera sunt. Alterum eodem modo quo quartana & incipiens & desinens: illo tantum interposito discrimine: quod unum diem praestat integrum: tertio redit. Alterum longe pernitiosius: quod tertio quidem die reuertitur: ex octo autem & quadraginta horis fere sex et triginta p accessionem occupat: interdum etiam uel minus uel plus. neq; ex toto remissione desistit: sed tantū leuius est. Id genus plerique medici hemitritaeō appellant. Quotidianae uero uariae sūt & multiplices. Aliae enim protinus a calore incipiunt: aliae a frigore: aliae ab horrore. Frigus uoco ubi extremae partes mem-

hemitritaeon

horrorem & frigus

brorum in algescunt. horrorem ubi totum corpus intremit. Rursus aliæ sic desinunt: ut ex toto sequatur integritas. aliae sic: ut aliquantum quidem minuatur ex febre: nihilominus tamen quædam ræliquiæ remaneant/donec altera accessio accedat: ac saepe aliæ uix quicquam aut nihil remittant: sed ita ut cõtinuent. Deinde aliae feruorem ingentem habent: aliæ tolerabilem. aliæ quotidie pares sunt: aliae impares. atq; inuicem altero die leniores: altero uehementiores. aliæ tẽpore eodẽ postridie reuertuntur: aliae uel serius uel celerius. aliae diẽ noctem q̃ accessionem & decessionem implent: aliae minus: aliæ plus. aliae cum decedunt sudorem mouent: aliae non mouent. atque alias per sudorem ad integritatem uenitur: alias corpus tantum imbecillius redditur. Accessiones etiam modo singulae singulis diebus fiunt: modo binæ/pluresue concurrunt. Ex quo sæpe euenit: ut quotidie plures accessiones/remissionesq̃ sint. Sic tamen ut unaquaeque alicui priori respondeat. Interdum uero accessiones quoq̃ confunduntur sic: ut notari neq̃ tempora earum/neque spatia possint. Neque uerum est quod dicitur a quibusdam: nullam febrem inordinatam esse: nisi aut ex uomica: aut ex inflammatione: aut ex ulcere. Facilior enim semper curatio foret/si hoc uerum esset. Sed quod euidentes causae faciunt: facere etiam abditae possunt. Neque dere: sed de uerbo/controuersiam mouent. Qui cum aliter/aliter que ineodem morbo febres accedant: non easdem inordinate redire: sed aliaſ/aliasque subinde oriri dicunt. Quod tamen ad curandi rationem nihil pertineret/etiam si uere diceretur. Tempora quoque remissionum modo liberalia/modo uix ulla sunt.

DE CVRAtionum diuersis generibus. CAPVT. IIII.

e T febrium quidem ratio maxime talis est. Curationum uero diuersa genera sunt/q̃ ut auctores aliquos habent. Asclepiades officium esse medici dicit: ut tuto/ut celeriter/

medici officiũ

ut iocunde curet. Id uotum est sed fere piculosa esse nimium & festinatio & uoluptas solet. Qua uero moderatione uten dum sit; ut quantum fieri potest omnia ista contingant: pri ma semper habita salute in ipsis partibus curationum conside randum erit. Et ante ōnia quaeritur / primis diebus æger qua ratione continendus sit. Antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur. eo quod cruditatem maxi me horrebant; deinde eam materiam / quæ lædere uidebatur ducendo / saepius aluum subtrahebant. Asclepiades medicamē ta sustulit: aluum non totiens: sed fere tamen in omni morbo subduxit. Febre uero ipsa præcipue se ad remedium uti pro fessus est. Conuellendas enim uires ægri putauit luce: uigilia: siti ingenti sic / ut ne os quidem primis diebus elui sineret. Quo magis falluntur qui per omnia iocundam eius disciplinam esse contendunt. Is enim ulterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriae subscripsit; primis uero tortoris uicem exhibuit. Ego autem medicamētorum dari potiones & aluum duci non nisi raro debere / concedo. Et id non ideo tamen agē dum: ut ægri uires conuellantur / existimo: quoniā eximbecilli tate summum periculum est. Minui ergo tantum materiam su perantem oportet: quæ naturaliter detrahatur ubi nihil noui accedit. Itaq; abstinendus a cibo primis diebus est: in luce ha bendus æger: nisi infirmus interdiu est. quoniam corpus ista quoq; digerit: isq; cubare q̄ maximo conclaui debet. Quod ad sitim uero somnumq; pertinet: moderandum est: ut inter diu uigilet: noctu / si fieri / potest: conquiescat. Ac neq; po tet: neq; nimium siti crucietur. Os etiam eius elui potest: ubi & siccum est & ipsi foetet. quanuis id tempus aptum potioni non est: Commodeq; Erasistratus dixit sæpe inferiore par te humorem non requirente / os & fauces requiere: neq; ad rem male haberi ægrum pertinere. Ac primo quidem sic tenen dus est. Optimum uero medicamentum est: oportune cibus datus. qui quando primum dari debeat / quæritur. Pleriq; ex antiquis tarde dabant: sæpe quinto die: sæpe sexto. & id for

taſſe uel ieiunia uel in ægypto cæli ratio patitur. Aſclepiades ubi aegrum triduo per omnia fatigarat: quarto die cibo deſtinabat. At Themiſon nuper non quando coepiſſet febris: ſed quando deſiſſet/ aut certe leuata eſſet: conſiderabat: & ab illo tempore expectato die tertio: ſi non acceſſerat febris: ſtatim: ſi acceſſerat: ubi ea uel deſierat: uel ſi aſſidue inhaerebat: ſi certe ſe inclinauerat: cibum dabat. Nihil autem horum utique perpetuum eſt. Nam poteſt primo die primus cibus dandus eſſe: poteſt ſecundo: poteſt tertio: poteſt non niſi quarto/aut quinto: poteſt poſt unam acceſſionem: poteſt poſt duas: poteſt poſt plures. Refert enim qualis morbus ſit: quale corpus: quale cælum: quæ ætas: quod tempus anni. minime que in rebus multum inter ſe differentibus perpetuum eſſe præceptum temporis poteſt. In morbo qui plus uiriū aufert: celerius cibus dandus eſt. itemq; eo cælo/quo magis digerit. Obquam cauſam in africa nullo die æger abſtineri recte uidetur. Maturius etiam puero/quam iuueni: æſtate/q̄ hyeme dari debet. Vnum illud eſt/ ſemper quod ubiq; ſeruandum eſt: ut ægri uires ſubinde aſſidens medicus inſpiciat: & quandiu ſuperunt/ abſtinentia pugnet. ſi imbecillitatē uereri coepit: cibo ſubueniat. Id enī eius officiū eſt: ut ægrum neq; ſupuacua materia oneret: neq; imbecillitatem fame p̄dat. Idq; apud Eraſiſtratum quoq; inuenio: qui quanuis parum docuit quando uenter/quādo corpus ipſum exinaniretur: dicendo tamen hæc eſſe uiſenda & tum cibum dandum/ cum corpori deberetur: ſatis oſtendit dum uires ſupeſſent/dari non oportere: ne deficerent/conſulendum eſſe. Ex his autē itelligi poteſt ab uno medico multos nō poſſe curari: eūq; ſi artifex ē/idoneū eſſe/qui nō multū ab ægro recedit. ſed q quæſtui ſeruiūt: quoniā is maior ex populo eſt: libenter āplectuntur ea præcepta/ quæ ſedulitatem non exigunt: ut in hac ipſa re. facile eſt enim dies uel acceſſiones numerare iis quoq;/qui ægrum raro uident. ille aſſideat neceſſe eſt: qui/quod ſolum opus eſt/ uiſurus eſt: quando nimis imbecillus futurus ſit/ niſi cibum acceperit.

Ab uno Medico m^os curari no p^o

In plurib⁹ tamen ad initium cibi dies quartus aptiſſimus eſſe conſueuit. Eſt autem alia etiam de diebus ipſis dubitatio: quoniam antiqui potiſſimum impares ſequebantur: eosq; tanquã tunc de ægris iudicaretur criſimos nominabant. Hi erant dies tertius: quintus: ſeptimus: nonus: undecimus: quartusdecimus: unus & uigeſimus: ita ut ſumma potentia ſeptimo: deide quartodecimo: deinde uni & uigeſimo daretur. Igitur ſic ægros nutriebant: ut dierum impariũ acceſſiones expectarent: deinde poſtea cibum quaſi leuioribus acceſſionibus inſtantibus darent. adeo ut Hippocrates ſi alio die febris deſiſſet/recidiuam timere ſit ſolitus. Id Aſclepiades iure ut uanum repudiauit: neq; in ullo die: quia par/impar ue eſſet/iis uel maius uel minus periculum eſſe dixit. Interdum enim peiores dies pares fiunt: & oportunius poſt eorum acceſſiones cibus datur. Non nunquam etiam in ipſo morbo/ dierum ratio mutatur: fit que grauior/qui remiſſior eſſe conſueuerat. atq; ipſe quartus decimus par eſt: in quo eſſe magnam uim antiqui fatebantur. Qui cum octauum primi naturam habere contenderent: ut ab eo ſecundus ſeptenarius numerus inciperet: ipſi ſibi repugnabant: non octauum neque decimum neque duodecimum diem ſumendum quaſi potentiorem. Plus enim tribuebant nono & undecimo. Quod cum feciſſent ſine ulla probabili ratione/ab undecimo non ad tertium decimum: ſed ad quartumdecimum tranſibant. Eſt etiam apud Hippocratem: ei/ quem ſeptimus dies liberaturus ſit: quartum eſſe grauiſſimum. Ita illo quoque auctore in die pari & grauior febris eſſe poteſt & certa futuri nota. Atq; idẽ alio loco quartum quenque diem/ ut inutrunque efficaciſſimum apprehendit: ideſt quartum: ſeptimum: undecimum: quartumdecimum: decimum ſeptimum: in quo & ab ĩpari ad paris numeri rationẽ tranſit. & ne hoc quidẽ ppoſitum cõſeruauit: cũ a ſeptimo die undecimus/ nõ quartus ſed quintus ſit. adeo apparet quacunq; ratione ad numerũ reſpeximus/ nihil rationis ſub illo quidẽ auctore reppiri. Verũ ĩ his quidem antiquos tunc celebres ad modum pythagorici

numeri fefellerunt: cum hic quoque medicus non numerare dies debeat: sed ipsas accessiones itueri: & ex iis coniectare quãdo dandus cibus sit. Illud autem magis ad rem pertinet scire: tum oporteat dari cum iã bene uenæ conquieuerunt: aut etiam num manentibus reliquiis febris. Antiqui enim quam integerrimis corporibus alimentum offerebant. Asclepiades inclinata quidem febre: sed adhuc tamen inhaerente. In quo uanam rationem secutus est: non quo non sit interdum maturius cibus dandus/si mature timetur altera accessio: sed quo scilicet quam saniſſimo dari debeat. Minus enim corrumpitur quod integro corpori infertur. Neque tamen uerum est quod Themisoni uidebatur: si duabus horis integer futurus esset aeger: satius esse tunc dare: ut ab integro corpore potiſſimum diduceretur. Nam si diduci tam celeriter posset: id esset optimum. Sed cum hoc/breue tempus non praestet,: satius esse principia cibi a decedente febre/ quam reliquias ab incipiente excipi. ita si longius tempus secundum est/quam integerrimo dandus est: si breue / etiam antequam ex toto integer fiat. Quo loco uero integritas est: eodem est remiſſio: quae maxima in febre continua potest esse. Atque hic quoq; quaeritur: utrum tot horae expectandae sint: quot febrem habuerunt: an satis sit/primam partem earum praeteriri: ut aegris iocundius insidat: quibus interdum non uacat. Tutiſſimum est autem ante/totius accessionis tempus praeterire, quanuis ubi lõga febris fuit: potest indulgeri ægro maturius: dum tamen ante minime pars dimidia prætereatur. Id que non in ea sola febre: de qua proxime dictum est: sed in omnibus ita seruandum est.

Tutiſſimũ tpr dãdi cibi ęgro.

DE febrium speciebus & singularũ curationibus & primo quando cibus febricitantibus dandus sit. .CAPVT.V.

h AEc magis per omnia genera febrium perpetua sunt: nunc ad singulas earum species descendam. Igitur

si semel tantum accessit: deinde desiit. ea que uel ex inguine/ uel ex lassitudine / uel ex æstu/ alia ue simili re fuit sic/ ut interior nulla causa metum fecerit: postero die cum tempus accessionis ita transiit: ut nihil moueret: cibus dari potest. At si ex alto calor uenit: & grauitas uel capitis/ uel praecordiorum secuta est: neque apparet quid corpus confuderit: quanuis unam accessionem secuta integritas est: tamen/ quia tertiana timeri potest: expectandus est dies tertius: & ubi accessionis tempus praeteriit / cibus dandus est: sed exiguus: quia quartana quoque timeri potest. Et die quarto demum: si corpus integrum est: eo cum fiducia utendum. Si uero postero / tertio ue / aut quarto die secuta febris est: scire licet morbum esse. Sed tertianarum: quartanarumq; : quarum & certus circuitus est & finis integer est: & quia liberaliter quieta tempora sunt: expeditior: ratio est. De quibus suo loco dicam. Nunc uero eas explicabo: quae quotidie negent. Igitur tertio quoque die cibus aegro commodissime datur: ut alter febrem minuat: alter uiribus subueniat. Sed is dari debet / si quotidiana febris est / quae ex toto desinat: simulatque corpus integrum factum est. si quanuis non accessiones/ febres tamen iunguntur: & quotidie quidem increscunt: sed sine integritate tamen remittunt cum corpus ita se habet: ut maior remissio non expectetur. Si altero die grauior: altero leuior accessio est: post grauiorem. Fere uero grauiorem accessionem leuior nox sequitur. quo fit ut grauiorem accessionem nox quoq; tristior antecedat. At si continuatur febris: neq; leuior unq̄ fit: & dari cibum necesse est: quando dari debeat magna dissentio est. Quidam / quia fere remissius matutinum tempus ægris est: tunc putant dandum. Quod si respondet: non quia mane est: sed quia remissior est æger. dari debet. Si uero ne tunc quidem ulla requies ægris est: hoc ipso peius id tempus est: quod cum sua natura melius esse debeat: morbi uitio non est. simulq; isequitur tempus meridianum: a quo cum omnis aeger fere peior fiat:

timeri potest: ne ille magis etiam quam ex consuetudine urgeatur. Igitur alii uespere tali aegro cibū dant. Sed cū eo tempore fere pessimi sint, qui aegrotant: uerendum est: ne siquid tunc mouerimus: fiat aliquid asperius. Ob haec ad mediam noctem decurro: idest finito iam grauissimo tempore: eodemque longissime distante: secuturis uero antelucanis horis: quibus omnes fere maxime dormiunt: deide matutino tempore: quod natura sua leuissimum est. Si uero febres uagae sunt: quia uerendum est: ne cibum statim subsequantur: quandocunque quis ex accessione leuatus est, tunc debet assumere. At si plures accessiones eodem die ueniunt: considerare oportet: pares ne per omnia sint: quod uix fieri potest: an impares. Si per omnia pares sint: post eam potius accessionem cibus dari debet: quae non inter meridiem & uesperem definit. Si impares sunt: considerandum est, quo distent. Nam si altera grauior: altera leuior est: post grauiorem dari debet. si altera lōgior: altera breuior: post longiorem. si altera grauior: altera longior est: considerandum est: utra magis affligat: illa ui: an haec tempore: & post eam dandus est. Sed plane plurimum interest: quantae, quales que inter eas remissiones sint. Nam si post alteram febrem motio manet: post alteram integrum corpus est: integro corpore, cibo tempus aptius est. Si semper febricula manet: sed alterum tamen longius tempus remissionis est: id potius eligendum est, adeo ut ubi accessiones cōtinuantur protinus inclinata priore dandus cibus sit. Etenim perpetuum est: ad quod omne consilium dirigi potest: cibum quam maxime semper ab accessione futura reducere. & hoc saluo dare quam integerrimo corpori. Quod non inter duas tantum: sed etiam inter plures accessiones seruabitur. Sed cū sit aptissimum tertio quoq; die cibum dare: tamen si corpus infirmum est: quotidie dandus est. multo que magis si continentes febres sine remissione sunt: quanto magis corpus affligunt: aut si duae plures ue accessiones eodem die ueniūt. Quae res efficit: ut & a primo die ptinus cibus dari quotidie debeat.

Si protinus uene conciderunt: & ſæpius eodem die: ſi iter plures acceſſiones ſubinde uis corpori deeſt. Illud tamen in his ſeruandum eſt: ut poſt eas febres minus cibi detur: poſt quas/ ſi per corpus liceret: omnino non daretur. Cum uero febris inſtet: incipiat: augeatur: conſiſtat: decedat: deinde in deceſſione conſiſtat / aut finiatur: ſcire licet /optimum cibo tempus eſſe febre finita. deinde cum deceſſio eius conſiſtit. tertium ſi neceſſe eſt: quandocunq; decedit: caetera omnia periculoſa eſſe. Si tamen propter infirmitatem neceſſitas urget: ſatius eſſe conſiſtente iam incremento febris aliquid offerre: q̄ increſcente. Satius eſſe inſtante / q̄ incipiente: cum eo tamen ut nullo tempore is qui deficit/ non ſit ſuſtinendus. Neq; hercule ſatis eſt ipſas tantum febres medicum intueri: ſed etiam totius corporis habitum: & ad eum dirigere curationem: ſeu ſuperſunt uires: ſeu deſunt: ſeu quidam mali affectus interueniunt Cum uero ſemper ægros ſecuros agere conueniat: ut corpore tantū non etiam animo laborent: tum præcipue ubi cibum ſumpſerunt. Itaq; ſiqua ſunt quæ exaſperatura eorum animos ſunt: optimum eſt ea dum aegrotant eorum notitiæ ſubtrahere. Si id fieri nō poteſt: ſuſtinere tamen poſt cibum uſq; ſomni tempus: & cum experrecti ſunt: tum exponere.

Quando potiones febricitantibus dari expediat. Caput. VI.

Sed de cibo facilior quidem cum ægris ratio eſt. quorum ſæpe ſtomachus hunc reſpuit: etiam ſi mens concupiſcit. De potione uero ingens pugna eſt: eoq; magis/ quo maior febris eſt. Hæc enim ſitim accendit: & tum maxime aquam exigit: cum illa periculoſiſſima eſt. Sed docendus aeger eſt: ubi febris quieuerit/ protinus ſitim quoq; quieturam: longioremq; acceſſionem fore ſiquod ei datum fuerit alimentum. Ita celerius eum deſinere ſitire qui non bibit. Neceſſe eſt tamen quanto facilius etiam ſani famem/ q̄ ſitim ſuſtinent: tanto magis ægris in potione/ q̄ in cibo indulgere. Sed primo quidem die

nullus humor dari debet: nisi subito sic uenæ conciderunt: ut cibus quoq; dari debeat. Secundo uero/cæterisq; etiam quibus cibus non dabitur: tamen si magna sitis jurgebit / potio dari potest. Ac ne illud quidem ab Heraclide tarentino dictum ratione caret: ubi aut bilis ægrum/aut cruditas male habet: expedire quoq; per medicas potiones misceri nouam materiam corruptæ. Illud uidendum est: ut qualia tempora cibo leguntur: talia potioni quoq;/ubi sine illo datur: deligãtur: aut cũ ægrũ dormire cupiemus. Quod fere sitis prohibet. Satis autem conuenit: cum omnibus febricitantibus nimius humor alienus sit: tum præcipue esse foeminis: quæ ex partu in febres iciderunt. Sed cum tempora cibo potioniq;/febris & remissionis ratio det: non est expeditissimum scire / quando æger febricitet: quando melior sit: quando deficiat. Sine quibus dispensari illa non possunt. Venis enĩ maxime credimus fallacissimæ rei. quia sæpe istæ leniores/celeriores ue sunt & ætate & sexu & corporum natura. Et plerunq; satis sano corpore si stomachus infirmus est. non nunq̃ etiam incipiente febre subeunt & quiescunt: ut imbecillus is uideri possit: cui facile laturo grauis instat accessio. Contra sæpe eas concitat & resoluit sol & balneum & exercitatio & metus & ira & quilibet alius animi affectus. Adeo ut cum primum medicus uenit: solicitudo ægri dubitantis quomodo ille se habere uideatur: eas moueat. ob quã causam periti medici est: non protinus ut uenit apprehendere manu brachium. Sed primum residere hilari uultu: percontariq; quemadmodum se habeat: & siquis eius metus est: eum probabili sermone lenire. tum deinde eius corpori manum admouere. Quas uenas autem conspectus medici mouet quam facile mille res turbant. Altera res est/cui crẽdimus: calor æque fallax. Nam hic quoq; excitatur/æstu: labore: somno: metu: solicitudine. Igitur intueri quidem etiam ista oportet. Sed his non omnia credere: ac protinus quidem scire non febricitare eum: cuius uenæ naturaliter ordinatæ sunt: tepor q; talis est/qualis esse sanis solet. Non protinus autem sub calore mo-

tuq; febrem se se concipere: sed ita: si summa quoq; arida inæqualiter cutis est. si calor & infronte est & intimis præcordiis oritur. si spiritus ex naribus cum feruore prorumpit. si color/aut rubore/aut pallore nouo mutatus est. si oculi graues: & aut persicci/aut sub humidi sunt. si sudor cum sit: inæqualis est. si uenæ non æquis interuallis mouentur. Ob quam causam medicus neq; in tenebris/ neq; a capite ægri debet residere: sed illustri loco aduersus eum: ut omnis notas exuultu quoque cubantis perspiciat. Vbi uero febris fuit atq; decreuit: expectari oportet, num tempora/ partes ue corporis aliæ paulũ madescant: quæ sudorem uenturum esse testentur. Ac si qua nota est: tunc demum dare potui calidam aquam: cuius salubris effectus est/si sudorem per omnia membra diffundit. Huius autem rei causa cõtinere æger sub ueste satis multa manus debet: eademq; crura pedesq; contegere: qua male plerique aegros in ipso impetu febris: pessime que ubi ardens ea est: male habent. Si sudare corpus coepit: linteum tepefacere oportet: paulatim que singula membra detergere. At ubi sudor omnis finitus est: aut si is non uenit: ubi q̃ maxime potuit: idoneus esse cibo æger uidetur. subueste leniter ungendus est: tum detergendus: deinde ei cibus dandus. Cibus autem febricitantibus humidus est aptissimus: aut humori certeq̃ proximus: utique ex materia quam leuissima: maxime que sorbitio. eaque/si magnæ febres fuerunt / quam tenuissima esse debet. Mel quoque despumatum huic recte adiicitur: quo corpus magis nutriatur. sed id/si stomachum offendit: superuacuum ẽ: sicut ipsa quoque sorbitio. Dari uero inuicem eius potest: uel intrita ex aqua calida: uel alica elota. si firmus est stomachus & compressa aluus: ex aqua mulsa. si uel ille languet: uel hæc profluit: ex pusca. Et primo quidem cibo ita satis est. secũdo uero aliquid adiici potest/ex eodem tamen genere materiæ/ uel olus/uel conchilium uel pomum. Et dum febres quidem increscunt: hic solus idoneus cibus est. Vbi uero aut desinunt/ aut leuantur: semper quidem incipiendum est ab aliquo ex ma

teria leuiſſima: adiiciendum uero aliquid exmedia: ratione habita ſubinde & uitium hominis & morbi. Ponendi uero ægro uarii cibi: ſicut Aſclepiades præcepit: tum demum ſunt / ubi faſtidio urgetur: neq; ſatis uires ſufficiunt: ut paulum ex ſingulis deguſtando famem uitet. At ſi neq; uis neque cupiditas deeſt: nulla uarietate ſolicitandus ægr er eſt: ne plus aſſumat / quam concoquat. Neq; uerum eſt: quod ab eo dicitur: facilius concoqui cibos uarios. Eduntur enim facilius. Ad concoctionem autem materiæ genus & modus pertinent. Neq; inter magnos dolores: neq; increſcente morbo tutum eſt: ægrum cibo impleri: ſed ubi inclinata iam in melius ualitudo eſt. Sūt aliæ quoq; obſeruationes in febribus neceſſariæ. atq; id quoque uidendum eſt: quod quidam ſolum præcipiunt: an aſtrictum corpus ſit. an profluat. Quorum alterum ſtrangulat quod cōtinet: alterum digerit. nam ſi aſtrictum eſt: ducēda aluus eſt: mouenda urina: eliciendus omni modo ſudor. In hoc genere morborum ſanguinem etiā miſiſſe: concuſſiſſe uehementibus geſtationibus corpus: in lumine habuiſſe: imperaſſe famem: ſitim: uigiliam prodeſt. Vtile eſt etiam ducere ī balneum: prius dimittere in ſolium: tum ungere: item ad ſolium redire: multaq; aqua fouere inguina: interdum etiam oleum in ſolio cum aqua calida miſcere: uti cibo rarius & ſerius tenui. ſīplici. molli. calido. exiguo / maximeq; oleribus: qualia ſūt / lapatiū. urtica. malua: uel iure etiam concharum / muſculorum ue / aut locuſtarum: neq; danda caro niſi elixa eſt. At potio eſſe debet magis liberalis & ante cibum & poſt hunc & cum hoc ultra quam ſitis coget. Poteritq; a balneo etiam pinguius aut dulcius dari uinum. poterit ſemel aut bis īterponi græcum falſum. Contra uero ſi corpus profluet: ſudor coercendus: quies adhibenda erit. tenebris ſomnoq; / quandocunq; uolet / utendum. non niſi leni geſtatione corpus agitandum: & pro genere mali ſubueniendum. Nam ſi uenter fluit: aut ſi ſtomachus non continet: ubi febris decreuit / liberaliter oportet aquam tepidā potui dare & uomere / cogere: niſi aut fauces / aut præcordia /

olera

ponendi ægro uarij cibi.

Astrictū corpꝰ strangulat.

Curatio corporis astricti.

profluuij curatio.

aut latus dolet / aut uetus morbus est. Si uero sudor exercet: dura nda cutis est uel nitro uel sale: quæ cum oleo miscentur. At si leuius id uitium est: oleo corpus ungendum est. si uehementius: rosa uel melino uel myrteo: cui uinum austerum sit adiectum. Quisquis autem fluore æger est: cum uenit in balneum prius ungendus: deinde in solium demittendus est. Si incute uitium est: frigida quoque quam calida aqua melius utetur. Vbi ad cibum uentum est: dari debet is ualens, frigidus. siccus simplex: qui quam minime corrumpi possit: panis tostus: caro assa: uinum asperum / uel certe sub austerum: si uenter profluit / calidum: si sudores nocent: uomituſq; sunt, frigidum.

Quomodo pestilentes febres curari debeant. CAPVT. VII

d Esiderat etiam propriam animaduersionem in febribus pestilentiæ casus. In hac minime utile est / aut fame / aut medicamentis uti / aut ducere aluum. Si uires sinunt: sanguinem mittere optimum est: præcipue que / si cum dolore febris est. Si id parum tutum est: ubi febris aut tenuata est / aut leuata est: uomitu pectus purgare. Sed in hoc maturius / quam in aliis morbis ducere in balneum opus est: uinum calidum & meracius dare & omnia glutinosa. Inter quae quoq; carnem generis eiusdem. Nam quo celerius eiusmodi tempestates corripiunt: eo maturius auxilia / etiam cum quadam temeritate rapienda sunt. Quod si puer est / qui laborat: neq; tantum robur eius est: ut sanguis mitti possit: siti ei utendū ē: ducenda aluus uel aqua / uel ptisanæ cremore. tum demum is leuibus cibis nutriendus. Et ex toto non sic pueri ut uiri curari debent. Ergo: ut in alio quoq; genere morborum: parcius in his agendum est. Non facile sanguinem mittere: non facile ducere aluum: non cruciare uigilia / fame ue / aut nimia siti / non uino curare satis conuenit. Vomitus post febrem eliciendus est: deinde dandus cibus ex leuissimis. tum is dormiat, postero quoque die si febris manet: abstineatur. Tertio ad similem cibum redeat.

Dandaq; opera est quantum fieri potest: ut inter oportunam abstinentiam ciboscq; oportunos/obmissis cæteris nutriatur. Si uero ardens febris extorret: nulla medicamenti danda potio est. sed in ipsis accessionibus oleo & aqua refrigerandus est. quae miscenda manu sunt donec albescant; & conclaui tenendus: quo multum & purum aerem trahere possit. neq; multis uestimentis strangulandus: sed admodum leuibus tantum uelandus est. Possunt etiam super stomachum imponi folia uitis in aqua frigida tincta. Ac ne siti quidem nimia uexandus est: alendus maturius est: idest a die tertio & ante cibum iisdem perungendus. Si pituita in stomacho coiit: inclinata iam accessione/ uomere cogendus est. et tunc dandum frigidum olus: aut pomum ex iis: quæ stomacho conueniunt. Si siccus manet stomachus/: ptinus uel ptisanæ uel alicæ uel orizæ cremor dandus est: cum quo recens adeps cocta sit. Cum uero in summo incremento morbus est: utiq; non ante diem quartum magna siti antecedente/ frigida aqua copiose præstanda est: ut bibat etiam ultra satietatem: et cum iam uenter & præcordia ultra modum repleta/ satisq; refrigerata sunt: uomere debet. Quidam ne uomitum quidem exigunt: sed ipsa aqua frigida tãtũ ad satietatem data promedicamento utũtur. Vbi utrumlibet factum est: multa uelle operiendus est et collocandus ut dormiat. Fereq; post longam sitim et uigiliã/post multam satietatem/post infractum calorem plenus somnus uenit per quem ingens sudor effunditur. idq; præsentissimum auxilium est. Sed in iis tamen in quibus præter ardorem/ nulli dolores: nullus præcordiorum tumor: nihil prohibens uel in thorace uel in pulmone uel in faucibus: non ulcus: non defectio: nõ dejectio: non profluuium alui fuit.

CVRATIO semitertianæ febris quæ hemitritæos dicitur. CAPVT. VIII

hemitritæos/ semitertiana.

a Tubi id genus tertianæ est: quod hemitritæon medici appellant: magna cura opus est: ne id fallat. Habet enim

plerunq; frequentiores acceſſiones deceſſioneſq; : ut aliud morbi genus uideri poſſit: porrigitq; febris inter horas. XXIIII et XXXVI. ut quod idem eſt. non idem eſſe uideatur. Et magnopere neceſſarium eſt: neq; dari cibum / niſi in ea remiſſione / quæ uera eſt: et ubi ea uenit / protinus dari: plurimiq; ſub alterutro curantis errore ſubito moriuntur. ac niſi magnopere aliqua res prohibet: inter initia ſanguis mitti debet: tum dari cibus / qui neque incitet febrem: & tamen longum eius ſpatium ſuſtineat.

Curatio lentarum febrium. CAPVT. VIIII.

ON nunq̃ etiam lentæ febres ſine ulla remiſſione corpus tenent: ac neq; cibo / neq; ulli remedio locus eſt. In hoc caſu medici cura eſſe debet: ut morbum mutet. Fortaſſe enim curationi oportunior fiet. Saepe igitur ex aqua frigida: cui oleum ſit adiectum: corpus eius pertractandum eſt. quoniam interdum ſic euenit / ut horror oriatur: & fiat initium quoddã noui motus: ex q; eo cum magis corpus incaluit: ſequatur etiam remiſſio. In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris uidetur. at ſi diu frigus eſt & torpor & iactatio corporis: non alienum eſt in ipſa febre dare mulſi tres aut quattuor cyathos: uel cum cibo uinum bene dilutum. Intenditur enim ſæpe ex eo febris: & maior ortus calor / ſimul & priora mala tollit': & ſpẽ remiſſionis in ea curatione oſtendit. Neq; hercules iſta curatio noua eſt: qua nunc quidam traditos ſibi ægros: qui ſub cautioribus medicis trahebantur: interdum contrariis remediis ſanant. Siquidem apud antiquos quoq; ante Erophilum & Eraſiſtratum / maxime que poſt Hippocratem fuit Petro quidam qui febricitantem hominem ubi acceperat multis ueſtimentis operiebat: ut ſimul calorem ingentem ſitim que excitaret. Deinde ubi paulum remitti coeperat febris: aquam frigidam potui dabat: ac ſi mouerat ſudorem: explicuiſſe ſe ægrum iudicabat. ſi non mouerat: plus etiam aquae frigidæ ingerebat:

& tum uomere cogebat. Si alterutro modo febre liberauerat: protinus suillam assam & uinum homini dabat. Si non liberauerat: decoquebat aquam sale adiecto: eamq; bibere cogebat: ut mouendo uentrem purgaret. Et intra hæc omnis eius medicina erat. Eaq; non minus grata fuit iis: quos Hippocratis successores non refecerant: quam nunc est iis: quos Erophili uel Erasistrati æmuli diu tractos non expedierunt. Neq; ideo tamen non est temeraria ista medicina: quia plures si protinus a principiis excepit: interemit. Sed cum eadem omnibus conuenire non possint: fere quos ratio non restituit/temeritas adiuuat. Ideoq; eiusmodi medici melius alienos ægros/quam suos nutriunt. Sed est circunspectu quoq; hominis & nouare interdum & augere morbum & febres accendere: quia curationem ubi id quod est non recipit: potest recipere id quod futurum est.

Remedia in febribus ad capitis dolorem & præcordiorum inflammationem & ariditatem & scabritiem linguæ. Caput. X.

Remedia dolor. capitis.

pittacia.

Si ? præcordiis inflamatio & dolor

Consiederandum etiam est: febres ne solæ sint: an alia iis quoque mala accedant. ideſt num caput doleat: num lingua aspera: num præcordia intenta sint. Si capitis dolores sunt: rosa cum aceto miscere oportet: & inid ingerere: deinde habere duo pittacia: quae latitudinem frontis longitudinemque aequent. Ex his inuicem alterum in aceto & rosa habere: alterum in fronte: aut intinctam hisdem lanam sucidam imponere. Si acetum offendit: pura rosa utendum est. Si rosa ipsa laedit: oleo acerbo. si ista parum iuuant: teri potest uel iris arida: uel nuces amarae: uel quaelibet herba ex refrigerantibus. Quorum quidlibet ex aceto impositum dolorem minuit. sed magis aliud in alio. Iuuat etiam panis cum papauere iniectus: uel cum rosa: cerussa: spuma ue argenti. Olfacere quoque uel serpillum uel anetum non alienum est. At si in praecordiis inflammatio & dolor

est: primo super imponenda sunt cataplasmata reprimentia: ne si calidiora fuerint plus eo materiæ concurrat. Deinde ubi prima inflammatio se remisit: tunc demum ad calida & humida veniendum est: ut ea quæ remanserint: discutiant. Notæ uero inflammationis sunt quattuor: rubor & tumor cū calore & dolore. Quo magis errauit Erasistratus: qui febrem nullam sine hac esse dixit. Ergo si sine inflammatione dolor est: nihil imponendum est. Hunc enim statim ipsa febris soluit. At si neq; inflammatio / neque febris: sed tantum præcordiorū dolor est: protinus calidis & siccis fomentis uti licet. Si uero lingua sicca est et scabra: detergenda primum penicillo est ex aqua calida. Deinde ungenda mixtis inter se rosa & melle Mel purgat. rosa reprimit: simul que siccescere non sinit. At si scabra non est sed arida: ubi penicillo detersa est: ungi rosa debet: cui cæræ sit paulum adiectum.

Notę Inflamationis sunt quatuor.

Erasistrati error.

si lingua sicca ē & scabra ꝺ agendū.

mel purgat. rosa. reprimit.
Siccescere
si lingua arida ꝺ agendū.

Remedia contra frigus/ quod febrem præcedit CAPVT. XI

Contra frigus ꝺ febrē agendū

Solet etiam ante febres esse frigus: idq; uel molestissimū morbi genus est. Vbi id expectatur: omni potione prohibendus æger est. Hæc enim paulo ante data multum malo adiicit. Item maturius ueste multa tegendus est. admouenda partibus iis: pro quibus metuimus, sicca & calida fomenta sic ne statim uehementissimi calores incipiant: sed paulatim increscant. Perfricandæ quoq; eæ partes manibus unctis ex ueteri oleo sunt: eiq; adiiciendum aliquid ex calefacientibus. Contentiq; medici quidam una frictione etiam ex quolibet oleo sunt. In harum febrium remissionibus nō nulli tres aut quattuor sorbitionis cyathos etiam num manente febre dant. Deinde ea bene finita reficiunt stomachum cibo frigido & leni. Ego tum hoc puto tentandum: cum parum cibus semel & post febrem datus prodest. Sed curiose perspiciendum est: ne tempus remissionis decipiat. Sæpe enim in hoc quoque genere ualitudinis iam minui febris uidetur & rursus intenditur.

Itaq; ei remissioni credendum est: quæ etiam immoratur & iactationem foetoremq; quendā oris: quem ozen græci uocant: minuit. Illud satis cōuenit: si quotidie pares accessiones sūt: quotidie paruum cibum dandum. si impares: post grauiorem / cibum: post leuiorem / aquam mulsam.

Curatio horroris in febribus. CAPVT. XII.

b Orror autem eas fere febres antecedit: quæ certū habent circuitum & ex toto remittuntur. Ideoq; tutissimae sunt maxime / quæ curationes admittunt. Nam ubi icerta tempora sunt: neq; alui ductio: neq; balneum: neq; uinum: neque medicamentū aliud recte datur. incertum est enim quando febris uentura sit. ita fieri poterit / ut si subito uenerit: summa in eo pnities sit: quod auxilii causa sit inuentum. Nihilque aliud fieri potest / q̄ ut primis diebus bene abstineatur æger. deinde successu febris eius: quæ grauissima ē / cibum sumat. at ubi certus circuitus est: facilius omnia illa tentantur: quia facilius proponere nobis & accessionum & decessionum uices possumus. In his autem cum ueterauerunt / utilis famis non ē. Primis tantūmodo diebus ea pugnandum est: deinde diuidenda curatio est: & ante horror: tum febris discutienda. Igitur cum primum aliquis inhorruit & ex horrore incaluit: dare ei oportet potui tepidā aquam subsalsam & uomere eum cogere. nam fere talis horror ab iis oritur: quæ bilioſa inſtomacho resederunt. idem faciendum est si pximo quoq; circuitu æque cessit. sæpe. n. sic discutitur. iāq; / quod genus febris sit: scire licet. itaq; sub expectatione pximæ accessionis: quæ instare tertia potest: deducendus in balneum est: dandaq; opa est: ut p tempus horroris isolio sit. Si ibi quoq; senserit: nihilo minus idē sub expectatione accessionis quartæ faciat. siquidē eo quoq; modo sæpe id discutitur. si nec balneum quidē pfuit: ante accessionem alliū edat: aut bibat calidam aquam cum pipe. siquidem ea quoq; assūpta calorē mouent: q̄ horrorē nō admittit.

Deinde eo modo quo in frigore præceptum est: anteq̃ inhorteſcere poſſit: operiatur. Fomentiſq; protinus ualidioribus totum corpus circundare conuenit: maximeq; inuolutis extinctis teſtis & titionibus. Si nihilo minus horror perruperit: multo oleo calfacto inter ipſa ueſtimenta perfundatur: cui æque ex calfacientibus aliquid ſit adiectum. adhibeaturq; frictio / quantam is ſuſtinere poterit: maximeq; in manibus & pedibus & ſpiritum ipſe contineat. neq; deſiſtendum eſt etiam ſi horror eſt. Sæpe enim pertinacia iuuantis / malum corporis uicit. Siquid euomuit: danda aqua tepida: iterumque uomere cogendus eſt. utendumq; eiſdem eſt donec horror finiatur. Sed præter hæc / ducenda aluus eſt / ſi tardius horror quieſcet. ſiquidem id quoq; exonerato corpori prodeſt. Vltima quoq; poſt hæc auxilia ſunt geſtatio & frictio. Cibus autem in eiuſmodi morbis maxime dandus eſt: qui mollem aluum præſtet. Caro glutinoſa. uinum / cum dabitur / auſterum.

Curatio quotidianæ febris. CAPVT. XIII.

h Aec ad omnes circuitus febrium ptinent. diſcernendæ tamen ſingulæ ſunt / ſicut rationem habent diſſimilem. ſi quotidiana eſt: triduo primo magnopere abſtinere oportet. tum cibis altero quoque die uti. Si res inueterauerit: poſt febrem experiri balneum & uinum: magiſq; ſi horrore ſublato hæc ſupereſt.

CVRATIO tertianæ febris. CAPVT. XIIII.

f I tertiana uero / quæ ex toto ītermittit / aut quartana eſt: mediis diebus & ābulationibus uti oportet: aliiſq; exercitationibus & unctionibus. qdā ex antiquioribus medicis Cleophantus ī hoc genere morborum multo ante acceſſionem caput ægri multa calida aqua perfundebat: deinde uinum dabat. Quod: quanuis pleraque eius uiri præcepta ſecutus eſt Aſclepiades: recte tamen præteriit. Eſt enim anceps.

Ipſe/ſi tertiana febris eſt: tertio die poſt acceſſionem dicit aluum duci oportere. quinto poſt horrorem/uomitum elicere. deinde poſt febrem/ſicuti illi mos erat/ adhuc calidis dare cibum & uinum. Sexto die in lectulo detineri. ſic enim fore/ ne ſeptimo die febris accedat. Id ſæpe fieri poſſe ueriſimile eſt. Tutius tamen eſt: ut hoc ipſo ordine utamur. Tria remedia: uomitus: alui ductionis: uini potus per triduum: ideſt die tertio & quinto & ſeptimo tentare. nec uinum niſi poſt acceſſionem die ſeptimo bibat. Si uero primis diebus diſcuſſus morbus non eſt: incidit q̄ inuetuſtatem: quo die febris expectabitur: in lectulo ſe contineat: poſt febrem perfricetur: tum cibo aſſumpto bibat aquam. poſtero die/quo cibo uacat & ab exercitatione unctione q̄: aqua tantum contentus conquieſcat. Et id quidem optimum eſt. Si uero imbecillitas urgebit: & poſt febrem uinum: & medio die paulum cibi debebit aſſumere.

Curatio quartanæ febris. CAPVT. XV.

Eadem inquartana facienda ſunt. Sed cum hæc tarde admodum finiatur: niſi primis diebus diſcuſſa eſt: diligentius ab initio præcipiendum eſt: quid in ea debeat fieri. Igitur ſicui cum horrore febris acceſſit: eaq̄ deſiit: eodem die & poſtero tertioq̄ continere ſe debet & aquam tantum modo calidam primo die poſt febrem ſumere: biduo proximo quantum fieri poteſt ne hanc quidem. ſi quarto die cum horrore febris reuertitur: uomere ſicut ante præceptū eſt. deinde poſt febrem modicū cibū ſumere: uini quadrantem. Poſtero tertioq̄ die abſtinere: aqua tāc̄ū modo calida: ſi ſitiet/aſſumpta ſeptimo die balneo frigus præuenire: abſtinere: cōtinere ſe debet: ſi febris redierit: ducere aluū. ubi ex eo corpus cōquieuerit ī unctione uehementer pfricari: eodem modo ſumere cibum & uinum: biduo pximo ſe abſtinere: frictione ſeruata. decimo die rurſus balneū expiri: & ſi poſtea febris acceſſit: æque pfricari. uinū copioſius bibere. ac ſi pximū c̄. q̄s tot dierū. ut abſtinētia cū

cum cæteris quæ præcipiuntur/febrem tollant. Si uero nihilominus remanet: aliud ex toto sequendum ē curationis genus: idq; agendum: ut quod diu sustinendum est/ corpus facile sustineat. Quo minus etiam curatio probari Heraclidis tarentini debet. qui primis diebus ducendam aluum: deinde abstinendum usq; in septimum diem dixit. Quod ut sustinere aliquis possit: tamen etiā febre liberatus uix refectioni ualebit. Adeo si febris sæpius accesserit: concidet. Igitur si tertiodecimo die mōrbus manebit: balneum neque ante febrem/ neque post eam tentandum erit: nisi interdum iam horrore discusso. Horror ipse per eadem quae supra præscripta sunt expugnandus. Deinde post febrem oportebit ungi & uehementer perfricari: cibum & ualidum & fortiter assumere. uino uti quantum libebit. postero die cum satis quieuerit: ambulare: exerceri: ungi: perfricari fortiter: cibum accipere sine uino. Tertio die abstinere. Quo die uero febrem expectabit: ante surgere & exerceri: dareq; operam non oportet: ut in ipsam exercitationem tempus febris incurrat. Sic enim sæpe illa discutitur. At si in opere occupauit: tum demum se recipere. In eiusmodi ualitudine medicamēta sunt/oleū: frictio: exercitatio: cibus: uinū. Si uenter astrictus est soluēdus ē. Sed hæc facile ualidiores faciūt. si ibecillitas occupauit: p exercitatioē gestatio ē. Si ne hāc qdē sustinet: adhibenda tamē frictio ē. si haec quoq; uehemens onerat: intra quietem & unctionem & cibum sistendum est: dandaq; opera est: nequa cruditas in quotidianam id malum uertat. Nam quartana neminem iugulat. sed si ex ea facta quotidiana est: in malis æger est. Quod tamen nisi culpa uel ægri uel curantis nunq̄ fit.

Quartanę medicamēta.

Quartana neminē iugulat.

Curatio duarum quartanarum. CAPVT. XVI.

At si duæ quartanæ sunt: neq; hæ/quas proposui) exercitationes adhiberi possunt: aut ex toto quiescere opus est: aut si id difficile est: leuiter ambulare: considere diligenter in

uolutis pedibus & capite. Quotiens febris acceſſit & deſiit: cibum modicum ſumere & uinum. reliquo tempore niſi imbecillitas urget: abſtinere. Aut ſi duæ febres pene iunguntur: poſſe utranq; cibum ſumere. Deide uacuo tempore & moueri aliqd: & poſt unctionem cibo uti. Cum uero uetus quartana raro / niſi uere ſoluatur: utiq; eo tempore attendendum eſt: nequid fiat quod ualitudinem impediat. Prodeſtq; in uetere quartana mutare ſubinde uictus genus: a uino ad aquam: ab aqua ad uinum: a lenibus cibis ad acres: ab acribus ad lenes tranſire: eſſe radicem: deinde uomere: iure ue pulli gallinacei uentrem reſoluere: oleum ad frictiones ad iicere: calefacientia ante acceſſionem ſorbere: uel aceti cyathos duos: uel unum ſinapis cum tribus græci uini ſalſi: uel mixta paribus portionibus & in aqua diluta / piper: caſtoreum: laſer: myrram. Per hæc enim ſimiliaq; corpus agitandum eſt: ut moueatur exeo ſtatu / quo detinetur. Si febris quieuit diu meminiſſe eius diei conuenit: eoq; uitare frigus: calorem: cruditatem: laſſitudinem. Facile enim reuertitur / niſi a ſano quoque aliquandiu timetur.

Uetus quartana raro ni uere ſoluat

Curatio quotidianae febris. quae ex quartana facta ſit.
CAPVT. XVII

a t ſi ex quartana quotidiana facta eſt: cum id uitio inciderit: per biduum abſtinere oportet: frictione uti: aquã tantum modo ueſperi potui dare. tertio die ſæpe fit ne febris accedat. ſed ſiue fuit / ſiue non fuit: cibus poſt acceſſionis tempus eſt dandus. at ſi manet: per biduum abſtinentia: quanta maxime imperari corpori poteſt: fricatione quotidie: utendum eſt.

De tribus inſaniæ generibus & primo de eius curatione: quæ a græcis phreneſis dicitur. CAPVT. XVIII.

e t febrium quidem ratio ex poſita eſt. Superſunt uero alii corporis affectus: qui huic ſuperueniunt. ex quibus eos /

phreneſis.

qui certis partibus aſſignari non poſſunt/protinus iungam. Incipiam ab inſania: primamq; huius ipſius partem aggrediar: quæ & acuta & in febre eſt: græci phreneſin appellant. Illud ante omnia ſcire oportet: interdum in acceſſione ægros deſipere & loqui aliena. Quod non quidem leue eſt: neq; incidere poteſt/niſi in febre uehementi. non tamen æque peſtiferum eſt. Nam plerunq; breue eſſe conſueuit: leuato que acceſſionis impetu protinus mens redit. Neque id genus morbi remedium aliud deſiderat: quam quod incuranda febre præceptum eſt.

phreneſis.

Phreneſis uero tum demum eſt: cum continua dementia eſſe incipit. aut cum æger quanuis adhuc ſapiat: tamen quaſdã uanas imagines accipit. perfecta eſt ubi mens illis imaginibus addicta eſt. Eius autem plura genera ſunt. ſiquidem ex phreneticis alii hilares: alii triſtes ſunt. alii facilius continentur & intra uerba deſipiunt. alii cõſurgunt & uiolenter quædam manu faciunt. atq; ex his ipſis alii nihil niſi impetu peccant. alii etiam artes adhibent: ſummam que ſpeciem ſanitatis incautis maiorum operum occaſionibus præbent: ſed exitu deprehenduntur. Ex his autem eos qui intra uerba deſipiunt: aut leuiter etiam manu peccant: onerare aſperioribus coercitionibus ſuperuacuum eſt. Eos uero qui uiolentius ſe gerunt uincire conuenit: ne uel alteri uel ſibi noceant. Neque credendum eſt ſi uinctus aliquis dum leuari uinculis cupit: ſanum iam ſe fingat: quanuis prudenter & miſerabiliter loquatur: quoniã is dolus inſanientis eſt. Fere uero antiqui tales ægros in tenebris habebant: eo quod eis contrarium eſſet exterreri: & ad quietem animi tenebras ipſas conferre aliquid iudicabant. At Aſclepiades tanquam tenebris ipſis terrentibus in lumine habendos eſſe dixit. neutrum tamen perpetuum eſt. alium enĩ lux. alium tenebræ magis turbant. reperiunturq; in quibus nullum diſcrimen deprehendi uel hoc uel illo modo poſſit. optimum itaq; eſt utrunq; experiri: & habere eum/qui tenebras horret/in luce: eum/qui lucem/in tenebris. At ubi nullum tale diſcrimen eſt: æger ſi uires habet/loco lucido:/ſi non habet/

obſcuro continendus eſt. Remedia uero adhibere ubi maxime furor urget/ſuperuacuum eſt. ſimul enim febris quoque increſcit. Itaq; tum nihil niſi continendus æger eſt. Vbi uero res patitur/feſtinanter ſubueniendum eſt. Aſclepiades perinde eſſe dixit his ſanguinem mitti ac ſi trucidentur: rationem hanc ſecutus: quod neq; inſania eſſet niſi febre intenta: neq; ſanguis niſi in remiſſione eius recte mitteretur. Sed ipſe in his ſomnum multa frictione quæſiuit: cum & intentio febris ſomnum impediat: & frictio non niſi in remiſſione eius utilis ſit. Itaq; hoc quoq; auxilium debuit præterire. Quid igitur eſt? Multa in præcipiti periculo recte fiunt alias omittenda. Et continuata quoq; febris habet tempora: quibus & ſi nō remittit: non tamen creſcit. Eſt q; hoc ut non optimum: ſic tamen ſecundum remedii tempus. Quod ſi uires ægri patiuntur: ſanguis quoq; mitti debet. Nec minus deliberari poteſt/ an aluus ducenda ſit. tum interpoſito die conuenit caput adcutem tondere: deinde aqua fouere in qua uerbenæ aliquæ decoctæ ſint uel ex reprimentibus: aut prius fouere deinde tondere & iterum fouere: ac nouiſſime roſa caput naresq; iplere: offerre etiam naribus rutam: ex aceto contritam: mouere ſternutamenta medicamentis in id efficacibus. Quæ tamen facienda ſunt in iis/ quibus uires non deſunt. Si uero imbecillitas eſt: roſa tantum caput adiecto ſerpillo/ſimiliq; aliquo madefaciendum eſt. Vtiles etiam in quibuſcunq; uiribus herbæ duæ ſunt: ſolanum & muralis. ſimul ex utraque ſucco expreſſo caput impleatur. cum ſe febris remiſerit frictione utendum eſt. parcius tamen in iis qui nimis hilares/ q̄ in iis qui nimis triſtes ſunt. Aduerſus omnium autem ſic inſanientium animos gerere ſe pro cuiuſq; natura neceſſarium eſt. Quorundam enī uani metus leuandi ſunt: ſicut in homine prædiuite famem timente incidit: cui ſubinde falſæ hereditates nuntiabantur. quorundam audacia coercenda eſt: ſicut in iis fit: in quibus cōtinendis plagæ quoq; adhibentur. quorundam etiam intempeſtiuus riſus & obiurgatione & minis prohibendus eſt. quo

rundam discutiendæ tristes cogitationes. Ad quod symphoniae & cymbala / strepitusq; proficiunt. Sæpius tamen assentiendum / quam repugnandum est. paulatimq; & non euidenter ab iis / quae stulte dicentur ad meliora mens eius abducenda est. Interdum etiam elicienda ipsius intentio: ut fit in hominibus studiosis litterarum: quibus liber legitur: aut recte / si delectantur: aut per peram / si id ipsum eos offendit. Emendando enim conuertere animum incipiunt. Quin etiam recitare siqua meminerunt / cogendi sunt. Ad cibum quoq; quosdam non desiderantes reduxerunt ii / qui inter epulantes eos collocauerunt. Omnibus uero sic affectis somnus & difficilis & præcipue necessarius est. Sub hoc enim pleriq; sanescunt. Prodest ad id atq; etiam ad mentem ipsam componendam crocinum unguentum cum irino in caput datum. Si nihilo minus uigilant ii: quidam somnum moliuntur potui dando aquam: in qua papauer / aut hyoscyamos decocta sit. alii mandragoræ mala pulmino subiiciunt. alii uel amomum: uel sicamini lacrimam fronti inducunt. Hoc nomen apud medicos reperio. Sed cum græci morum sicamynon appellant: mori nulla lacrima est. sic uero significatur lacrima arboris in ægypto nascentis: quam ibi morosicon appellant. Plurimi decoctis papaueris corticibus: ex ea aqua subinde spongia os & caput fouent. Asclepiades ea superuacua esse dixit: quoniam in lethargum sæpe cõuerterẽt. Præcipit autem ut primo die a cibo: potione: somno abstineretur: uespere ei daretur potui aqua: tunc frictio admoueretur lenis ita ut ne manum quidem qui fricaret: uehementer imprimeret: postero deinde die hisdem omnibus factis uespere ei daretur sorbitio & aqua: rursusq; frictio adhiberetur. Per hanc enim nos consecuturos: ut somnus accedat. Id interdum fit & quidem adeo: ut illo confitente nimia frictio etiam lethargi periculum afferat. Sed si sic somnus non accessit: tum demum illis medicamentis accersendus est: habita scilicet eadem moderatione: quae hic quoq; necessaria est: ne quem obdormire uolumus / excitare postea non possimus. Confert etiam

sicamynõ
morosicõ

am aliquid ad sõnum silanus iuxta cadens: uel gestatio post cibum & noctu: maximeq; suspensi lecti motus. Neque alienũ est: si neque sanguis ante missus est: neque mens constat: neque somnus accedit: occipitio inciso cucurbitulam admouere. Quae quia leuat morbum: potest etiã somnum facere. Moderatio autem in cibo quoque adhibenda est. Nam neque implendus æger est / ne insaniat. neque ieiunio utique uexandus est: ne imbecillitate in cardiacum incidat. Opus est autem cibo infirmo / maxime que sorbitione: potione aquae mulsae. cuius ternos cyathos bis hyeme / quater æstate dedisse satis est. Alterum genus insaniæ est: quod spatium longius recipit: quia fere sine febre incipit: leues deinde febriculas excitat & consistit in tristitia: quam uidetur bilis atra contrahere. In hac utilis detractio sanguinis est. Siquid hanc prohibet: prima est abstinentia: secũda per album ueratrum / uomitum que purgatio. post utrunlibet adhibenda bis die fricatio est. Si magis ualet: frequens etiam exercitatio. In ieiuno uomitus: cibus sine uino dandus ex media materia est. Quam quotiens posuero: scire licet etiam ex infirmissima dari posse: dum ne ea sola quis utatur: ualentissima tantummodo esse remouenda. praeter hæc seruanda aluus est q̃ tenerrima. remouendi terrores: & potius bona spes afferenda. quærenda delectatio exfabulis ludisq; quibus maxime capi sanus assueuerat. Laudanda si qua sunt ipsius opera & ante oculos eius ponenda. Leuiter obiurganda uana tristitia. Subinde admonẽdus ĩ iis ipsis rebus: quæ solicitant: cur non potius letitiæ / q̃ solicitudinis causa sit. Si febris quoq; accessit: sicut aliæ febres curanda est. Tertium insaniæ genus est ex his longissimum adeo ut uitam ipsam non impediat. quod robusti corporis esse consueuit. Huius autem ipsius species duæ sunt. Nam quidam imaginibus / non mente falluntur. qualem insanientem Aiacem uel Orestem poetarum fabulæ ferunt. quidam animo desipiunt. Si imagines fallunt: ante omnia uidendum est / tristes: an bilares sint. In tristitia nigrum ueratrum deiectionis causa: in hilaritate

album aduomitum excitandum dari debet. Idq; si in potione non accepit, pani adiiciendum est/quo facilius fallat. Nam si bene se purgauerit: ex magna parte morbum leuabit. Ergo etiam si semel datum ueratrum parum profecerit: interposito tẽpore iterum dari debet. Neq; ignorare oportet, leuiorem esse morbum cum risu/q̃ serio insanientium. Illud quoq; perpetuũ est in omnibus morbis: ubi ab'inferiore parte purgandus aliquis est: uentrem eius ante soluendum esse: ubi a superiore: cõprimendum. Si uero consilium insanientem fallit: tormentis quibusdam optime curatur. Vbi perperam aliquid dixit aut fecit: fame: uinculis: plagis coercendus est. Cogendus est & attendere & edisceré aliquid & meminisse. Sic enim fiet ut paulatim metu cogatur considerare quid faciat. Subito etiam terreri & expauescere in hoc morbo prodest. Et fere quicquid animum uehementer perturbat. Potest enim quædam fieri mutatio: cum ab eo statu mens in quo fuerat/abducta est. Interest etiã si ipse sine causa subinde rideat/an mestus dimissisq; sit. nam demens hilaritas terroribus iis/de quibus supra dixi/melius curatur. si nimia tristitia est: prodest leuis sed multa bis die frictio. Item per caput aqua frigida ifusa: demissumq; corpus in aquam & oleum. Illa communia sunt: insanientes uehementer exerceri debere. multa frictione uti. neq; pinguem carnem: neq; uinum assumere. cibis uti post purgationem ex media materia quam leuissimis. non oportere esse uel solos uel inter ignotos: uel inter eos quos/aut contemnant/aut negligant. mutare debere regiones: & si mens redit/annua peregrinatione esse iactandos. Raro/sed aliquando tamen/ex metu delirium nascitur. Quod genus insanientium specie simili cuiq; uictus genere curandum est: præterq̃ quod in hoc insaniæ genere solo/recte uinum datur.

CARDIACI MORBI CVRATIO. CAPVT. XIX.

Hic morbo præcipue contrarium est id genus: quod ca-

diacum a græcis nominatur: q̃uis sæpe ad eum phrenetici transeunt. Siquidem mens in illis labat: in hoc conſtat. Id autem nihil aliud eſt q̃ nimia imbecillitas corporis, quod ſtomacho languente immodico ſudore digeritur. Licetq; protinus ſcire id eſſe: ubi uenarum exigui, imbecillicq; pulſus ſunt. Sudor autem ſupra conſuetudinem & modo & tempore ex toto thorace & ceruicibus atq; etiam capite prorumpit: pedibus tantummodo & cruribus ſiccioribus atq; frigentibus. At ubi id morbi genus eſt: curatio prima eſt: ſupra præcordia imponere quae reprimant cataplaſmata. ſecunda, ſudorem prohibere. Id praeſtat acerbum oleum uel roſa uel melinum aut myrteum. Quorum aliquo corpus leuiter perungendum: caeratum que ex aliquo horum tum imponendum eſt. Si ſudor uincit: delinendus homo eſt uel gypſo uel argenti ſpuma, uel cimolia creta: uel etiam ſubinde horum puluere reſpergendus. Idem præſtat puluis ex contritis aridi myrti uel rubi foliis: aut exaſteri & boni uini arida fece. Pluraq; ſimilia ſunt: quae ſi deſunt, ſatis utilis eſt quilibet ex uia puluis iniectus. Super hæc uero quo minus corpus inſudet, leui ueſte debet eſſe contectus loco non calido, feneſtris patentibus ſic, ut per flatus quoq; aliquis accedat. Tertium auxilium eſt imbecillitati iacentis uino cibo q ſuccurrere. Cibus non multus quidem: ſed ſæpe tamen nocte ac die dandus eſt: ut nutriat neq; oneret. Is eſſe debet ex infirmiſſima materia & ſtomacho aptus. Niſi autem neceſſe eſt: ad uinum feſtinare non oportet. Si uerendum eſt, ne deficiat: tum & intrita ex hoc: et hoc ipſum auſterum qdem ſed tamen tenue meracũ. Egelidum ſubinde & liberaliter dandum eſt ad iecta polenta: ſi modo is æger parum cibi aſſumit. Idq; uinum eſſe debet neque nullarum uiriũ, neque ingentiũ. recte que tota die ac nocte uel tres heminas æger bibet. Si uaſtius corpus ẽ: plus etiam. Si cibum non accipit: perunctum ante perfundere aqua frigida conuenit: & tum dare. Quod ſi ſtomachus reſolutus parum continet: & ante cibum & poſt eum, ſponte uomere oportet: rurſus que poſt uomitum, cibum ſumere.

Si ne id quidem manserit, sorbere uini cyathum: interpositaque hora sumere alterum. Si id quoq; stomachus reddiderit: totum corpus bulbis contritis super illinendum est. Qui ubi inaruerunt: efficiunt, ut uinum in stomacho contineatur: ex q; eo toti corpori calor: uenis q; uis redeat. Vltimum auxilium est, in aluum ptisanæ uel alicae cremorem ex inferioribus partibus indere siquidem id quoq; uires tuetur. Neq; alienum ē: naribus quoq; aestuantis admouere quod reficiat: ideſt rosam & uinum. Et siqua in extremis partibus frigent: unctis & calidis manibus fouere. Per quae si consequi potuimus: ut & sudoris impetus minuatur & uita prorogetur: incipit iam tempus ipsum esse præsidio. Vbi in tuto esse uidetur: uerendum tamen est: ne ad eandem imbecillitatem cito recidat. Itaq; uino tantum remoto, quotidie ualidiorem cibum debet assumere: donec satis uirium corpori redeat.

De lethargo & eius curatione. CAPVT. XX.

Ater quoq; morbus est aliter phrenetico contrarius. In illo difficilis somnus: prōpta ad omnem audaciam mens est. At in hoc marcor & inexpugnabilis pene dormiendi necessitas: lethargum graeci nominant. atq; id quoq; genus acutum est: & nisi succurritur celeriter iugulat. Hos ægros quidam subinde excitare nituntur admotis iis, quae per sternutamenta euocantur: et iis, quae odore foedo mouent, qualis est pix cruda: lana sucida: piper: ueratrum: castoreum: acetum: allium: cepa: iuxta etiam galbanum incendunt: aut pilos, aut cornu ceruinum. Si non est: quodlibet aliud. Haec enim cum comburuntur: odorem foedum mouent. Tharrias uero quidam accessionis esse id malum dixit: leuari que cum ea decessit. Itaq; eos qui subinde excitant sine usu male habere. Interest autem in decessione expergiscatur aeger: an cum febris non leuetur: aut leuata quoque ea somnus urgeat. Nam si expergiscitur: adhibere ei ut sopito superuacuum est.

Neq; enim uigilando melior fit. sed per se/si melior est: uigilat. Si uero continens ei somnus est : utique excitandus est . sed iis temporibus quibus febris leuissima est: ut & excernat aliquid & sumat. Excitat autem ualidissime / repente aqua frigida infusa post remissionem'. Itaque perunctum oleo multo corpus tribus aut quattuor amphoris totum per caput perfundendum est. Sed hoc utemur: si æqualis ægro spiritus erit : si mollia præcordia. Sin aliter hæc erunt: ea potiora/quæ supra comprehensa sunt Et quod ad somnum quidem pertinet: commodissima hæc ratio est . Medendi autem causa caput radendum: deinde postea fouendum est aqua: in qua laurus aut ruta decocta sit. Altero die imponendum castoreum : aut ruta ex aceto contrita: aut lauri baccæ: aut hedera cum rosa & aceto. Præcipue que proficit & ad excitandum hominem naribus ad motum & ad morbum ipsum depellendum capiti fronti ue impositum sinapi. Gestatio etiam in hoc morbo prodest: maxime q; oportune cibus datus idest in remissione quanta maxime inueniri poterit. Aptissima autem sorbitio est donec morbus decrescere incipiat: sic ut si quotidie grauis accessio est : hæc quotidie detur. Si alternis: post grauiorem/sorbitio: post leuiorem/mulsa aqua . Vinum quoq; cum tempestiuo cibo datum non mediocriter adiuuat. Quod si post longas febres eiusmodi corpor corpori accessit: caetera eadem seruanda sunt. Ante accessionem autem tribus/ quattuor ue horis castoreum : si uenter astrictus est/mixtum cum scamonea . si non est/ per se ipsum cum aqua dandum est . Si praecordia mollia sunt : cibis utendum est plenioribus. Si dura: in hisdem sorbitionibus subsistendum. imponendumq; est praecordiis quod simul & reprimat & emolliat .

DE aqua inter cutem hoc est hydropico morbo. Caput. XXI.

Sed hic quidem acutus ē morbus . Lōgus uero fieri potest eorū: quos aqua iter cutē male habet: nisi primis diebus

hydrops

Tympanites

Leucophlegmatia

hyposarca

ascite

Facilius ī seruis q̄ liberis tollit

ex

Illū ad morbū egri respicē se ad animū

Facillima curatio si parata sit corpori q̄s sitis q̄ media.

Mercurius

discussus est: hydropa græci uocant. Atque eius tres species sunt. Nam modo uentre uehementer intento creber intus ex motu spiritus sonus est. Modo corpus inæquale est / tumoribus aliter aliter q̄ per totum id orientibus. Modo intus in unū aqua cōtrahitur: & moto corpore ita mouetur ut impetus eius conspici possit. Primū tympanitem: secūdum leucophlegmatian uel hyposarca: Tertium ascites græci nominant. Communis tamen est humoris nimia abundantia. ob quam ne ulcera quidem in his ægris facile sanescunt. Sæpe uero hoc malū per se incipit. Sæpe alteri uetusto morbo. maximeq̄ quartanae superuenit. Facilius in seruis / quam in liberis tollitur. quia cum desideret famem: sitim: mille alia tedia: longam q̄ patientiam / promptius iis succurritur / qui facile coguntur: q̄ quibus inutilis libertas est. Sed ne ii quidem' qui sub alio sunt: si extoto sibi temperare non possunt: ad salutem perducuntur. Ideoq̄ non ignobilis medicus Chrysippi discipulus apud Antigonum regem amicum quendam eius notæ intēperantiæ mediocriter eo morbo implicitum negauit posse sanari. Cumq̄ alter medicus epirotes philippus se sanaturū polliceretur: respondit illum ad morbum ægri respicere: se ad animum. Neq̄ eum res fefellit. Ille enim cum summa diligentia non medici tantummodo: sed etiam regis custodiretur: tamen malagmata sua deuorando / bibendo que suam urinam in exitum se praecipitauit. Inter initia tamen non difficillima curatio est: si imperata sunt corpori: quies: sitis: inedia. At si malum inueterauerit: non sine magna molestia discutitur. Metrodorum tamen Epicuri discipulum referunt cum hoc morbo tentaretur: neq̄ æquo animo ferret necessariam sitim: ubi diu abstinuerat / bibere solitum: deinde euomere. Quod si redditur quicquid receptum est: multum tedio demit. si a stomacho retentum est: morbum auget. Ideoq̄ in quo libet tentandum nō est. Sed si febris quoq̄ est: hæc in primis submouenda est per eas rationes: per quas huic succurri posse propositum est. Si sine febre aeger est: tum demum ad ea ueniendum est:

quæ ipſi morbo mederi ſolent. Atq; hic quo q; quæcunq; ſpecies eſt: ſi non dum nimis occupauit: hiſdem auxiliis opus eſt. Multum ambulandum. currendum aliquid eſt. ſuperiores maxime partes ſic perfricandæ: ut ſpiritum ipſe contineat. euocandus eſt ſudor non exercitatione tantummodo: ſed etiam in harena calida / uel laconico / uel clibano / ſimilibuſq; aliis: maximeq; utiles naturales & ſiccæ ſudationes ſunt: quales ſup baias habemus in myrtetis. balneum atq; omnis humor alienus eſt. Ieiuno recte cataputia dantur facta ex abſinthii duabus: myrræ tertia parte. Cibus eſſe debet ex media quidem materia: ſed tamen generis durioris. Potio non ultra danda eſt / q̄ ut urinam ſuſtineat. optimaq; eſt / quae urinam mouet. Sed id ipſum tamen molliri cibo / q̄ medicamento melius eſt. Si tamen res coget ex iis aliquid quæ id præſtent: erit decoquendum: eaq; aqua potui danda. Videtur autem hanc facultatem habere / iris: nardum: crocum: cinnamum: amomum: caſia: myrra: balſamum: galbanum: ladanum: oenante: panace: cardamomum: bebenus: cupreſſi ſemen. uua timinia: quam ſtaphidagrian græci nominant: abrotanum: roſæ folia: acorum: amaræ nuces: tragoriganum: ſtorax: coſtum: iunci quadrati & rotundi ſemen. illud cypyron, ecinon hoc græci uocant. Quæ quotiens poſuero: non quæ hic naſcuntur: ſed quæ inter aromata afferuntur: ſignificabo. Primo tamen quae leuiſſima ex his ſunt: ideſt roſæ folia / uel nardi ſpica tentanda ſunt. Vinum quoq; utile eſt & auſterum: ſed quam tenuiſſimum. Commodū eſt etiam lino quotidie uentrem metiri: & qua comprehendit aluum / notam imponere. poſtero die uidere ſi plenius corpus ſit: an extenuetur. Id enim / quod tenuatur / medicinam ſentit. Neq; alienum eſt metiri & potionem eius & urinam. Nam ſi plus humoris excernitur / q̄ aſſumitur: ita demum ſecundæ ualitudinis ſpes eſt. Aſclepiades in eo qui ex quartana in hydropa ciderat: ſe abſtinentia bidui & frictione uſum. tertio, die iam & febre & aqua liberato cibum & uinum dediſſe / memorie pdit. Hactenus cōmuniter de ōni ſpecie dici poteſt.

Si uehementius malum est: diducenda ratio curandi est. Ergo si inflatio & ex ea dolor creber est: utilis quotidianus, aut alterno quoq; die post cibum uomitus est. Fomentis siccis, calidis que utendum est. Si per hæc dolor non finitur: necessariæ sunt sine ferro cucurbitulæ. Si ne per has quidem tormentum tollitur: incidenda cutis est: & tum his utendum. Vltimum auxilium est: si cucurbitulæ nihil profuerunt: per aluum infundere copiose aquam calidam: eamq; recipere. Quin etiam quotidie ter quater ue opus est uti frictione uehementi cum oleo & quibusdam calefacientibus. Sed in hac frictione a uentre abstinendum est. Imponendum uero in eum crebrius, sinapi donec cutem erodat: ferramentisq; candentibus pluribus locis uenter exulcerandus est: & seruanda ulcera diutius. Vtiliter etiam scylla cocta delinitur cutis. sed diu post has inflammationes abstinendum est ab ōnibus inflantibus. At si id uitium est: cui leucophlegmatia nomen est: eas partes, quæ tument, subiicere soli oportet: sed non nimium: ne febricula incidat. si is uehementior est: caput uelandum est: utendumq; frictione madefactis tantum manibus aqua: cui sal & nitrum & olei paulum sit adiectum sic, ut aut pueriles aut muliebres manus adhibeātur: quo mollior earum tactus sit. Idq; si uires patiuntur ante meridiem tota hora: post meridiem semi hora fieri oportet. Vtilia etiam sunt cataplasmata quæ reprimunt: maximeq; si corpora teneriora sunt. Incidendum quoq; est super talum quatuor fere digitis ex parte interiore: qua per aliquot dies frequens humor feratur. atq; ipsos tumores incidere altis plagis oportet. Concutiendumq; multa gestatione corpus est: atq; ubi inductæ uulneribus cicatrices sunt: adiiciendum & exercitationibus est & cibis donec corpus ad pristinum habitum reuertatur. Cibus ualens esse debet & glutinosus: maximeq; caro. Vinum, si per stomachum licet, dulcius. Sed ita ut inuicem biduo, triduo ue: modo aqua: modo id bibatur. Prodest etiam lactucæ marinæ: quæ grandis iuxta mare nascitur: semem cū aqua potui datum. Si ualens est qui id accipit: ei scylla cocta

ſicut ſupra dixi: delinitur. Auctoreſq; multi ſunt / inflatis uelicis pulſandos tumores eſſe. Si uero id morbi genus eſt: quo in uterum multa aqua contrahitur: ambulare / ſed magis modice oportet. malagma quod digerat impoſitum habere: idq; ipſum ſuper impoſito triplici panno faſcia non nimium tamen uehementer aſtringere. Quod a Tharria profectum / ſeruatū eſſe a pluribus uideo. Si iecur aut lienem affectum eſſe manifeſtum eſt: ficum pinguem contuſam adiecto melle ſuperponere. Si per talia auxilia uenter non ſiccatur: ſed humor nihilo minus abundat: celeriore uia ſuccurrere: ut is per uentrem ipſum emittatur. Neq; ignoro Eraſiſtrato diſplicuiſſe hanc curandi uiam. Morbum enim hunc iocineris putauit. Ideoq; ita illum eſſe ſanandum: fruſtaq; aquam emitti: quae uitiato illo ſubinde naſcatur. Sed primum non huius uiſceris unius hoc uitium eſt. Nam ſplene affecto & in totius corporis malo habitu fit: deinde ut inde caeperit: tamen aqua niſi emittitur quæ contra naturam ibi ſubſiſtit: & iocineri & cæteris inferioribus partibus nocet. Cōuenitq; corpus nihilo minus eſſe curandū. Neq; enim ſanat emiſſus humor: ſed medicinæ locum facit: quam intus incluſus impedit. Ac ne illud quidem in controuerſiam uenit: quin non omnes in hoc morbo ſic curari poſſint: ſed iuuenes robuſti: qui uel ex toto carent febre: uel certe ſatis liberales intermiſſiones habent. Nam quorum ſtomachus corruptus eſt: qui ue ex atra bile huc deciderunt: qui que malum corporis habitum habent: idonei huic curationi nō ſunt. Cibus autem quo die primum humor emiſſus eſt: ſuperuacuus eſt: niſi ſi uires deſunt. Inſequentibus diebus & his uinum meracius quidem: ſed non ita multum / dari debet: paulatimq; euocandus aeger eſt ad exercitationes: frictiones: ſolem: ſudationes: nauigationes & idoneos cibos donec ex toto conualeſcat. Balneum rarum res amat: frequentiorem in ieiunio uomitum. Si æſtas eſt: in mare natare commodum eſt. Vbi conualuit aliquis / diu tamen alienus ei ueneris uſus eſt.

Aſſertū ſecus.

DE tabe & eius speciebus & curationibus. CAPVT. XXII.

Iutius sæpe & periculosius tabes eos male habet: quos in uasit. Atq; huius quoq; plures species sunt. Vna est qua corpus non alitur: & naturaliter semper aliqbus decedētibus: nullis uero in eorum locum subeuntibus / summa macies oritur: & nisi occurritur: tollit. Acrophyan hanc græci uocant. Ea duabus fere decausis incidere consueuit. Aut enim nimio timore aliquis minus: aut auiditate nimia plusq̄ debet: assumit. ita uel quod deest: infirmat. uel quod superat: corrumpitur. Altera species est: quam græci cacexian appellant: ubi malus corporis habitus est. ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Quod fere fit / cum longo morbo uitiata corpora / etiam si illo uacāt: refectionem tamen non accipiunt. aut cum malis medicamentis corpus affectum ē. aut cum diu necessaria defuerunt. aut cum in usitatos & inutiles cibos aliquis assumpsit: aliqdue simile incidit. Huic præter tabē illud quoq; nō nunq̄ accidere solet: ut per assiduas pustulas aut ulcera summa cutis exasperetur: uel aliquæ corporis partes itumescant. Tertia est / longeq; periculosissima species / quam græci phthisin nominauerunt. Oritur fere a capite. inde in pulmonem destillat. huic exulceratio accedit. ex hac febricula leuis fit: quæ etiam cum quieuit tamen & repetit. Frequens tussis est. pus excreatur. interdum cruentum aliquid. Quicquid excreatum est: si in ignē impositum est: mali odoris est. Itaq; / qui de morbo dubitāt: hac nota utuntur. Cum hæc genera tabis sint. animaduertere primum oportet: quid sit in quo laboratur. Deinde si tantū modo non alit corpus apparet: causam eius attendere: & si cibi minus aliquis q̄ debet / assumit: adiicere / sed paulatim: ne si corpus insuetum subita multitudine onerauerit: concoctionem impediat. Si uero plus iusto quis assumere solitus est: abstinere uno die: deinde ab exiguo cibo incipere. quotidie adiicere donec ad iustum modum perueniat. Præter hæc conuenit ambulare locis q̄ minime frigidis sole uitato. per manus quoque

exerceri. Si infirmior est gestari: ungi: pfricari si potest maxime per se ipsum sæpius eodem die & ante cibum & post eum sic/ut interdum oleo quædam adiiciantur calfacientia donec insudet. Prodestq; ieiuno prætendere per multas partes cutem & attrahere ut relaxetur: aut imposita resina & abducta subi de idem facere. Vtile est etiam interdum balneum: sed post cibum exiguum. Atq; in ipso solio recte cibi aliquid assumitur: aut si sine hoc fricatio fuit: post eam ptinus. Cibi uero esse debent ex iis: qui facile concoquuntur: qui maxime alunt. Ergo uini quoq; / sed austeri necessarius usus est: mouenda urina: at si malus corporis habitus est: primum abstinendum est: deinde aluus ducenda. tum paulatim cibi dandi adiectis exercitationibus: unctionibus: frictionibus. Vtilius his frequens balneum est: sed ieiunis etiam usq; sudorem. Cibis uero opus est copiosis: uariis: boni succi: qui que etiam minus facile corrumpãtur. uino austero. Si nihil reliqua proficiunt: sanguis mittendus est: sed paulatim: quotidieque pluribus diebus: cum eo ut cætera quoq; eodem modo seruentur. Quod si mali plus est: & uera phthisis est: inter initia protinus occurrere necessarium est. Neque enim facile is morbus cum inueterauerit: euincitur. Opus est si uires patiuntur longa nauigatione: cæli mutatione sic: ut densius / quam id est: exquo discedit æger: petatur. Ideoq; aptissime Alexandriam ex italia itur. Fere que id posse inter principia corpus pati debet: cum hic morbus aetate firmissima maxime oriatur: idest ab anno duodecimo ad annum quintum & trigesimum. Si id imbecillitas non sinit: naue tamen non longe gestari commodissimum est. Si nauigationem aliqua res phibet: lectica uel alio modo corpus dimouẽdum est. Tum a negociis abstinendũ est: omnibusq; rebus / quae solicitare animum possunt. somno indulgendum. cauendæ destillationes: ne siquid cura leuaret: exasperent. & ob id uitanda cruditas: simul que sol & frigus. Os obtegendum: fauces uelandæ. tussicula suis remediis finienda. & quandiu quidem febricula incursat: huic interdum abstinentia: interdum

etiam tẽpestiuis cibis medendum: Eoq; tempore bibenda aqua.
Lac quoq; quod in capitis doloribus & in acutis febribus: & per eas facta nimia siti: siue præcordia tument: siue bilioſa urina est: siue sanguis fluxit pro ueneno est: in phthisi tãmen sicut in omnibus longis difficilibusq; febricultis recte dari potest. Quod si febris aut non dum incursat aut iam remisit decurrendum est ad modicas exercitationes: maxime que ambulationes: item lenes frictiones. Balneum alienum est. Cibus esse debet primo acer: ut allium: porrum: id que ipsum ex aceto. uel ex eodem intubus: ocymum: lactuca. Dein lenis: ut sorbitio ex ptisana uel ex alica uel ex amilo / lacte adiecto. Idẽ oriza quoque / & si nihil aliud est / far præstat. Tum inuicem modo his cibis: modo illis utendum est. Adiicienda que quædam ex media materia: præcipue que uel ex apruna: cerebellũ: uel pisciculus: & his similia. Farina etiã cum seuo ouillo / caprino ue mixta / deinde incocta pro medicamento est. uinum assumi debet leue austerum. Hactenus non magna mole pugnatur. Si uehementior noxa est: ac neque febricula / neque tussis quiescit: tenuari que corpus apparet / ualidioribus auxiliis opus est. Exulcerandus est ferro candenti uno loco submento: altero in gutture: duobus ad mammam utranque. item sub imis ossibus scapularum: quas omotidas græci uocant: sic ne sanescere ulcera sinamus: nisi tussi finita. Cui per se quoq; medendum esse / manifestum est. Tunc ter quater que die uehementer extremae partes perfricandæ. thorax leui manu ptractandus. post cibum intermittenda hora. & perfricanda crura / brachiaq;. Interpositis denis diebus demittendus est æger in solium: in quo sit aqua calida & oleum. caeteris diebus bibenda aqua. tum & uinum / si tussis non est / potui frigidum dandum. si æstas est / egelidum. Vtile est etiam cibos in remissionibus quotidie dari. frictiones gestationesq; similiter adhiberi. eadem acria quarto aut quinto die sumere. interdum herbam sanguinalem ex aceto uel plantaginem esse. Medicamentum etiam est uel plantaginis succus per se: uel marrubium ex

melle concoctum: ita ut illius cyathus sorbeatur huius cochleare plenum paulatim delingatur. uel inter se mixta & incocta resinae terebinthinae pars dimidia: butyri & mellis pars altera Praecipua tamen ex his omnibus sunt uictus: uehiculum & nauis et sorbitio. Aluus cita utiq; uitanda est. Vomitus in hoc morbo si frequens est/pnitiosus est: maximeq; sanguinis. Qui meliusculus esse coepit: adiicere debet exercitationes. frictiones. cibos. deinde ipse se suppresso spiritu perfricare: diu abstinere a uino: balneo: uenere.

De comitialis morbi curationibus CAPVT XXIIII

Nter notissimos morbos: est etiam is/ qui comitialis uel maior nominatur. Homo subito concidit. ex ore spumæ mouentur: deinde interposito tempore ad se redit & per se ipsum consurgit. Id genus sæpius uiros quam foeminas occupat. ac solet quidem etiam longum esse usq; ad mortis diem & uitæ non periculosum. Interdum tamen cum recens est hominem consumit: & sæpe eum si remedia nō sustulerunt: in pueris ueneris: in puellis menstruorum initium tollit. modo cum distentione membrorum aut neruorum prolabitur aliquis: modo sine illa quidem. Hos quoq; iisdem quibus lethargicos excitare conantur. quod admodum superuacuum est: & quia ne lethargicus quidem iis sanatur: & quia cum possit ille nunq; expergisci atq; ita fame interire: hic ad se utiq; reuerticur. Vbi concidit aliquis: si nulla neruorum distentio accessit: utique sanguis mitti debet. Si accessit non utiq; mittendus est: nisi alia quoq; hortantur. necessarium autē est ducere aluum/ uel nigro ueratro purgare: uel utrunque facere si uires patiuntur. tunc caput tōdere: oleoq; & aceto perungere. cibum post diem tertium simul cum transit hora qua concidit/ dare. Neq; sorbitiones autem his: alii que molles & faciles cibi: neque carō/ minimeq; suilla conuenit: sed mediæ materiae. Nam & uiribus opus est: et cruditates cauendæ sunt: cum quibus fugere

Comitialis morbi uel maior

oportet solem: balneum: ignem: omnia q̄ calfacientia. item frigus: uinum: uenerem: loci præcipitis conspectum / omnium q̄ terrentium: uomitum: lassitudinem: solicitudines: negocia omnia. Vbi tertio die cibus datus est: intermittere quartum: & inuicem alterum quenq̄ / eadem hora cibi seruata donec quatuordecim dies transeāt. Quos ubi morbus excessit: acuti uim deposuit. At si manet: curandus iam ut longus est. Quod si non quo die primum id incidit medicus accessit. Sed is qui cadere consueuit ei traditus est: protinus eo genere uictus habito / qui supra comprehensus est: expectandus est dies / quo prolabatur. utendumque tum uel sanguinis missione: uel ductione alui: uel nigro ueratro: sicut præceptum est. Insequentibus deinde diebus per eos cibos quos proposui / uitatis omnibus quae cauenda dixi: nutriendus. Si per haec morbus finitus non fuerit: confugiendum erit ad album ueratrum: ac ter quoque aut quater eo utendum / non ita multis interpositis diebus: sic tamen ne iterum unq̄ sumat / nisi conciderit. Mediis autem diebus uires eius erunt nutriendæ / q̄busdā præter ea quae scripta sunt adiectis. Vbi mane experrectus est: corpus eius leuiter ex oleo uetere cum capite excepto uentre pmulceatur. tum ambulatione quam maxime lōga & recta utatur. post ambulationē loco tepido uehementer & diu ac non minus ducenties / nisi infirmus erit: perfricetur: deinde per caput multa aqua frigida perfundatur. paulum cibi assumat: conquiescat: rursus ante noctem ambulatione utatur: iterum uehementer perfricetur. sic ut neq̄ uenter / neq̄ caput contingatur: post hæc coenet: interpositis q̄ tribus aut quattuor diebus / uno aut altero acria assumat. Si ne per haec quidem fuerit liberatus: caput radat: ungatur oleo uetere / adiecto aceto & nitro: perfundatur aqua salsa: bibat ieiunus ex aqua castoreum: nulla aqua nisi decocta potionis causa utatur. Quidā iugulati gladiatoris calido sanguine epoto tali morbo se liberarunt. Apud quos miserum auxilium tolerabile / miserius malum fecit. Quod ad medicum uero pertinet: ultimum est iuxta talum exutroq̄ crure

paulum ſanguinis mittere: occipitium incidere & cucurbitulas admouere: ferro candente in occipitio quoq; & infra qua ſumma uertebra cum capite committitur adurere duobus locis: ut per ea pernitioſus humor euadat. Quibus ſi finitum malum non fuerit: prope eſt/ut perpetuum ſit. Ad leuandum id tantummodo utendum erit exercitatione multa frictione: cibiſq; his/qui ſupra comprehenſi ſunt. præcipueq; uitanda omnia: quæ ne fierent: excepimus.

DE regii morbi curatione. CAPVT XXIIII

a Eq; notus eſt morbus: quem interdum arquatum: interdū regium nominant. Quem Hippocrates ait: ſi poſt ſeptimum diem febricitante ægro ſuperuenit: tutum eſſe/mollibus tantummodo præcordiis ſubſtantibus. Diocles ex toto ſi poſt febrem oritur etiam prodeſſe. ſi poſt hunc febris/occidere. Color autem eum morbum detegit maxime oculorum: in quibus quod album eſſe debet fit lutheū. Soleteq; accedere & ſitis & dolor capitis & frequens ſīgultus & præcordiorum dextra parte durities: & ubi corporis uehemens motus ē/ſpiritus difficultas/membrorūq; reſolutio. atq; ubi diutius manet morbus/totum corpus cum pallore quodā ialbeſcit. Primo die abſtinere ægrum oportet: ſecundo ducere aluum: tum ſi febris eſt/eam uictus genere diſcutere. Si non eſt/ſcamoneam potui dare: uel cum aqua betam albam contritam: uel cum aqua mulſa nuces amaras: abſinthium: aneſum/ſic ut pars huius minima ſit. Aſclepiades aquam quoque ſalſam & quidem per biduum purgationis cauſa bibere cogebat/iis quae urinam mouent/reiectis. Quidam ſuperioribus omiſſis: per haec & per eos cibos/qui extenuant: idem ſe conſequi dicunt. Ego ubique ſi ſatis uirium eſt/ualidiora: ſi parum/imbecilliora auxilia præfero. Si purgatio fuit: poſt eā triduo: primo modice cibum oportere aſſumere ex media materia & uinum bibere græcum ſalſū: ut reſolutio nētris maneat. tū altero triduo ualidiores cibos & carnis quoq; aliqd eſſe: itra aquā manere.

deinde ad superius genus uictus reuerti: cum eo ut magis satie tur omisso græco uino bibere integrum austerum. atq; ita per hæc uariare: ut interdum acres quoq; cibos interponat: inter dum ad salsum uinum redeat. Per omne uero tempus utendum est exercitatione: frictione: si hyems est. balneo/si æstas/ frigidis natationibus: lecto etiam & conclaui cultiore clauso lo co uti ludis/lasciuia: per quae mens exilaretur. Ob quae regi us morbus dictus uidetur. Malagma quoq; quod digerat sup præcordia datum pdest: uel arida ibi ficus ipposita/si iecur aut linis affectus est.

DE Elephantiæ. curatione CAPVT. XXV

i Gnotus aucem pene in italia/ frequentissimus ī quibusdā regionibus is morbus est: quem elephantian græci uocāt. isq; longis annumeratur. Totum corpus afficitur ita ut ossa quoq; uitiari dicantur. Summa pars corporis crebas maculas/ crebosq; tumores habet. Rubor harū p aulatim in atrum colo rem conuertitur. Summa cutis inæqualiter crassa: tenuis: du ra: molliscq; quasi squamis quibusdam exasperatur: corpus e macrescit: os: suræ: pedes intumescunt. Vbi uetus morbus est: digiti in manibus pedibusq; sub tumore conduntur: febricula oritur: quae facile tot malis obrutum hominem consumit. pro tinus ergo inter initia sanguis per biduum mitti debet: aut ni gro ueratro uenter solui: adhibenda tum quanta sustineri po test inedia est. paulum deinde uires reficiendæ: & ducenda al uus. post hæc/ubi corpus leuatum est: utendum est exercitatio ne/ præcipueq; cursu. sudor primum labore ipsius corporis: deinde etiam siccis sudationibus euocandus. frictio adhiben da. moderandumq; inter hæc/ut uires conseruentur. balneum rarum esse debet. Cibus sine pinguibus/ sine glutinosis/ sine inflantibus. Vinum/præterq; primis diebus: recte datur. Cor pus contrita plantago & illita optime tueri uidetur.

DE attonitis & eorum curatione. CAPVT. XXVI.

a Tronitos quoq; raro uidemus. quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis: interdum morbo. apoplexian hunc græci apellant. His sanguis mittendus est. Ve ratro quoque albo/uel alui ductione utendum. Tum adhibendæ frictiones: & ex media materia minime pingues cibi', quidam etiam acres: & a uino abstinendum.

Athonith. apoplexia

DE RESOLVTIONE neruorum: quæ apoplesia uel paralysis dicitur. CAPVT. XXVII.

a t resolutio neruorum frequens ubiq; morbus est. Sed interdum tota corpora: interdum partes infestat. Veteres auctores illud apoplexian: hoc paralysin nominauerunt. Nūc utrunq; paralysin appellari uideo. Solent autem qui per omnia membra uehementer resoluti sunt celeriter rapi. ac si correcti non sunt: diutius quidem uiuunt: sed raro tamen ad sanitatem perueniunt: & plerunq; miserum spiritum trahunt/memoria quoque amissa. In partibus uero nunquam acutus: sæpe longus/fere sanabilis morbus est. Si omnia membra uehementer resoluta sunt: sanguinis detractio uel occidit/uel liberat. Aliud curationis genus uix unq̄ sanitatem restituit: sæpe mortem tantum differt: uitam interim infestat. Post sanguinis missionem si non redit & motus & mens: nihil spei superest. Si rediit: sanitas quoque prospicitur. At ubi pars resoluta est: prouidet malo corporis/uel sanguis missus/uel aluus ducta. Cætera eadem in utroque casu facienda sunt. Siquidem uitare præcipue conuenit frigus: paulatim que ad exercitationes reuertendum est: sic ut ingrediatur ipse protinus/si potest. Si id crurum imbecillitas prohibet: uel gestetur/uel motu lecti concutiatur. tum id membrum quod deficiet si potest/ipse: si minus/per alium moueatur: & ui quadam ad consuetudinem suam redeat. Prodest etiam torpentis membri summam cutem exasperasse/uel urticis cæsam/uel ipposito sinapi: sic ut ubi rubere cœpit corpus/hæc remoueātur. Scylla quoq; cōtrita

Apoplexia paralysis

bulbiq; contriti cum ture recte imponuntur. Neq; alienum est resina cutem tertio quoq; die diutius uellere . pluribus etiam locis aliquando sine ferro cucurbitulas admouere. Vnctioni uero aptissimum est uetus oleum / uel nitrum aceto & oleo mixtum. Quin etiam fouere aqua calida marina. uel si ea nō est tamen salsa / magnopere necessarium est. At siquo loco uel naturales uel etiam manu facte tales natationes sunt: iis potissimum utendum est: præcipue que in iis agitanda membra / quae maxime deficiunt. Si id non est: balneum tamen prodest. Cibus esse debet ex media materia: maxime q; ex uenatione. potio sine uino aquae calidae. Si tamen uerus morbus est: interponi quarto uel quinto die purgationis causa uinum græcum salsum prodest. Post coenā utilis uomitus ē. Interdū uero etiam neruorum dolor oriri solet . In hoc casu non oportet uomere: non medicamentis urinam mouere: non sine exercitatione sudores: ut quidam præcipiunt: expedit. Bibenda aqua est bis die. In lectulo leniter satis diu corpus perfricandum est . Deinde retento spiritu ab ipsa exercitatione potius superiores partes mouendæ. balneo raro utendum . mutandum subinde peregrinationi bus cælum. Si dolor est: ea ipsa pars sine oleo nitro ex aqua perungenda est: deinde inuoluenda / & subiicienda pruna lenis & sulphur. atq; ita id suffumigandum: idq; aliquandiu faciendum. Sed ieiuno cum bene iam cōcoxerit cucurbitulæ quoq; sæpe dolenti parti admouendæ sunt: pulsandus q; leuiter inflatis uesicis bubulis is locus est. Vtile est etiam seuum miscere cum hyoscyami & urticæ contritis seminibus. sic ut omnium par modus sit: idq; imponere: fouere aqua / in qua sulphur decoctum sit. Vtriculi quoq; recte imponuntur aqua calida repleti : aut bitumem cum hordeacea farina mixtum . atque in ipso potissimum dolore utendum gestatione uehementi est. Quod in aliis doloribus pessimum est. Tremor autem neruorum aeque uomitu medicamentis que urinam mouentibus intenditur . Inimica etiam habet balnea: assas que sudationes . bibenda aqua est . acri ambulatione utendum .

item unctionibus/frictionibusq; maxime per se ipsum. pila/ similibus que superiores partes dimouendae. cibo quolibet utendum dummodo concoctioni uticq; studeatur. Secundum cibum curis abstinendum. Rarissima uenere utendum est. Si quando quis in eam prolapsus est: tum oleo leuiter diu que in lectulo perfricari manibus puerilibus potius quam uirilibus debet. Suppurationes autem: quae in aliqua interiori parte oriuntur: ubi notae fuerint: primum id agere oportet per ea cataplasmata quae reprimunt: ne coitus inutilis materiae fiat. Deinde si haec uicta sunt: per ea malagmata quae digerunt: dissipentur. Quod si consecuti non sumus: sequitur/ut euocetur: deinde ut matureſcat: omnis tunc uomicae finis est/ut rumpatur. Inditium que est: pus uel aluo uel ore redditum. sed nihil facere oportet quo minus quicquid est puris excedat. Vtendum maxime sorbitionibus est & aqua calida. Vbi pus ferri desiit: transeundum ad faciles quidem: sed tamen ualidiores & frigidos cibos: frigidam que aquam/sic ut ab egelidis tamen initium fiat. primoq; cū melle quaedam edenda: ut nuclei pinei uel graecae nuces/uel auellanae. Postea submouendū id ipsum/quo maturius induci cicatrix possit. Medicamentum eo tempore ulceri est/succus assumptus uel porri uel marrubii & omni cibo porrum ipsum adiectum. Oportebit autem uti in iis partibus quae non afficientur/frictionibus: item ambulationibus lenibus. Vitandum que erit ne uel luctando uel curendo uel alia ratione sanescentia ulcera exasperentur. In hoc enim morbo pernitiosus: ideo que omnimodo cauendus sanguinis uomitus est.

Of uomicę finis & ut rupat.

CORNELII CELSI QVARTVS DE MEDICINA LIBER INCIPIT.

DE HVMANI CORPORIS INTERIORIBVS SEDIBVS . CAPVT . PRIMVM.

hactenus reperiuntur ea genera morborum: quæ in totis corporibus ita sunt: ut iis certae sedes assignari non possint. Nunc de iis dicam: quæ sunt in partibus. Facilius autem omnium interiorum morbi curationesque in notitiam uenient: si prius eorū sedes breuiter ostendero. Caput igitur/eaq; : quæ in ore sunt: non lingua tantummodo palatoq; terminantur: sed etiam quatenus oculis nostris exposita sunt. In dextra siniſtraq; circa guttur uenæ grandes: quæ sphragitides nominantur: itemq; arteriæ: quas parotidas uocant: sursum procedentes ultra aures feruntur. Atque in ipsis ceruicibus glandulæ positæ sunt: quæ interdum cum dolore intumescunt. Deinde duo itinera incipiunt. Alterum asperam arteriam nominant. alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem. Stomachus interior ad uentriculum fertur. Illa spiritum. hic cibum recipit. quibus cum diuersae uiæ sint: qua coeunt exigua in arteria sub ipsis faucibus lingua est: quæ cum spiramus: attollitur: cum cibum potionem que assumimus: arteriam claudit. Ipsa autem arteria dura & cartilaginosa in gutture assurgit: cæteris partibus residet. Constat ex circulis quibusdam compositis ad imaginem earum uertebrarum: quæ in spina sunt. Ita tamen ut ex parte exteriore aspera ex interiore stomachi modo læuis sit. ea que descendens ad præcordia cum pulmone committitur. Is spongiosus: ideo que spiritus capax & a tergo spinae ipsi iunctus in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiditur. Huic cor annexum est natura musculosum in pectore sub siniſteriore mam

ma ſitum . duos que quaſi uentriculos habet. at ſub corde at
que pulmone tranſuerſum ex ualida membrana ſeptum eſt :
quod a præcordiis uterum diducit æque neruoſum. Multis eti
am uenis per id diſcurrentibus a ſuperiore parte non ſolum
inteſtina: ſed iecur quoque lienem que diſcernit. Haec uiſcera
proxima: ſed infra tamen poſita dextra ſiniſtra que ſunt. Ie
cur a dextra parte ſub præcordiis ab ipſo ſepto orcum intrin
ſecus cauum: extrinſecus gibbum. quod prominens leuiter uē
triculo inſidet & in quattuor fibras diuiditur . Ex inferiore
uero parte fel inhaeret. at lienis ſiniſtra non eidem ſepto: ſed
inteſtino innexus eſt: natura mollis & rarus longitudinis craſ
ſitudinis que modicae: is que paulum a coſtarum regione in u
terum excedens ex maxima parte ſub his conditur. atque hæc
quidem iuncta ſunt . Renes uero diuerſi : qui lumbis ſub
imis / coxis inhærent a parte earum reſimi : ab altera rotun
di. qui & uenoſi ſunt: & uentriculos habent : & tunicis ſuper
conteguntur. ac uiſcerum quidem hæ ſedes ſunt . Stomachus
uero qui inteſtinorum principium eſt neruoſus a ſeptimæ ſpi
næ uertebra incipit: ac circa præcordia cum uentriculo com
mittitur . Ventriculus autem qui receptaculum cibi eſt : con
ſtat ex duobus tergoribus. is que inter lienem & iecur poſitus
eſt: utroque ex his paulum ſuper eum ingrediente. Suntq; eti
am membranulæ tenues / per quas inter ſe tria iſta connectun
tur: iungūtur que ei ſepto: quod tranſuerſum eſſe ſuprapoſui.
Inde ima uentriculi pars paulum in dexteriorem partem con
uerſa in ſummum inteſtinum coartatur. Hanc iunctutam py
luron græci uocant. quoniam portæ modo in inferiores par
tes ea quæ excreturi ſumus: emittit. Ab ea ieiunum inteſtinum
incipit non ita implicitum. cui tale uocabulum eſt : quia nunq;
quod accipit continet: ſed protinus in inferiores partes trans
mittit. Inde tenuius inteſtinum eſt in ſinus uehementer impli
citum . Orbes uero eius per membranulas ſinguli cum inferio
ribus connectuntur. qui in dexteriorem partem conuerſi & e
regione dexterioris coxæ finiti: ſuperiores tamen partes ma

gis complent. Deinde id inteſtinum cum craſſiore altero trãſ uerſo committitur. quod a dextra parte incipiens/in ſiniſterio rem peruium & longum eſt: in dexteriorem non eſt. ideoq; cae cum nominatur. At id quod peruium eſt late fuſum atq; ſinua tum: minuſq; quam ſuperiora inteſtina neruoſum: ab utraque parte huc atq; illuc uolutum: magis tamen ſiniſteriores/ inferioreſq; partes tenens/contingit iecur atq; uentriculum. De inde cum quibuſdam membranulis a ſiniſtro rene uenientibus iungitur. atque hinc dextra recuruatum in imo derigitur qua excernit. ideoq; id ibi rectum inteſtinum nominatur. Contegit uero uniuerſa haec omentum ex interiore parte laeue & ſtrictum: ex ſuperiore mollius. Cui adeps quoq; innaſcitur: quae ſenſu ſicut cerebrum quoq; & medulla caret. At a renibus ſingulae uenae colore albae ad ueſicam feruntur' ureteras græci uocant: quod per eas inde deſcendentem urinam in ueſicam deſtillare concipiunt. Veſica autem in ipſo ſinu neruoſa & duplex ceruice plena atq; carnoſa iungitur per uenas cum inteſtino/eo que oſſe: quod pubi ſubeſt. Ipſa ſoluta atque liberior eſt aliter in uiris atq; in foeminis poſita. Nam in uiris iuxta rectum inteſtinum eſt potius in ſiniſtram partem inclinata. In foeminis ſuper genitale earum poſita eſt: ſupraque elapſa ab ipſa uulua ſuſtinetur. Tum in maſculis iter urinae ſpacioſius & compreſſius a ceruice huius deſcẽdit ad colẽ. In foeminis breuius & plenius ſuper uuluæ ceruicem ſe oſtendit. Vulua autem ĩ uirginibus quidem admodum exigua eſt. In mulieribus uero niſi ubi grauidæ ſunt non multo maior, q̃ ut manu cõprehendatur. Ea recta continuataq; ceruice: quem canalem uocant: contra mediam aluum orſa: inde paulum ad dexteriorem coxam conuertitur: deinde ſuper rectum inteſtinum progreſſa iliis femine latera ſua innectit. Ipſa autem ilia inter coxas & pubem imo uentre poſita ſunt. a quibus ac pube abdomen ſurſum uerſus ad præcordia peruenit: ab exteriore parte euidenti cute: ab ĩteriori laeui membrana incluſum/ quae omento iungitur. Peritonos autem a græcis nominatur.

.QVARTVS.

DE curationibus morborum qui naſcuntur a capite: & primo de eius dolore: deinde de morbo qui circa faciem naſcitur: tum de linguae reſolutione. poſtremo de deſtillatione ac grauedine.

CAPVT.SECVNDVM.

h Is ueluti in conſpectum quendam quatenus ſcire curanti neceſſarium eſt adductis: remedia ſingularum laborantium partium exequar: orſus a capite. Sub quo nomine nunc ſignifico eam partem/quæ capillo tegitur. Nam oculorum: auriū: dentium dolor: & ſi quis ſimilis eſt: alias erit explicandus. In capite autem interdum acutus & peſtifer morbus eſt: quem cephalean græci uocant. Cuius notæ ſunt: horror calidus: neruorum reſolutio: oculorum caligo: mentis alienatio: uomitus/ſic ut uox ſupprimatur: uel ſanguinis ex naribus curſus/ſic ut corpus frigeſcat: anima deficiat. Præter hæc dolor intolerabilis maxime circa tempora ueloccipitium. Interdum autem in capite longa imbecillitas: ſedneq; grauis neq; periculoſa/p hominis ætatem eſt. Interdum grauior dolor ſed breuis neq; tamen mortiferus: qui uel uino uel eruditate uel frigore uel igne aut ſole contrahitur. Hiq; omnes dolores modo in febre: modo ſine hac ſunt: modo in toto capite: modo in parte: interdum ſic ut oris quoq; proximam partem excrucient. Præter hæc etiam inuenitur genus quod poteſt longum eſſe. ubi humor cutem inflat eaq; intumeſcit & prementi digito cedit. hydrocephalon græci appellant. Ex his id quod ſecundo loco poſitum eſt: dum læue eſt: qua ſit ratione curandum dixi/cum perſequerer ea quae ſani homines in imbecillitate partis alicuius facere deberent. Quae uero auxilia ſūt capitis/ubi cum febre dolor eſt: eo loco explicitum eſt: quo febrium curatio expoſita eſt. Nunc de cæteris dicendum eſt. Ex quibus id quod acutum eſt: & id quod ſupra conſuetudinem intenditur idq; quod ex ſubita cauſa/& ſi non peſtiferum tamen uehemens eſt: primam curationem habet: qua ſanguis mittatur. Sed id/niſi intolerabilis eſt dolor/ſuperuacuum eſt. Satiuſq;

cephalea

hydrocephalō

eſt aſtinere a cibo: ſi fieri poteſt etiam a potione. Si non po teſt/aquam bibere. Si poſtero die dolor remanet: aluum duce re: ſternutamenta euocare: nihil aſſumere/niſi aquam. ſæpe e nim dies unus aut alter totum dolorem hac ratione diſcutit u tique ſi exuino uel cruditate origo eſt. ſi uero in his auxilii pa rum eſt: tonderi oportet ad cutem. deinde conſiderandum eſt quae cauſa dolorem excitarit. ſi calor: aqua frigida multa perfundere caput expedit: ſpongiam concauam imponere ſub inde in aqua frigida expreſſam: ungere roſa & aceto: uel poti us his tinctam lanam ſucidam imponere: alia que refrigeran tia cataplaſmata. At ſi frigus nocuit: caput oportet perfun dere aqua calida marina: uel certe ſalſa: aut in qua laurus de cocta ſit tum caput uehementer perfricare deinde calido ole o implere/ueſte uelare. Quidam etiam id deuinciunt. Alii cer uicalibus ueſtimentiſq; onerant: & ſic leuantur. alios calida cataplaſmata adiuuant. Ergo etiam ubi cauſa iucognita eſt: ui dere oportet refrigerantia magis an calefacientia leniant: & iis uti/quae experimentum approbarit. At ſi parum cauſa di ſcernitur: perfundere caput / primum aqua calida ſicut ſupra præceptum eſt uel ſalſa uel ex lauro decocta. tum frigida pu ſca. Illa in omni uetuſto capitis dolore communia ſunt: ſter nutamenta excitare: inferiores partes uehementer perfricare: gargarizare iis quae ſaliuam mouent: cucurbitulas tẽporibus & occipitio admouere: ſanguinem ex naribus detrahere: reſi na ſubinde tempora peruellere: & impoſito ſinapi exulcerare ea quae male habent ante linteolo ſubiecto/ne uehementer ar rodat: candentibus ferramentis ubi dolor eſt ulcera excitare: cibum per modicum cum aqua ſumere: ubi leuatus eſt dolor in balneum ire: ibi multa aqua prius calida / deinde frigida per caput perfundi. Si diſcuſſus ex toto dolor eſt etiam ad uinũ reuerti: ſed poſtea ſemper anteq̃ quicq̃ aliud aquam bibere. Diſſimile eſt id genus quod humorem in caput contrahit. In hoc tonderi ad cutem neceſſarium eſt. Deinde imponere ſina pi ſic ut exulceret. Si id parum profluit: ſcalpello utendum ẽ.

Illa cum hydropicis communia sunt: ut exerceatur: insudet: uehementer perfricetur: cibis potionibus que utatur urinam præcipue mouentibus.

DE MORBO qui circa faciem nascitur quem græci cynicum spasmum uocant.

c Irca faciem uero morbus innascitur: quem græci, cynicos pasmos nominant. Is cum acuta fere febre oritur. Os cū motu quodam peruertitur. ideoq; nihil aliud est q̄ distentio oris. Accedit crebra coloris in facie totoq; corpore mutatio. Somnus in promptu est. In hoc sanguinem mittere optimum est. Si finitum eo malum non est: ducere aluum. si ne sic quidem discussum est: albo ueratro uomitum mouere. præter hæc necessarium est uitare solem: lassitudinem: uinum. si discussū id non est: utendum est cursu: frictione in eo quod laesum est leni & multa in reliquis partibus breuiore: sed uehementi. prodest etiam mouere sternutamenta: caput radere: idq; perfundere aqua calida uel marina uel certe salsa: sic ut ei quoque sulphur adiiciatur. post perfusionem: iterum perfricari: sinapi manducare: eodem que tempore affectis oris partibus caeratum: integris idem sinapi, donec arrodat imponere. Cibus aptissimus ex media materia est.

cynicos spasmos

sinapi

DE RESOLVTIONE LINGVAE.

a T si lingua resoluta est: quod interdum perse: interdum exmorbo aliquo fit sic ut sermo hominis non explicetur oportet gargarizare ex aqua: inqua uel thimum uel hysopum uel nepeta decocta sit: aquam bibere: caput & os & ea quæ submento sunt & ceruicem uehementer perfricare: lasere linguam ipsam linire: manducare quæ sunt acerrima: idest sinapi. allium cepam: magna ui luctari ut uerba exprimantur: exercerī retento spiritu: caput sæpe aqua frigida perfundere: non nun-

quam multam esse radiculam: deinde uomere.

DE DESTILLATIONE AC GRAVEDINE.

Destillatio. Destillat autem humor ex capite interdum in nares: quod lene est. interdum in fauces: quod peius est. interdum etiam in pulmonẽ quod pessimum est. Si in nares destillat: tenuis per has pituita profluit: caput leniter dolet: grauitas eius sentitur: frequentia sternutamenta sunt. Si in fauces: has exasperat: tussiculam mouet. si in pulmonem: præter sternutamenta & tussim: est etiam capitis grauitas: lassitudo: sitis: æstus: biliosa urina. Aliud autem quanuis non multum distans malum grauedo est. Grauedo. Hæc nares claudit: uocem obtundit: tussim siccam mouet. sub eadem salsa est saliua: sonant aures: uenæ mouentur in capite: turbida urina est. Hæc omnia coryzas Hippocrates nominat. coryzes Nunc uideo apud græcos in graue dine hoc nomen seruari: destillationem catastagmos appellari. catastagmos Hæc autem & breuia: & si neglecta sunt / longa esse consuerunt. Nihil pestiferum est / nisi quod pulmonem exulcerauit. Vbi aliquid eiusmodi sensimus: protinus abstinere a sole: balneo. uino: uenere debemus. Inter quae unctione & assueto cibo nihilominus uti licet. ambulatione tantum acri: sed tecta utendum est: & post eam caput atq; os supra quinquagies perfricandum. Raro que fit: ut si biduo / uel certe triduo nobis tẽperauimus: id uitium non leuetur. Quo leuato: si in destillatione / crassa facta pituita est: uel ingrauedine nares magis patent: balneo utendum est: multa que aqua prius calida: post egelida fouendum os / caputq;. deinde cum cibo pleniore uinum bibendum. at si æque tenuis die quarto pituita est: uel nares æque clausæ uidentur: assumendum est uinum amineum austerum: deinde rursus biduo aqua. post quae ad balneum & ad consuetudinem reuertendum est. Neq; tamen illis ipsis diebus: quibus aliqua omittenda sunt: expedit tanquam ægros agere. sed caetera omnia quasi sanis facienda sunt: præterq̃ si

diutius aliquem & uehemẽtius iſta ſolicitare conſuerunt Huic enim quædam curioſior obſeruatio neceſſaria eſt. Igitur huic ſi in nares uel in fauces deſtillauit: præter ea quæ ſupra rettuli: protinus primis diebus multum ambulandum eſt: perfricandæ uehementer inferiores partes: leuior frictio adhibẽda thoraci erit: leuior capiti. demenda aſſueto cibo pars dimidia: ſumenda oua: amilum: ſimiliaq; quæ pituitam faciunt craſſiorem. Siti quanta maxime ſuſtineri poteſt / pugnandum eſt. Vbi per hæc idoneus aliquis balneo factus: eoq; uſus eſt: adiiciendus eſt cibo piſciculus / aut caro. ſic tamen ne protinus iuſtus moduſ cibi ſumatur. Vino meraco copioſiuſ utendum eſt. At ſi impulmonem quoque deſtillat: multoq; magis & ambulatione & frictione opus eſt. eademq; adhibita ratione in cibis: ſi non ſatis illi proficiunt / actioribus utendum eſt. magis ſomno indulgendum: abſtinendum q; a negociis omnibus aliquãdo ſed ſeriuſ tentandum. Ingrauedine autem primo die quieſcere: neque eſſe: neque bibere: caput uelare: fauces lana circundare. poſtero die ſurgere: diu abſtinere a potione: aut / ſi res coegerit: non ultra heminam aquæ aſſumere. Tertio die panis non tam multum ex parte interiore cum piſciculo uel leni carne ſumere: aquam bibere. Siquis ſibi temperare non potuerit quo minus pleniore uictu utatur: uomere. Vbi in balneum uentum eſt multa aqua calida caput & os fouere uſque ad ſudorem. tum ad uinum redire. Poſt quæ uix fieri poteſt: ut idem incommodum maneat. Sed ſi manſerit: utendum erit cibis frigidis: aridis. leuibus. humore q̃ minimo / ſeruatis frictionibus / exercitationibus que: quæ in omni tali genere ualitudinis neceſſarie ſunt.

Temperare

DE ceruicis morbis curationibusq;. CAPVT. III

a Capite tranſitus ad ceruicem eſt: quæ. grauibus ad modum morbis obnoxia eſt. neque tamen aliuſ importunior acutior que morbus eſt / quam is qui quodam rigore

opiſchotonō
emproſthotonō
Tetanō
ſanguinis natura

neruorum / modo caput ſcapulis: modo mentum pectori annectit: modo rectam & immobilem ceruicem intendit. Priorem graeci opiſchotonon: inſequentem emproſchotonon: ultimum tetanon appellant: quanuis minus ſubtiliter quidam in diſcretis his nominibus utuntur. Ea ſaepe intra quartum diem tolluat. Si hunc euaſerunt: ſine periculo ſunt. Omnia eadem ratione curantur: id que conuenit. Sed Aſclepiades utique mittendum ſanguinem credidit. Quod quidam uitandum eſſe dixerunt: eo quod maxime tum corpus calore egeret: iſq; eſſet inſanguine. Verum hoc quidem falſum eſt. Neq; enim natura ſanguinis eſt: ut utique caleat: ſed ex iis / quae in homine ſunt: hic celerrime uel caleſcit / uel refrigeſcit. Mitti uero nec ne debeat / ex iis intelligi poteſt: quae de ſanguinis miſſione praecepta ſunt. Vtique autem recte datur caſtoreum: & cum hoc piper uel laſer. Deinde opus eſt fomento humido & calido. Ita que plerique aqua calida multa ceruices ſubinde perfundunt. Id in praeſentia leuat. Sed opportuniores neruos frigori reddit. Quod utique uitandum eſt. Vtilius igitur eſt caerato liquido primum ceruicem perungere: deinde admouere ueſicas bubulas: uel utriculos / oleo calido repletos: uel ex farina calidum cataplaſma: uel piper rotundum cum fico contuſum. Vtiliſſimum tamen eſt humido ſale fouere. Quod quomodo fieret iam oſtendi. Vbi eorum aliquid factum eſt: admouere / ad ignem: uel ſi æſtas eſt: in ſole / aegrum oportet: maxime que oleo uetere: ſi id non eſt / ſyriaco: ſi ne id quidem eſt / adipe quam uetuſtiſſima ceruicem & ſcapulas & ſpinas perfricare. Frictio cum omnibus in homine uertebris utilis ſit: tum iis praecipue quae in collo ſunt. Ergo die nocte que interpoſitis tamen quibuſdam temporibus hoc remedio utendum eſt. Dum id intermittitur: imponendum malagma aliquod ex calefacientibus. Cauendum uero praecipue frigus. Ideoque in eo conclaui / quo cubabit aeger / ignis continuus eſſe debebit: maximeq; tempore antelucano. quo praecipue frigus intenditur.

adeps

Neq; inutile erit caput attonsum habere: id que irino uel cyprino calido madefacere: & super impositio pilleo uelare: nō nunquam etiam in calidum oleum totum descendere/ uel in aquam calidam: in qua foenum grœcum decoctum sit & adiecta olei pars tertia. Aluus quoque ducta sæpe superiores partes resoluit. Si uero etiam uehementius dolor creuit: admouendæ ceruicibus cucurbitulae sunt sic/ut cutis incidatur: eædem aut ferramentis/aut sinapi adurendae. Vbi leuatus est dolor: moueri que ceruix coepit: scire licet cedere remediis morbum. Sed diu uitandus cibus/quisquis mandendus est. Sorbitionibus utendum: item que ouis sorbilibus: aut a pullis mollibus ius aliquod assumendum. At si bene processerit: iamque exto to recte se habere ceruices uidebuntur: incipiendum erit a pulticula/uel intrita bene madida. Celerius tamen etiam panis mandendus/ quam uinum gustandum. siquidem huius usus præcipue periculosus: ideoque in longum tempus differendus est.

DE FAVCIVM MORBIS. ac curationibus. & primum de angina. deinde de difficultate spirandi. Vltimo de tussi. CAPVT. IIII

u THoc autem morbi genus circa totam ceruicem: sic alterum æque pestiferum acutum que inf aucibus esse consueuit. nostri anginam uocant. apud grœcos nomen put species est. Interdum enim neque rubor neque tumor ullus apparet: sed corpus aridum est: uix spiritus trahitur: membra soluuntur. Id synanchen uocant. Interdum lingua fauces que cum rubore intumescunt. uox nihil significat. oculi uertuntur. facies pallet. singultus que est: uti synanche uocatur. Illa communia sunt. aeger non cibum deuorare: non potionem potest: spiritus eius includitur. Lenius est ubi tumor tantummodo & rubor est: cætera non sequuntur. id parasynanchen appellant. Quidquid est: si uires patiuntur: sanguis mittendus est. si non abundat: secundum est: ducere aluum. Cucurbitula

angina

synanche

parasynanche

quoq; recte sub mento & circa fauces admouetur : ut id quod strangulat: euocet. Opus est deinde fomentis humidis. Nam sicca spiritum elidunt. Ergo admouere spongias oportet : quæ melius in calidum oleum / quam in calidam aquam subinde demittuntur. Efficacissimus que est hic quoque salis calidi succus. Tum commodum est hysopum uel nepeta uel thimum uel absinthium uel etiam furfures aut ficus aridas aut mulsam aquam decoquere: ea que gargarizare. post hæc palatum ungere uel felle taurino / uel eo medicamento: quod ex moris cũ polline etiam piperis id recte respergitur. Si per hæc parum proficitur: ultimum est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum : & in palato citra uuam uel eas uenas / quæ sub lingua sunt: ut per ea uulnera morbus erumpat. Quibus si non fuerit æger adiutus: scire licet malo uictum esse. Si uero his morbus leuatus est: iam que fauces & cibum & spiritum capiunt: facilis ad bonam ualitudinem recursus est. Atq; interdum natura quoque adiuuat : si ex angustiore sede uitium transit in latiorem. Itaque rubore & tumore in præcordiis orto / scire licet fauces liberari. Quicquid autem eas leuauit : incipiendum est ab humidis / maxime que aqua mulsa decocta deinde assumendi molles & non acres cibi sunt : donec fauces ad pristinum habitum reuertantur. / Vulgo audio si quis pullum hirundinis ederit: angina toto anno non periclitari. seruatum que eum ex sale : cum is morbus urget: comburi: carbonem que eius contritum in aquam mulsam / quæ potui datur: infricari: & prodesse. Id cum idoneos auctores ex populo habeat: neque habere quicquam periculi possit: quanuis in monumentis medicorum non legerim : tamen inserendum huic operi meo credidi.

DE DIFFICVLTATE SPIRANDI.

Est etiã circa fauces malum: quod apud græcos aliud atq; aliud nomen habet / p ut se intendit. Omne ĩdifficultate

ſpirandi conſiſtit. Sed hæc dum modica eſt: neq; extoto ſtrã gulat dyſpnoea apellatur. Cum uehementior eſt: ut ſpirare æger ſine ſono & anelatione non poſſit aſchma. Cum acceſſit id quoq; ne niſi recta ceruice ſpiritus trahatur ortopnoea. Ex quibus id/ quod primum eſt: poteſt diutius trahi. Duo inſequentia/ acuta eſſe conſuerunt. His communia ſunt. quod ꝓpter anguſtias/ per quas ſpiritus euadit: ſibilum elidit: dolor im pectore præcordiis que eſt: interdum etiam ſcapulis. iſque modo decidit: modo reuertitur. ad hæc tuſſicula accedit. Auxilium eſt/ niſi aliquid prohibet/ in ſanguinis detractione. Neque id ſatis eſt: ſed lacte quoque uenter ſoluendus eſt. Liquanda aluus: interdum etiam ducenda. quibus extenuatum corpus incipit ſpiritum trahere commodius. Caput autem etiam in lecto ſublime habendum eſt. thorax fomentis/ cataplaſmatis que calidis aut ſiccis aut etiam humidis adiuuandus eſt. & poſtea uel malagma ſuper imponendum: uel certe caeratum ex cyprino/ uel irino unguento. Sumenda deinde ieiuno potui mulſa aqua: cum qua uel hyſopus cocta/ uel cõtrita capparis radix ſit. Datur etiam utiliter aut nitrũ aut naſturcium album frictum: deide cõtritum & cum melle mixtum: ſimulq; coquantur mel: galbanum: reſina terebinthina. & ubi coierunt: ex his quod fabæ magnitudinem hẽt quotidie ſub lingua liquatur. aut ſulphuris ignem non expti. P.X. & quadrans: abrotani. P.X. inuini cyatho teruntur: idq; tepefactum ſorbetur. Eſt etiã nõ uana opinio uulpium iecur/ ubi ſiccũ & aridum factum eſt: contundi oportere: polentãq; ex eo potioni aſpgi: uel eiuſdem pulmonem q̃ recentiſſimum aſſũ: ſed ſine ferro coctum/ edendum eſſe. Præter hæc ſorbitionibus & lenibus cibis utendum eſt. interdum uino tenui auſtero. nõ nunq̃ uomitu. Proſunt etiam quæcunq; urinam augent. ſed nihil magis quam ambulatio lenta pene uſq; ad laſſitudinem: frictio multa præcipue inferiorum partium uel in ſole uel ad ignem & p ſe ipſum & p alios uſq; ad ſudorem. In iteriore uero faucium parte interdum exulceratio eſſe cõſueuit. In hac plerisq;

dyſpnoea
aſchma
ortopnea

extrinsecus cataplasmatis calidis fomentisq; humidis utuntur. Volunt etiam uaporem calidum ore recipi: per quae molliores alii partes eas fieri dicunt/oportunioresq; uitio iam hærenti. Sed si bene sic uitari morbus potest: tuta illa præsidia. Si metus eius est: superuacua sunt. Vticq; autem perfricare fauces periculosum est. exulcerat enim. neq; utilia sunt: quæ urinæ mouendæ sunt apta: quia possunt dum transeunt ibi quoq; pituitam extenuare: quam supprimi melius est. Asclepiades multarum rerum: quas ipsi quoq; secuti sumus: auctor bonus: acetum ait quam acerrimum esse sorbendum. Hoc enim sine ulla noxa comprimi ulcera. Sed id supprimere sanguinem potest: ulcera ipsa sanare non potest. Melius huic rei licium est. Quod idem quoq; æque probat: uel porri/uel marrubii succus uel nuces græcæ cum trachanto contritæ & cum passo mixtæ: uel lini semen contritum & cum dulci uino mixtum. exercitatio quoq; ambulandi currendi que necessaria est. Frictio a pectore uehemens toti inferiori parti adhibenda. Cibi uero esse debent neque nimium acres: neque asperi: mel: lenticula: tragum: lac: ptisana: pinguis caro: præcipue que porrum & quicquid cum hoc mixtum est. Potionis quam minimum esse conuenit. Aqua dari potest/uel pura: uel in qua malum cydoneum/palmulæ ue decoctae sunt. Gargarizationes quoq; lenes. sin hæ parum proficiunt: reprimentes utiles sunt. Hoc genus neque acutum est & potest esse non longum. curationem tamē maturam: ne uehementer & diu laedat: desiderat.

DE TVSSI.

Tussis.

e Vssis uero fere propter fauciũm exulcerationem molesta est. quæ multis modis contrahitur. Itaq; illis restitutis ipsa finitur. Solet tamen interdum per se quoque male habere: & uix cum uetus facta est: eliditur. ac modo arida est: modo pituitam citat. Oportet hysopum altero quoque die bibere. spiritu retento currere: sed minime in puluere. ac lectione uti

uehementi: quæ primo impeditur a tussi: post eam uincit. tum ambulare. deinde per manus quoque exerceri: & pectus diu p fricare. Post hæc q̃ pinguissimae ficus uncias tres supra prunas incoctas esse. Præter hæc si humida est: prosunt frictiones ualidæ cum quibusdam calfacientibus sic ut caput quoque siccum uehementer perfricetur. Item cucurbitulæ pectori admotæ. sinapi ex parte exteriore faucibus impositum donec leuiter exulceret. potio ex menta nucibusque græcis & amilo: primo que assumptus panis aridus: deinde aliquis cibus lenis. At si ficca tussis est: cum ea uehementissime urget: adiuuat uini austeri cyathus assumptus: dum ne amplius id interposito tempore aliquo, quam ter aut quater fiat. Item laseris quam optimi paulum deuorare opus est: porri uel marrubii succum assumere: scyllam delingere: acetū ex ea uel certe acre sorbere: aut cum spica allii contriti duos uini cyathos. Vtilis etiam in omni tussi est peregrinatio: nauigatio longa: loca maritima: natationes. Cibus interdum mollis, ut malua ut urtica. interdum acer, ut lac cum allio coctum: sorbitiones quibus laser sit adiectum: aut in quibus porrum incoctum tabuerit. ouum sorbile: sulphure adiecto potui primum aqua calida: deinde inuicem aliis diebus hæc: aliis uinum. Magis terreri potest, aliquis cum sanguinem expuit. Sed id modo minus, modo plus periculi habet. Exit enim modo ex gingiuis modo ex ore. & quidem ex hoc interdum etiam copiose: sed sine tussi sine ulcere sine gingiuarum ullo uitio: ita ut nihil excreetur. Verum ut ex naribus, sic ex ore aliquando prorumpit. Atque interdum sanguis profluit: interdum simile aquæ quiddam in qua caro recens lota est. Non nunq̃ autem is a summis faucibus fertur: modo exulcerata ea parte: modo non exulcerata: sed aut ore uenæ alicuius ad aperto: aut tubeculis quibusdam natis, ex his sanguine erumpente. Quod ubi incidit: neque laedit potio aut cibus: neque quicquam ut ex ulcere excreatur. aliquando gutture & arteriis exulceratis frequens tussis sāguinem quoque extundit. Interdum etiam fieri solet: ut aut ex

m·4

pulmone. aut ex pectore aut ex latere aut ex iocinere feratur. Sæpe fœminæ quibus sanguis per menstrua non respondet: hunc expuunt: auctoresq; medici sunt: uel ex ea parte aliqua sanguinem exire: uel rupta: uel ore alicuius uenæ patefacto. Primam diabrosin secundam rhesinochasmum Tertiam manangomosin appellant. Vltima minime nocet. prima grauissime. Ac sæpe quidem euenit/uti sanguinem pus sequatur. Interdum autem qui sanguinem ipsum suppressit: satis adualitudinem profuit. Sed si secuta ulcera sunt: si pus: si tussis est: ut sedes ipsa est: ita uaria & periculosa genera morborum sunt. Si uero sanguis tantum fluit: expeditius & remedium & finis est. Neq; ignorari oportet eis/quibus fluere sanguis solet. aut quibus spina dolet coxæ ue aut post cursum uehementem uel ambulationem: dum febris absit: nō esse inutile sanguinis mediocre profluuium. idq; per utinam reddítum ipsam quoq; lassitudinem soluere. Ac ne in eo quidem terribile esse/qui ex superiore loco decidit. Si tamen in eius urina nihil nouabit. Neq; uomitum huius afferre periculum etiam cum repetit: si ante confirmare & implere corpus licuit. & extoto nullum nocere: qui in corpore robusto neq; nimius est neque tussim aut calorem mouet. Hæc pertinēt ad uniuersum. Nunc ad ea loca quæ proposui ueniam. Si ex gingiuis exit: portulacam manducasse satis est. si ex ore: continuisse eo merum uinum. si parum id proficit: acetum. si inter hæc quoque grauiter erumpit: quia consumere hominem potest: commodissimum est/impetum eius admota occipitio cucurbitula sic ut cutis quoque icidatur: auertere. Si id mulieri cui menstrua non feruntur: euenit: eandem cucurbitulam incisis inguinibus eius admouere. At si ex faucibus/interiotibus ue partibus processit: & metus maior ē & cuca maior adhibenda. sanguis mittendus est: & si nihilominus ex ore processit: iterum tertio que & quotidie paulum aliquid. protinus autem debet sorbere uel acetum uel etiam cū thure plantaginis aut porri succum. imponendaq; extrinsecus supra id quod dolet lana sucida ex aceto est: & id spongia

Diabrosis
rhesinochasmū
manangomosis

subinde refrigerandum. Erasistratus horum crura quoq; & femora brachia que pluribus locis deligabat. Id Asclepiades adeo non prodesse: ut etiam inimicum esset: proposuit. Sed id sæpe commode respondere experimenta testantur. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est. sed sat est infra inguina & super talos summos que humeros / etiam brachia. Tum si febris urget / danda est sorbitio & potui aqua: inqua aliqd ex iis quae aluum astringunt: decoctum sit. atsi abest febris / uel elota alica: uel panis ex aqua frigida & molle quoq; ouum dari potest potui: uel idem quod supra scriptum est: uel uinū dulce uel aqua frigida. sed sic bibendum erit: ut sciamus huic morbo sitim prodesse. præter hæc necessaria sunt quies: securitas: silentium. Caput huius quoque cubantis sublime esse debet: rectoq; tondetur. Facies sæpe aqua frigida fouenda est. At inimica sunt uinum: balneum: uenus. in cibo oleum: acria omnia. item calida fomenta. conclaue calidum & inclusum. multa uestimenta corpori iniecta. etiam fricationes ubi bene etiam sanguis conquieuit. Tum uero incipiendū est a brachiis cruribusq; a thorace abstinendum. In hoc casu per hyemē locis maritimis: per æstatem mediterraneis opus est.

DE stomachi morbis et curationibus. CAPVT. V

Facibus subest stomachus: in quo plura longa uitia incidere consuerunt. Nā modo ingens calor: modo inflatio hunc: modo inflammatio: modo exulceratio afficit. Interdum pituita. Interdum bilis oritur. frequentissimumq; est eius malum quo resoluitur: neq; ulla re magis aut afficitur aut corpus afficit. Vt diuersa autem uitia eius sic etiam remedia sunt. Vbi exæstuat: aceto cum rosa extrinsecus subinde fouendus est. imponendusq; puluis cum oleo & ea cataplasmata: quæ simul et reprimunt et molliunt. Potui / nisi quid obstat / gelida aqua præstanda. Si inflatio est: prosunt admotæ cucurbitulæ: neq; incidere cutem necesse est. prosunt sicca & calida

fomenta: sed nō uehementissima. Interponēda abstinentia ē. Vtilis in ieiuno potio est absinthii aut hysopi aut rutæ. Exercitatio primo lenis: deinde maior adhibenda est: maxime quæ quæ supiores partes moueat. Quod genus in omnibus stomachi uitiis aptissimum est. Post exercitationem opus est unctione frictione: balneo quoq; nonnunq; sed rarius: interdum alui ductione. Cibis deinde calidis neq; inflantibus. eodem q; modo calidis potionibus: primo aquæ: post, ubi resedit inflatio, uini austeri. Illud quoque in omnibus stomachi uitiis præcipiendum est: ut quo modo se quisque æger refecerit: eo ut sanus utatur. Nam redit huic imbecillitas sua: nisi hisdem defenditur bona ualitudo: quibus reddita est. At si inflammatio aliqua est: quam fere tumor & dolor sequitur: prima sunt quies & abstinentia: lana sulphurata circundata: ī ieiuno absinthiū Si ardor stomachum urget: aceto cum rosa subinde fouendus est: deinde cibis quidem utendum est modicis. Imponenda uero extrinsecus quæ simul & reprimunt & molliunt. deinde his detractis utendum calidis ex farina cataplasmatis: quae reliquias digerant. Interdum alūum ducenda. Adhibenda exercitatio: & cibus plenior. At si exulceratio stomachum infestat: eadem fere facienda sunt: quæ in faucibus exulceratis præcepta sunt. Exercitatio: frictio inferiorum partium adhibenda. Adhibendi lenes & glutinosi cibi: sed citra satietatem. Omnia acria atq; acida remouenda. Vino si febris non est, dulci: aut si id inflat, certe leni utendum: sed neq; præfrigido, neq; nimis calido. Si uero pituita stomachus impletur: necessarius modo in ieiunio, modo post cibum uomitus est. Vtilis exercitatio: gestatio: nauigatio: frictio. Nihil edendum, bibendum que nisi calidum: uitatis tantum iis, quæ pituitam contrahere consuerunt. Molestius est, si stomachus bile uitiosus est. Solent autem ii qui sic tentantur ītерposītis quibusdam diebus hanc, & quidem quod pessimum est, atram mouere. Iis recte aluus ducitur: potiones absinthio dantur. necessaria gestatio nauigatio est: si fieri potest ex nausea uomitus: uitanda cru

ditas: sumendi cibi faciles & stomacho non alieni: uinum austerum. Vulgatissimum uero pessimumq; stomachi uitium est resolutio: idest cum cibi non tenax est: solectq; desinere ali corpus: ac si tabe consumi. Huic generi inutilissimum balneum est. Lectiones exercitationesq; superioris partis necessariæ. Item unctiones frictionesq;. iis perfundi frigida atq; in eadem natare: canalibus eiusdem subiicere etiam stomachum ipsum: & magis etiam a scapulis id quod contra stomachum est. Consistere in frigidis / medii capitisq; fontibus quales cuticiliarum sumbruinarumq; sunt: salutare est. Cibi quoque assumendi sunt frigidi: qui potius difficulter coquuntur / quam facile uitiantur. Ergo plerique qui nihil aliud concoquere possunt / bubulam coquunt. Ex quo colligi potest / neq; auem / neq; uenationem / neque piscem dari debere: nisi generis durioris. Potui quidem aptissimum est uinum frigidum uel certe bene calidum meracum / potissimum rheticum uel allobrogicum: aliud ue: quod & austerũ & resina conditum est. si id non est: quam asperrimum / maximeq; signinum. Si cibus non continetur: danda aqua & eliciendus plenior uomitus est: iterum que dandus cibus: & tum admouendæ duobus intra stomachum digitis cucurbitulæ: ibiq; duabus aut tribus horis continendæ sunt. Si simul & uomitus & dolor est: imponenda supra stomachum est lana sucida: uel spongia ex aceto: uel cataplasma quod refrigeret. Perfricanda uero nõ diu sed uehementer brachia & crura: & calfacienda. Si plus doloris est: infra præcordia quattuor digitis cucurbitula utẽdum est: protinus dãdus panis ex pusca frigida. Si non continuit: post uomitum lene aliquid ex iis: quæ non aliena stomacho sint. Si ne id quidem tenuit: singuli cyathi uini singulis interpositis horis donec stomachus consistat. Valens etiam medicamentum est radiculæ succus: ualentius acidi punici mali compari modo succi: qui ex dulci punico malo est: adiecto etiam interdum succo & menta: sed huius minima parte. quibus tantundem quantum i'his omnibus est aquæ frigidæ quam optime miscetur. Id enim

cuticiliarũ sumbrinarumq; fontes

plus quam uinum ad comprimendum ſtomachum poteſt. ſupprimendus autem uomitus eſt: qui ꝑ ſe uenit ſic ſi nauſea eſt. Sed ſi coacuit intus cibus aut computruit: quorum utrumlibet ructus oſtendit: eiiciendus eſt: protinuſq; cibis aſſumptis hiſdem: quos proxime poſui / ſtomachus reſtituendus. Vbi ſublatus eſt præſens metus: ad ea redeundum eſt: quae ſupra praecepta ſunt.

DE LATERVM DOLORIBVS. CAPVT. VI

STomachus lateribus cingitur: atq; in his quoque uehemētes dolores eſſe conſuerunt. & initium uel ex frigore uel ex ictu uel ex nimio curſu uel ex morbo eſt. Sed interdum ne malum inēra dolorem eſt. is que modo tarde / modo celeriter ſoluitur. interdum ad pernitiem quoque procedit. oritur que acutus morbus: qui pleureticus a græciſ nominatur. Huic dolori lateris febris & tuſſis accedit. & per hanc excreatur / ſi tolerabilis morbus eſt: pituita. ſi grauis: ſanguis. Interdū etiam ſicca tuſſis eſt: quæ nihil emollitur. id q̄ primo uitio grauius: ſecundo tolerabilius eſt. Remedium uero eſt magni & recentis doloris ſanguis miſſus. At ſiue leuior / ſiue uetuſtior caſus eſt: uel ſuperuacuum / uel ſerum id auxilium eſt. confugiendumq; ad cucurbitulas eſt / ante ſumma cute inciſa. Recte etiam ſinapi ex aceto ſuper pectus imponitur / donec ulcera puſtulas que excitet: & tum medicamentum / quod humorem illuc citet. Præter hæc circumdare primum oportet latus abſo lanæ ſulphuratæ. deinde cum paulum inflammatio ſe remiſit / ſiccis & calidis fomentis uti. Ab his trāſitus ad malagmata eſt. Si uetuſtior dolor remanet: nouiſſime reſina impoſita diſcutitur. Vtendum cibis / potionibuſq; calidis. uitandū frigus. Inter hæc tamen non alienum & extremas partes oleo & ſulphure perfricare. Si leuata tuſſis eſt: leni lectione uti. iam que & acres cibos & uinum meracius aſſumere. Quæ a medicis præcipiuntur: ut tamen ſine his ruſticos noſtros epota

pleureticus

ex aqua herba trixaquo satis adiuuet. Hæc in omni lateris dolore communia sunt. plus negocii est: si acutus quoq; morbus is factus est. In hoc præter ea quae supra posita sunt: haec animaduertenda sūt. ut cibus sit quam maxime tenuis & lenis: praecipue que sorbitio: eaq; ex ptisana potissimum. aut ius in quo porrus cum pullo gallinaceo coctus sit. Id que non nisi tertio quoque die detur: si tamen per uires licebit. potio uero aqua mulsa, in qua hysopum aut ruta decocta sit. Quae quibus temporibus danda sint: ex ratione uel adiectæ uel leuatae febris apparebit: sic, ut in remissione quam maxima dent: cū eo tamen, ut sciamus non esse eius generis tussi aridas fauces committendas. Sæpe enim ubi nihil est quod excreetur: continuatur et strangulat. Ob quam causam dixi etiam peius id genus esse tussis: quod nihil: quam quod pituitā moueret. Sed hic uinum sorbere: ut supra præcepimus: morbus ipse non patitur. in uicem eius cremor ptisanæ sumendus est. Vt his autem in ipso morbi feruore sustinendus aeger est: sic ubi paulum is se remisit: alimenta plenriora et uini quoque aliquid dari potest. dum nihil detur, quod aut refrigeret corpus, aut fauces asperet. Si in refectione quoque manserit tussis: intermittere oportebit uno die: postero que cum cibo uini paulo plus assumere. Atq; incipiente quoq; tussi: tum non erit alienum: ut supra quoque positum est: uini cyathos sorbere. Sed in hoc genere ualitudinis dulce uel certe lene commodius est. Si malum inueterauit, athletico uictu corpus firmādum est.

DE uiscerum morbis et primo de pulmone: deinde de iocinere: tum de liene: postremo de renibus. CAPVT. VII.

a Compagine uero corporis ad uiscera transeundum est: et in primis ad pulmonem ueniendum. ex quo uehemens et acutus morbus oritur: quem peripneumaticon graeci uocant. Eius haec conditio est. Pulmo totus afficitur. Hunc casum eius subsequitur tussis, bilē uel pus trahēs præcordiorū totiusq;

peripneumaticos

pectoris grauitas: spiritus difficultas: magnae febres: cōtinua uigilia: cibi fastidium: tabes. Id genus morbi plus periculi quam doloris habet. Oportet si satis ualidæ uires sunt / sanguinem mittere: si minores / cucurbitulas sine ferro præcordiis admouere. Tum si satis ualet / gestando ægrum digerere: si parum / intra domum tamen dimouere: Potionem autem hysopi dare: cui ficus arida sic incocta: aut aquam mulsam: in qua uel hysopum uel ruta decocta sit. Frictione uti diutissime in scapulis: proxime abbis in barachiis & pedibus & cruribus: leuiter contra pulmonem: id q; bis quotidie facere. quod ad cibum uero pertinet: huic nec salsis opus est: neq; acribus: neq; amaris: neq; aluum astringentibus: sed paulo lenioribus. Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanæ uel alicæ uel orizæ: cum qua recens adeps cocta sit. Cum hac sorbile ouum: nuclei pinei exmelle. panis uel elota alica ex aqua mulsa. potui deinde non solum pura aqua: sed etiam mulsa egelida: aut si æstas est / etiam frigida: nisi quid obstat. Hæc autem altero quoq; die increscente morbo dare satis est. Vbi incremento constitit: quantum res patitur ab omnibus abstinendum est / præter quam aqua egelida. Si uires desunt / adiuuandæ sunt a qua mulsa. prosunt que aduersus dolores impositæ calida fomenta: uel ea quæ simul & reprimunt & emolliunt. Prodest impositus super pectus sal bene contritus cum cærato mixtus: quia leuiter cutem erodit: eoque impetum materiæ: quo pulmo uexatur: euocat. Vtile etiam aliquod malagma est ex iis quae materiam trahunt. Neq; alienum est dum premit mōrbus / clausis fenestris ægrum continere. Vbi paulum leuatus est: ter aut quater die fenestris aliquanto apertis paruum aerem recipere. Deinde in refectione pluribus diebus a uino abstinere: gestatione: frictione uti: sorbitionibus: & prioribus cibis adiicere ex oleribus porrum: ex carne ungulas & summa trunculorum atq; pisciculos sic ut diu nihil molle & lene sumatur.

DE Iocineris morbo & curatione. CAPVT. VIII

hepaticus

a Tertius quoque uisceris morbus ideſt iocineris æque modo longus / modo acutus esse consueuit. hepaticum græci uocant. Dextra parte sub præcordiis uehemens dolor est. idē q; ad latus dextrum & ad iugulum humerum q; partis eiusdem peruenit. non nunq; manus quo q; dextra torquetur. horror calidus est. Vbi male est: bilis euomitur: interdum singultus prope strangulat. Et hæc quidem acuti morbi sunt: longioris uero ubi suppuratio in iocinere est: dolor que modo finitur: modo intenditur: dextra parte præcordia dura sunt & tument: post cibum maior difficultas est. accedit maxillarum quædam resolutio. ubi inueterauit malū / uenter & crura pedesq; intumescūt: pectus atq; humeri / circa que iugulum utrunq; extenuatur. Initio sanguinem mittere optimum est. tum uenter soluēdus est. si nō potest aliter per nigrum ueratrum. imponenda extrinsecus cataplasmata / primum quæ reprimant: deinde calida quæ deducant. quibus recte iris uel absinthium adiicitur. post hæc malagma. Dandae uero sorbitiones sunt: omnesque cibi & calidi & qui non multum alant: & fere qui pulmonis quoq; dolori conueniunt: præterq; eos qui urinam mouent: potionesque ad id efficaces. Vtilia in hoc morbo sunt thimum: satureia: hyssopum: nepeta: amilum: sisamum: lauri baccæ: pini fios: herba sanguinalis: menta: ex malo cotoneo medium: columbæ iecur recens & crudum. Ex quibus quædam perse esse: quædam adiicere uel sorbitioni uel potioni licet: sic tamen ut parce assumantur. Neq; alienum est absinthium contritum ex melle & pipe eiusq; catapotium quotidie deuorare. abstinendum utiq; est ab omnibus frigidis. neq; enim res ulla magis iecur lædit. Frictionibus uendum in extremis partibus. uitandus omnis labor: omnis uehementior motus: ne spiritus quidem diutius continendus est. Ira trepidatio. pondus. ictus. cursus inimica sunt. Perfusio corporis multa prodest ex aqua: si hyems est: calida. si æstas: tepida. Item liberalis unctio: & in balneo sudor. Si uero iecur uomica laborat: eadem facienda sunt: quae in caeteris interioribus suppurationibus.

Quidam etiam contra id scalpello aperiunt: & ipsam uomicam aduruntꝫ.

CAPVT. VIIII

DE lienis morbo & curatione.

a Si lienis ubi affectus est: intumescit: simul que cum eo pars sinistra: ea que dura est / & prementi renititur: uenter intentus est. aliquis etiam cruribus tumor est. Vlcera aut omnino non sanescunt: aut certe cicatricem uix recipiunt. In intenta ambulatione cursu que dolor & quædam difficultas est. Hoc uitium quies auget. Itaque exercitatione & labore opus est: habita tamen ratione / ne febre mixta si nimium processerit: excitetur. Vnctiones frictionesq; & sudores necessarii sunt. Dulcia omnia inimica sunt. item lac & caseus. Acida autem maxime conueniunt. Ergo acetum acre per se sorbere: & magis etiam quod scylla conditum est: expedit. Edenda sunt salsamenta / uel oleæ ex muria dura tinctæ in aceto lactucae / intubiq; & betæ exeodem. ex sinapi asparagus: armoracia: pastinaca: ungulæ: rostra: aues macræ eiusdem generis uenatio. Potui uero ieiuno dari debet absinthium incoctum. at post cibum aqua a ferrario fabro: in qua candens ferrum sub inde tinctum sit. Hæc enim uel præcipue lienem coercet. quod animaduersum est in iis animalibus: quæ apud hos fabros educata exiguos lienes habent. potest etiam dari uinum tenue austerum: omniaq; incibis & potionibus / quæ urinæ mouendæ sunt: præcipue que ad id ualet uel trifolii semen: uel cuminum uel apium: uel serpillum: uel citisus: uel portulaca: uel nepeta: uel thimum: uel hysopum: uel satureia. Haec enim inde commodissime uidentur humorem deducere. Lienis quoque bubulus utiliter esui datur: praecipue que crura & nasturcium lienem exenuant. Imponenda quoque extrinsecus sunt quæ leuent. Fit ex unguento & palmulis: quod myrobalanon græci uocant. Fit ex lini & nasturcii semine quo uinum & oleum adiicitur. Fit ex cupresso uiride & arida ficu.

armoracia

Faber ferrarius

Myrobalanū

Fit ex sinapi cui seui hirquini a renibus quarta pars ponderis adiicitur: teriturq; insale & protinus imponitur. Multis q; modis huic rei cappari aptum est. Nam & ipsum cum cibo assumere: & muriam eius cum aceto sorbere / commodum ē. Quin etiam extrinsecus radicem contritam / uel corticem eius cum furfuribus: aut ipsum cappari cum melle contritum imponere expedit. Malagmata quoq; huic rei aptantur.

DE renum morbis & curationibus. CAPVT. X.

a Renes ubi affecti sunt: diu male habent. Peius est si frequens bilios⁹ uomitus accedit. Oportet conquiescere: cubare molliter: soluere aluum. si aliter non respondet etiam ducere: saepe desidere in aqua calida. neque cibum neque potionem frigidam assumere: abstinere ab omnibus salsis acribus acidis pomis: bibere liberaliter: adiicere modo cibo modo potioni pipet. porrum. ferulam. album papauer. Quae maxime inde urinam mouere consuerunt. Auxilio quoque his exulceratis sunt: si adhuc ulcera purganda sunt: cucumeris semina detractis corticibus sexaginta: nuclei ex pinu siluestri duodecim: anesi quod tribus digitis sumi possit: croci paulum: contrita & in duas mulsi potiones diuisa. Si uero dolor tantum leuandus est: eiusdem cucumeris semina triginta: iidem nuclei uiginti: nuces graecae quinq;: croci paululum: contrita & cum lacte potui data. At sup quoque recte quædam malagmata iniiciuntur: maximeq; ea quae humori extrahendo sunt.

DE INTESTINORVM MORBIS ET PRIMO DE CHOLERA. CAPVT. XI.

a Visceribus ad intestina ueniendum est: quæ sunt & acutis & lōgis morbis obnoxia. Primo æque facienda mentio ē

bilis

cholera

cholerae: quia commune id stomachi atq; intestinorum uitium uideri potest. Nam simul & deiectio & uomitus est: praeterq; haec inflatio est: intestina torquentur: bilis supra infra que erumpit: primum aquae similis: deinde ut in ea recens caro lota esse uideatur: interdum alba: non nunquam nigra uel uaria. Ergo eo nomine morbi hunc choleram graeci nominarunt. praeter ea uero quae supra comprehensa sunt, saepe etiam crura manus que contrahuntur: urget sitis: anima deficit. quibus concurrentibus non mirum est, si subito quis moritur. Neque tamen ulli morbo minori momento succurritur. Protinus ergo ubi ista coeperunt aquae tepidae quam plurimum bibere oportet & uomere. Vix unquam sine uomitu sequitur. sed etiam si non incidit: miscuisse tamen nouam materiam corruptae prodest: pars que sanitatis est uomitum esse suppressum. si id incidit: protinus ab omni potione abstinendum est. Si uero tormina sunt: oportet frigidis & humidis fomentis stomachū fouere: uel si uenter dolet hisdem egelidis: sic ut uenter ipse mediocriter calentibus iuuetur. Quod si uehementer & uomitus & deiectio & sitis uexant: & adhuc suberuda sunt quae uomuntur: non dum uino maturum tempus est. Aqua, neq; ea ipsa frigida, sed potius egelida danda est. admouendum que naribus est puleium ex aceto: uel polenta uino aspersa: uel menta secundum naturam est. At cum discussa cruditas est: tum magis uetendum est: ne anima deficiat. Ergo tum confugiendū est ad uinum. Id esse oportet tenue, odoratum, cum aqua frigida mixtum: uel polenta adiecta: uel melle quoque assumere expedit: quotiens que aliquid aut stomachus aut uenter effudit, totiens per haec uires restituere. Erasistratus primo tribus uini guttis aut quinis aspergendam potionem esse dixit: deinde paulatim merum adiiciendum. Is si & ab initio uinum dedit & metum cruditatis secutus est: non sine causa fecit. Si uehementem infirmitatem adiuuari posse tribus guttis putauit: erranit. At si inanis est homo: & crura eius contrahuntur: interponenda potio absinthii est. Si extremae partes corporis fri

gent: ungendæ sunt calido oleo: cui cæræ paulum sit adiectū: calidis que fomentis nutriendæ. Si ne sub his quidem quies facta est: extrinsecus contra uentriculum ipsum cucurbitula admouenda est: aut sinapi super imponendum. Vbi is constitit: dormire oportet. postero die utiq; a potione abstinere. die tertio in balneum ire. paulatim se cibo reficere: somno/ quisquis facile acquiescit. Item que lassitudine & frigore. Si post suppressam choleram febricula manet: aluum duci necessarium est. tum cibis uinoq; utendum est. sed hic quidē morbus & acutus est et inter intestina stomachum que uersatur sicut cuius potissimum partis sit/nō facile dici possit.

DE Coeliaco uentriculi morbo. CAPVT. XII.

coeliacus

i N ipsius uero uentriculi porta consistit is qui & longus esse consueuit: coeliacus a græcis nominatur. Sub hoc uenter indurescit: dolor que eius est. Aluus nihil reddit: ac ne spiritum quidem transmittit. Extremæ partes frigescunt. Difficulter spiritus redditur. Commodissimum est inter initia calida cataplasmata toto uentri imponere: ut dolorem leniāt. post cibum uomere: atq; ita uentrem exinanire. Proximis deinde diebus cucurbitulas sine ferro uentri & coxis admouere. Ventrem ipsum liquare dato lacte & uino salso frigido. Si tempus anni patitur/etiam uiridibus ficis: sic tamen neqs aut cibus aut humor uniuersus decurt: sed paulatim. Ergo per īterualla temporis sat est cyathos binos ternos ue sumere & cibum pro portione huius: commodeq; facit cyatho lactis/ cyathus aquæ mixtus & sic datus. Cibi que inflantes & acres utiliores sunt: adeo ut lacti quoque recte contritum allium adiiciatur. procedente uero tempore opus est gestari: maxime que nauigare: perfricari ter aut quater die/ sic ut nitrum oleo misceatur. perfundi aqua calida post cibum. deinde sinapi imponere per ōnia membra excepto capite: donec arrodatur & rubeat: maxime que si corpus durum & uirile est. paulatim deinde fa

ciendus est transitus ad ea quae uentrem comprimunt. Assa caro danda/ualens & quæ non facile corrumpatur. potui uero pluuialis aqua decocta: sed quæ per binos ternos ue cyathos bibatur. Si uetus uitium est: oportet laser quam optimum ad piperis magnitudinem deuorare. altero quoque die uinum uel aquam bibere: interdum interposito cibo singulos uini cyathos sorbere: ex inferiori parte infundere pluuialem egelidam aquã maximeq; si dolor in imis partibus remanet.

DE tenuioris intestini morbo. CAPVT. XIII.

chordapsos
ileos
chordios

INter ipsa uero intestina consistunt duo morbi: quorum alter in tenuiore: alter in pleniore est. Prior acutus est. Insequens esse longus potest. Diocles carystius tenuioris intestini morbum chordapson: plenioris ileon nominauit. A plerisq; uideo nunc illum priorem ileon: hunc chordion nominari. Sed prior modo supra umbilicum: modo sub umbilico dolorem mouet. Fit exalterutro loco inflammatio: nec aluus nec spiritus infra trãsmittitur. si superior pars affecta est: cibus. si inferior: stercus per os redditur. si utrunlibet uetus est: adicitur periculo uomitus bilios⁹ mali odoris aut uarius aut niger. Remedium est sanguinem mittere: uel cucurbitulas pluribus locis admouere: non ubiq; cute incisa. Id enim duobus aut tribus locis satis est. Ex cæteris spiritum euocare abunde est. Tum animaduertere oportet: quo loco malum sit. Solet enim contra id tumere. Et si supra umbilicum est: alui ductio utilis non est. Si infra est: aluum ducere/ut Erasistrato placuit: optimum est. & sæpe/id auxilii satis est. Ducitur autem percolato ptisanae cremore cum oleo & melle: sic ut præter ea nihil adiiciatur. Si nihil tumet duas manus imponere oportet supra summum uentrem: paulatim que deducere. Inuenietur enim mali locus: qui necesse est: renitatur: et ex eodem deliberari poterit: ducenda nec ne aluus sit. Illa communia sunt: calida cataplasmata admouere: ea q̃ imponere a mammis usq; ad ingui

na & ſpinam: ac ſæpe mutare: brachia crura q̄ perfricare: demittere totum hominem in calido oleo. Si dolor non quieſcit: etiam in aluum ex parte inferiore tres aut quattuor cyathos calidi olei dare. Vbi p hæc conſecuti ſumus: ut iam ex inferiore parte ſpiritus tranſmittatur: offerre potui mulſum tepidum non multum. Nam ante magna cura uitandum eſt: ne quid bibat. Si id commode ceſſit: adiicere ſorbitionem. Vbi dolor & febricula quierunt: tum demum uti cibo pleniore: ſed neq̄ inflante / neq̄ duro / neq̄ ualido: ne inteſtina adhuc imbecilla lædātur. Potui uero nihil præter quam puram aquam. nā ſiue quid uinolentum / ſiue acidum eſt: id huic morbo alienum eſt. Ac poſtea quoq̄ uitare oportet balneum: ambulationem: geſtationem: cæteroſq̄ corporis motus. Nam facile id malum redire conſueuit: & ſiue cum frigus ſubit: ſiue aliqua iactatio: niſi bene iam confirmatis inteſtinis reuertitur.

DE morbo inteſtini plenioris. CAPVT. XIIII.

i S autem morbus: qui ī inteſtino pleniore eſt: in ea maxime parte eſt: quam certam eſſe propoſui. Vehemens fit inflatio: uehementes dolores dextra magis parte: inteſtinum quod uerti uidetur prope ſpiritum elidit. In pleriſq̄ poſt frigora cruditates que oritur: deinde quieſcit: & per ætatem ſæpe repetens ſic cruciat: ut uitæ ſpatio nihil demat. Vbi is dolor coepit: admouere ſicca & calida fomenta oportet: ſed primo lenta: deinde ualidiora: ſimul q̄ frictiones: ad extremas partes ideſt crura brachia que materiam reuocare. Si diſcuſſum non eſt: qua dolet cucurbitulas ſine ferro defigere. Eſt etiam medicamentum eius rei cauſa comparatum: quod colicon nominatur. Id ſe reppiſſe Caſſius gloriabatur. Magis prodeſt potui datum. ſed impoſitū quoq̄ extrinſecus digerendo ſpiritum dolorem leuat. Niſi finito uero tormento / recte neq̄ cibus neq̄ potio aſſumitur. Quo uictu ſit utendum qui hoc genere tentantur: iam mihi dictum eſt. Confectio me

colicō

caſſius

vide lr. f°. cap. VII. à de remediis cali tuor.

dicamenti: quod colicon⁹ nominatur: ex his constat. Costi: anesi: castorei siugulorum: P.XIII. petroselini. P. denarorum. III. piperis longi & rotundi singulorum. P.XII. papaueris lacrimae: iunci rotundi. myrrae: nardi singulorū. P.XVI Quae melle excipiuntur. id autem & deuorari potest: & ex aqua calida sumi.

DE torminibus idest dysenteria. CAPVT. XV.

Tormina dysenteriō

PRoxima his inter intestinorum mala/tormina esse consueuerunt dysenterion graece uocatur. intus intestina exulcerantur. Ex his cruor manat. Is que modo cum stercore aliquo semper liquido: modo cum quibusdam quasi muccosis excernitur. interdum simul quaedam carnosa descendunt. Frequens deiiciendi cupiditas: dolor que in ano est. Cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur. Atq; eo quoq; tormentum intenditur. Id que post tempus aliquod leuatur. exiguaque requies est. somnus interpellatur: febricula oritur. longoq; tempore id malum cum inueterauerit: aut tollit hominem. aut etiam/si finitur: excruciat. Oportet in primis conquiescere. Si quidem omnis agitatio exulcerat: deinde ieiunium/sorbere uini cyathum: cui contrita radix quinquefolii sit adiecta: imponere cacaplasmata super uentrem: quae reprimunt. quod in superioribus uentris morbis non expedit. quotiensq; desidit: subluere aqua calida: in qua decoctae uerbenae sint: portulacā uel coctam uel ex dura muria ediisse. cibos potionesq; eas: quae astringunt aluum. Si uetustior morbus est: exinferioribus partibus tepidum infundere uel ptisanae cremorem: uel lac: uel adipem liquatam: uel medullam ceruinam: uel oleum: uel cum rosa butirum: uel cum eadem album crudum ex ouis: uel aquā: in qua lini semen decoctū sit: uel si sōnus nō accedit/uitellos cum aqua: in qua rosae floris folia cocta sint. Leuant enim dolorem haec & mitiora ulcera efficiunt: maxime que utilia sunt/si cibi quoq; secutum fastidium est. Themison muria dura

quam aspertima sic utendum memoriæ prodidit. Cibi uero esse debent qui leniter uentrem destringant & ea quæ urinam mouent. Si ea consecuta sunt: in aliam partem humorem auertendo prosunt. si non sunt consecuta: noxam augent. Itaq; nisi inquibus prompte id facere consuerunt / non sunt adhibenda. Potui / si febricula est: aqua pura calida uel ea / quæ ipsa quoque astringat: dari debet. si nō est: uinum lene austerum. Si pluribus diebus nihil remedia alia iuuerunt: uetusq; iam uitium est: aquæ bene frigidæ potio assumpta ulcera astringit: & initium secundæ ualitudinis facit. Sed ubi uenter suppressus est: protinus ad calidam potionem reuertendum est. Solet autem interdum etiam putris sanies / pessimiq; odoris descendere. solet purus sanguis profluere. si superius uitium est: aluus aqua mulsa duci debet. tunc deinde eadem infundi / quæ supra comprehensa sunt. Valens quę est etiam aduersus ulcera intestinorum minii gleba cum salis hemina contrita. Si minus: mixta his aqua in aluum datur. Ac si sanguis profluit: cibi potionesq; esse debent: quæ astringant.

DE leuitate intestinorum. CAPVT. XVI.

EXtorminibus interdum intestinorum leuitas oritur: quae continere nihil possunt: & quicquid assumptum est / imperfectum protinus reddunt. Id interdum ægros trahit: interdum præcipitat. Inhoc utiq; adhibere oportet comprimentia: quo facilius tenendi aliquid intestinis uis fit. Ergo & super pectus ponetur sinapi: exulceataq; cute / malagma: quod humorē euocet: & exuerbenis decoctis aqua desidat: & cibos potiones que assumat: quæ aluum astringunt. & frigidis utetur perfusionibus. Oportet tamen prospicere: ne simul his omnibus admotis uitium contrarium per immodicas inflationes oriatur. Paulatim ergo firmari intestina debebunt aliquibus quotidie adiectis. Et cum in omni fluore uentris: tum in hoc præcipue necessarium est: nō quotiens libet desidere: sed quo

tiens necesse est: ut hæc ipsa mora inconsuetudinem ferendi oneris intestina deducat. Alterum quoq; quod æque ad omnes similes affectus pertinet: in hoc maxime seruandum est: ut cum pleraq; utilia insuauia sint: qualis est plantago & rubi & q̃quid malicorio mixtum est: ea potissimum ī his dentur quæ maxime æger uolet. Deinde si omnia ista fastidiet: ad excitandam cibi cupiditatem īterponatur aliquid minus utile: sed magis gratum. Exercitationes: frictiones huic quoq; morbo necessariæ sunt: & cum his sol: ignis/balneum: uomitus: ut Hippocrati uisum est etiam albo ueratro/si cætera patum proficient euocatus.

DE lumbricis aluum occupantibus. CAPVT. XVII.

Non nunquam autem lumbrici quoque occupant aluum: hi q̃ modo ex inferioribus partibus: modo foedius ore redduntur. Atq; interdum latos eos/qui peiores sunt: interdum teretes uidemus. si lati sunt: aqua potui dari debet: in qua lupinum aut cortex mori decoctus sit: aut cui adiectum sit contritum uel hysopum uel piperis acetabulum: scamoneæ paulū. Vel etiam pridie cum multum allium ediderit: uomat. Postero q; die mali punici tenues radiculas colligat quantum manu comprehendet: eas que contusas in aquæ tribus sextariis decoquat: donec tertia pars superstet. Huc adiiciat nitri paulum & ieiunus bibat. Interpositis deinde tribus horis duas potiones sumat aut aquæ uel muriæ duræ sic adiectæ. tum desidat subiecta calida aqua in pelue. si uero teretes sunt: qui pueros maxime exercent: & eadem dati possunt & quædam leuiora: ut contritum semen urticæ/aut brassicae/aut cumini cum aqua: uel menta: uel absinthium decoctum: uel hysopum ex aqua mulsa: uel nasturcii semen cum aceto contritum. Ediſſe etiam & lupinum & allium prodest: uel maluæ oleū subter dediſſe.

DE tenesmo intestinorum morbo. CAPVT. XVIII

Tenasmō

Terraphaarmacō

proprior

Dieetio.

Sᵗ autem aliud leuius omnibus ꝓximis: de quibus supra dictum est: quod tenasmon græci uocant. id neq; acutis neq; longis morbis annumerari debet: cum & facile tollatur: neq; unq̄ ꝑse iugulet. in hoc æque atq; itorminibus frequens desidendi cupiditas est: æque dolor ubi aliqd excernitur. descendunt autē pituitae muccis q; similia: interdum etiam leniter subcruenta. sed his interponuntur nō nunq̄ ex cibo quoq; recte coacta. desidere oportet ī aqua calida: sæpiusq; ipsū manu nutrire. cui plura medicamenta idonea sunt. butyrum cum rosa. agacia ex aceto liquata. emplastrum id/quod tetrapharmacō græci uocant/rosa liquatum. alumen lana circundatum & ita appositum. eadēq; ex inferiore parte indita: quæ tormina auxilia sunt. eadem uerbenæ decoctæ: ut iferiores partes foueantur. alternis uero diebus aqua: alternis leue & austerum uinum bibendum est. Potio esse debet egelida & frigida. proprior ratio uictus talis/qualem i tormina supra præcepimus.

DE uentris fluxu & curatione CAPVT: XIX

1 Euior etiam dum recens deiectio est: ubi & liquida aluus & sæpius q̄ ex consuetudine fertur. atq; interdum tolerabilis dolor est: interdum grauissimus. idq; peius est. sed uno die fluere aluum sæpe ꝓualitudine est: atq; etiā pluribus: dum febris absit: & intra septimum diem id conquiescat. purgatur .n. corpus: & quod intus laesurum erat/utiliter effunditur. uerum spatium piculosum est. Interdum enim tormina ac febriculas excitat: uiresque consumit. primo die quiescere satis est: neque impetum uentris prohibere. si per se desiit: balneo uti: paulum cibi capere. si mansit: abstinere non solum a cibo: sed etiam a potione. Postero die si nihilo minus liquida aluus est: aeque conquiescere: paulum astringentis cibi sumere: tertio die in balneum ire: uehementer omnia praeter uentrem perfricare: ad ignem lumbos scapulasq; admouere: cibis uti/sed uentrem contrahentibus: uino non multum mera co. Si postero quoq; die fluet: plus edisse: sed uomere etiam

extoto/donec cõquiescat. Cõtra siti: fame: uomitu uiti. Vix enim fieri potest/ut post hanc animaduersionem aluus nõ cõtrahatur. Alia uia est ubi uelis supprimere. Cœnare: deinde uomere: postero die in lecto conquiescere. uespere ungi. sed leniter. deinde panis circa scelibram ex uino amineo mero sumere. tum assum aliquid: maximeq; auem: & postea uinum idem bibere aqua pluuiali mixtum: idq; usq; quintum diem facere: iterum que uomere. Frigidam autem assidue potionem esse debere contra priores auctores Asclepiadas affirmauit & quidem q̄ frigidissimam. Ego experimentis quenq; in se credere debere existimo calida potius an frigida utatur. Interdum autem euenit: ut id pluribus diebus neglectum/ curari difficilius possit. a uomitu oportet incipere: deinde postero die uespere/ tepido loco ungi: cibum modicum assumere: uinum meracum q̄ aspertimum: impositam super uentrem habere cum cerato ruram. In hoc autem affectu corporis neque ambulatione: neque frictione opus ē. uehiculo sedisse uel magis etiã equo prodest. Neq; enim ulla res magis intestina confirmat. Si uero etiam medicamentis utendum est: aptissimum est id: quod ex pomis fit. Vindemiæ tempore in grande uas conijcienda sunt pira atq; mala siluestria. si ea non sunt: pira tarentina uiridia: uel signina mala scandiana uel amerina: myrapia: bisq; adiicienda sunt cotonea: & cum ipsis corticibus suis punica: sorba: & quibus magis utimur etiam torminalia: sic ut hæc tertiam ollæ partem teneant. tum deinde ea musto implenda est: coquendumq; id donec omnia quæ indita sunt/ liquata in unitatem quandam coeant. Id gustui non insuaue ē & quãdocũq; opus est assumptum leuiter sine ulla stomachi noxa uentrem tenet. duo aut tria cochlearia uno die sũpsisse satis ē. Alterũ ualentius genus myrti baccas legere: ex his uinum exprimere: id decoquere ut decima pars remaneat: eiusq; cyathum sorbere. tertiũ quod quãdoq; fieri potest: malum punicũ excauate: exẽptisq; õnibus seminibus: mẽbranas quæ iter ea fuerũt iterũ cõicere tũ infundere cruda oua: tudiculaq; miscere. dei malũ ip-

sum super prunam imponere. quod dum humor intus est non aduritur. Vbi siccum esse coepit: remouere oportet: extractā que cochleari quod intus est: edisse. Aliquibus adiectis maius momentum habet. Itaque etiam in piperatum coniicitur: miscetur q cum sale & pipere. est quid exbis edendum. est pulticula etiam: cum qua paulum ex fauo uetere coctum sit: et lenticula cum malo corio cocta: rubi que cacumina in aqua decocta et ex oleo atq aceto assumpta / efficacia sunt. atq ea aqua: in qua uel palmulæ / uel malum cotoneum / uel arida sorba / uel rubi decocti sunt: potata'. Quod genus significo quotiens potionem dandam esse dico / quæ astringat. Tritici quoq hemina in uino amineo austero decoquitur: id que triticum ieiuno ac sicienti datur. superq id / uinum id sorbetur. quod iure ualentissimis medicamentis annumerari potest. atq etiam potui datur uinum sigininum: uel resinatum austerum: uel quodlibet austerum. Contunditurq cum corticibus seminibusq suis punicū malum: uinoq tali miscetur. id que uel merum sorbet aliquis: uel bibit mixtum. sed medicamentis uti nisi in uehemētibus malis supuacuum est.

De uuluæ morbo et curationibus. CAPVT. XX.

e Xuulua quoq foeminis uehemens malum nascitur: proximeq ab stomacho uel afficitur haec uel corpus afficit. Interdum etiam sic exanimat: ut tanq comitiali morbo prosternat. Distat tamen hic casus: eo quod neq oculi uertuntur: nec spumæ pfluunt: nec nerui distēduntur. sopor tātū ē. idq qbusdā foeminis crebro reuertens ppetuum est. Vbi incidit: si satis uitium est: sanguis missus adiuuat. Si parum est: cucurbitulae tamen defigendæ sunt in inguinibus. Si diutius aut iacet aut alioqui iacere consueuit: admouere oportet naribus extinctum ex lucerna linamentum: uel aliud ex iis quae foedioris esse odoris retuli: quod mulierem excitet. Idem que aquae frigidæ perfusio efficit. adiuuat que ruta contrita cum melle: uel ex cyprino cæratum: uel quodlibet calidum & humidum cataplasma naturalibus pube tenus impositum. Inter

Afficit & Afficit
Tāq comitiali morbo pstrnit.

hæc etiã pfricare coxas & poplites oportet. Deinde ubi ad se redit: circuncidendum uinum est in totum annum / etiam si casus idem non reuertitur. Frictione quotidie utendum totius quidem corporis / præcipue uero uentris & poplitum. Cibus ex media materia dandus. Sinapi sup imum uentrem tertio quoq; aut quarto die imponendum / donec corpus rubeat. Si duricies manet: mollire commode uidetur solanum in lac demissũ deide contritum: et cæra alba atq; medulla ceruina cum irino: aut seuum taurinum uel caprinum cum rosa mixtum. Dandum potui etiam uel castoreum est: uel git: uel anetum. Si parum pura est: purgatur iunco quadrato. si uero uulua exulcerata est: cæratum ex rosa fiet: & recens suilla adeps & ex ouis albũ misceatur: id que apponatur: uel album ex ouo cum rosa mixtum: adiecto quo facilius consistat contritae rosae puluere. Dolens uero ea sulphure suffumigari debet. At si purgatio nimia mulieri nocet: remedio sunt cucurbitulae cute incisa iguinibus uel etiam sub mammis admotae: si maligna purgatio est: subiicienda sunt coeuntia. Id faciunt etiam albae oliuae & nigrum papauer cum melle assumptum & gummi cum trito semine apii liquatum et cum cyatho passi datum. Præter haec in ōnibus uesicae doloribus idonex potiones sunt: quae ex odoribus fiunt: idest spica nardi: croco: cinnamo: casia / similibus que. Idēq; etiam decocta lentiscus praestat. si tamen intolerabilis dolor est & sanguis profluit: etiam sanguinis detractio apta est: aut certe coxis admotae cucurbitulae cute incisa. At cum urina super potionum modum etiam sine dolore profluens maciem & periculum facit: si tenuis est: opus est exercitatione & frictione maxime q; insole uel ad ignem. Balneum rarũ esse debet: neque longa in eo mora: cibus comprimens. Vinum austerum meracum / per aestatem frigidum: per hyemem egelidum: sed tantum quantum minimum sit. In finita: aluus quoque uel ducenda uel lacte purganda est. Si crassa urina est: uehementior esse debet & exercitatio & frictio: longior in balneo mora: cibis opus

est teneris. unum idem. In utroque morbo uitanda ōnia sunt quæ urinam mouere consuerunt.

DE nimia profusione seminis exnaturalibus. CAPVT. XXI

Est etiam circa naturalia uitium: nimia profusio seminis. quod sine uenere/sine nocturnis imaginibus sic fertur: ut interposito spatio tabe hominem consumat. In hoc affectu salutares sunt uehementes frictiones: perfusiones: natationes q̄ quam frigidissimæ. neq̄ cibi: nec potio nisi frigida assumpta. Vitare autē oportet crudicates: omnia inflantia. nihil ex iis assumere: quæ contrahere semen uidentur: qualia sunt/siligo: similia: ouа: alica: amylum: omnis caro glutinosa: piper: eruca: bulbi: nuclei pinei. Neq̄ alienum est fouere inferiores partes aqua decocta ex uerbenis comprimentibus. ex iisdem aliqua cataplasmata imo uentri/inguinibus que circundare: præcipueq̄ ex aceto rutam uitare: & ne supinus obdormiat.

DE coxarum morbis & curationibus. CAPVT. XXII.

Superest ut ad extremas partes corporis ueniam: quæ articulis inter se conseruntur. initium a coxis faciam. Harū ingens dolor esse consueuit. Is que hominem sæpe debilitat: & quosdam non dimittit. Eoq̄ id genus difficillime curatur: quod fere post longos morbos uis pestifera huc se inclinat. quæ ut illas partes liberat: sic hanc ipsam quoq̄ affectam præbendit. Fouendum primum aqua calida est. deinde utendū calidis cataplasmatis. Maxime pdesse uidetur aut cum hordeacea farina/aut cū ficu ex aqua decocta mixtus/capparis cortex cōcisus: uel lolii farina exuino diluto cocta & mixta cū acida fece. quæ qua refrigescunt: ponere noctu malagmata cōmodius ē. Inulæ quoq̄ radix contusa & ex uino austero postea cocta & latte sup coxā imposita inter ualentissima auxilia ē. si ista non soluerunt: sale calido & humido utendum est: Si ne sic

quidem finitus dolor est: aut tumor ei accedit: incisa cute admouendæ sunt cucurbitulæ: mouenda urina. Aluus si compressa est: ducenda. Vltimum est & in uteribus quoq; morbis efficacissimum: tribus aut quattuor locis super coxam cutem candentibus ferramentis exulcerare. Sed frictione quoq; uendum est / maxime in sole: & eodem die sæpius: quo facilius ea quæ coeundo nocuerunt: dirigantur. Eaq; si nulla exulceratio est etiam ipsis coxis sicut & cæteris partibus adhibenda est. Cum uero sæpe aliquid exulcerandum candenti ferramento sit: ut materia inutilis euocetur: illud perpetuum est: nō ut primum fieri potest huius generis ulcera sanare: sed ea trahere / donec id uitium: cui p hæc opitulamur: conquiescat.

DE genuum doloribus & cura. CAPVT. XXIII.

c Oxis proxima genua sunt. in quibus ipsis non nunquam dolor esse consueuit. In hisdem autem cataplasmatis cucurbitulisq; præsidium est: sicut etiam cum in humeris aliis ue commissuris dolor aliquis exortus est. Equitare ei cui genua dolent: inimicissimum omnium est. Omnes autem eiusmodi dolores ubi inueterauerint / uix citra ustionem finiuntur.

DE Articulorum doloribus in manibus pedibus que CAPVT. XXIIII.

i N manibus pedibusq; articulorum uitia frequentiora lō gioraq; sunt. quæ in podagris chiragrisue esse consueruntEa raro uel castratos uel pueros ante fœminæ coitum: uel mulieres / nisi quibus menstrua suppressa sunt: tentant. Vbi sentiri cæperunt: sanguis mittendus est. Id enim inter initia statim factum saepe annuam: non nunquam perpetuam ualitudinem præstat. Quidā etiam cū asinino lacte toto se eluissent: in perpetuum hoc malum euaserunt. Quidam cum toto anno a uino mulso: uenere / sibi temperassent: securitatem totius uitae consecuti sunt. Id que utiq; post primum dolo-

rem seruandum est etiam si quieuit. Quod si iam consuetudo eius facta est: potest quidem aliquis esse securior iis temporibus. quibus dolor se remisit. Maiorem uero curam adhibere debent iis quibus id reuertitur. Quod fere uere autumno ue fieri solet. Cum uero dolor urget: manu gestari debet: deinde fieri. in ambulatione leui se dimouere. & si podagra est: interpositis temporibus exiguis inuicem modo sedere modo ingredi. tum antequam cibum capiat sine balneo loco calido leuiter perfricari: sudare: perfundi aqua egelida: deinde cibum sumere ex media materia interpositis rebus urinam mouentibus: quotiensque plenior est: euomere. Vbi dolor uehemens urget: interest sine tumore is sit: an tumor cum calore: an tumor iã etiam ob caluerit. Nam si tumor nullus est: calidis fomentis opus est. Aquam marinam uel muriam durã feruefacere oportet: deinde in peluem conijcere: & cum iam homo pati potest: pedes demittere: superq; pallam dare & uestimento tegere: paulatim deinde iuxta labrum ipsum ex eadem aqua leuiter infundere: ne calor intus destituat: ac deinde noctu cataplasmata calfacientia imponere: maxime que ibisci radicem ex uino coctam. sin uero tumor calorq; est: utiliora sunt refrigerantia: recte que in aqua quam frigidissima articuli continentur. sed neq; quotidie neq; diu fit: ne nerui indurescant. Imponendum uero est cataplasma: quod refrigeret. Neq; tamen in hoc ipso diu permanendum: sed ad ea transeundum: quae sic reprimunt ut emolliant. Si maior est dolor: papaueris cortices in uino coquendi miscendiq; cum cærato sunt: quod ex rosa factum sit. Vel cæræ & adipis suillae tantundem una liquãdum: deinde bis uinum miscendum: atq; ubi quod ex eo impositum est: incaluit: detrahendum & subinde imponendum aliud est. Si uero tumores etiam obcaluerunt & dolent: leuat spõgia quae imposita subinde ex oleo uel aceto uel aqua frigida exprimitur. aut pari portione inter se mixta pix: caera: alumen. Sunt etiam plura idonea manibus pedibusque malagmata. Quod si nihil super imponi dolor patitur: id quod sine

tumore est: fouere oportet spongia: quæ in aquam calidam demittatur: in qua uel papaueris cortex / uel cucumeris siluestris radix decocta sit. cum inducere articulis crocum cum succo papaueris & ouillo lacte. at si tumor est: foueri quidem debet aqua egelida: in qua lenticus / alia ue uerbena ex reprimentibus decocta sit. induci uero medicamentū ex nucibus amaris cum aceto tritis: aut ex cerussa: cui contritæ herbæ muralis succus sit adiectus. Lapis etiam qui carnem exedit: quem sarcophagon græci uocant: excisus sic ut pedes capiat: demissos eos cum dolent: retentosq; ibi / leuare consueuit. Ex quo in asi a lapidi tasio gratia est. Vbi dolor & inflammatio se remisse runt. quod intra dies quadraginta fit: nisi uitium hominis accessit: modicis exercitationibus: abstinentia: unctionibus lenibus utendum est / sic ut etiam acopo uel liquido cærato cypri no articuli perfricentur. Equitare podagricis quoque alienum est. Quibus uero articulorum dolor certis temporibus reuerti tur: hos ante & curioso uictu cauere oportet / ne inutilis materia corpori supersit & crebriore uomitu. & siquis ex corpore metus est: uel alui ductione uti / uel lacte purgari. Quod Erasistratus in podagricis expulit: ne in iferiores partes factus cursus pedes repleret: cum euidens sit omni purgatione non superiora tantummodo: sed etiam inferiora exinaniri. Ex quo cunq; autem morbo quis inualescit: si tarde confirmatur: uigilare prima luce debet: nihilominus in lecto conquiescere. circa tertiam horam leuiter unctis manibus corpus permulcere. Deinde delectationis causa quantum iuuat ambulare circumcisa omni negociosa cogitatione uel actione. tum gestari diu: multa fricatione uti: lo ca: cælum: cibos sæpe mutare. Vbi triduo / quatriduo ue uinum bibit: uno aut etiam altero die interponere aquam. Per hæc enim fiet: ne in uitia tabem inferentia incidat: & ut mature uires suas recipiat. Cum ex toto uero cōualuerit: periculose / uitæ genus subito mutabit & inordinate aget. Paulatim ergo debebit omissis his legibus eo transire: ut arbitrio suo uiuat.

QVINTVS

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER QVINTVS INCIPIT.

Dixi de iis malis corporis: quibus uictus ratio maxime subuenit. Nunc transeundum est ad eam medicinæ partem: quæ magis medicamē-
d tis pugnat His multum antiqui auctores tri-
buerunt & Erasistratus & ii qui se empiricos nominauerunt: præcipue tamen Erophilus: deductiq; ab illo uiri: adeo ut nullum morbi genus sine his curarent. Multa que etiam de facultatibus medicamentorum memoriæ prodiderunt, qualia sunt uel Zenonis uel Andriæ uel Apollonii, qui Mys cognominatus est. Horum autem usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit: & cum omnia fere medicamenta stomachum lædant maliq; succi sint: ad ipsius uictus rationem potius omnem curam suam transtulit. Verum ut illud in pleriſq; morbis utilius est: sic multa admodum corporibus nostris incidere consuerunt: quae sine medicamentis ad sanitatem peruenire non possunt. Illud ante omnia scire conuenit: quod omnes medicinæ partes ita innexæ sunt: ut ex toto separari non possint: sed ab eo nomen trahant: a quo plurimum petunt. ergo ut illa que uictu curat aliquando medicamentum adhibet: & illa quæ præcipue medicamentis pugnat / adhibere etiam rationem uictus debet. quæ multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Sed cum omnia medicamenta proprias facultates habeant: ac sæpe simplicia opitulentur: sæpe mixta: non alienum uidetur ante proponere & nomina & uires & mixturas eorum: quo minor ipsius curationis ex sequentibus mora sit.

DE SIMPLICIBVS facultatibus quarumcunque rerum exquibus medicamenta fiunt: & primo de iis / quae sanguinem

supprimunt. CAPVT. I.

Calcatoy.

€ Anguinem supprimunt atramentum sutorium: quod graeci chalcanton appellant: chalcitis: acacia & exaqua licium: tus: aloe: gummi: plumbum combustum: porrum: herba sanguinalis: creta uel cimolia uel figularis: mysi: frigida aqua: uinum: acetum: alumen: melinum: squama & ferri & æris. atq; huius quoque duae species sunt: alia tantum aeris: alia rubri æris

Quae uulnus glutinant. CAPVT: II.

g Lutinant uulnus/myrra: tus: gummi/praecipue quae acantinum: psylleum: tragacantha: cardamomon: bulbi: lini semen: nasturcium: oui album: gluten: ichthyocolla: uitis alba: contusae cum testis suis cochleae: mel coctum: spongia/uel ex aqua frigida, uel ex uino/uel ex aceto expressa. ex hisdem lana sucida: si leuis plaga est/etiam aranea: alumen & scissile/quod scistos uocatur: & liquidum: melinum: auripigmentum: ærugo/chalcitis: atramentum sutorium.

Lana sucida.

Scistos

Quae concoquunt & mouent pus. CAPVT. III.

c Oncoquunt & mouent pus: nardum: myrra: costus: balsamum: galbanum: propolis: styrax: turis & fuligo & cortex: bitumen: pix: sulphur: resina: seuum: adeps: oleum.

Quae aperiunt uulnera. CAPVT. IIII.

u Vlnera aperiunt tanquam ora in corporibus: quod stoma græce dicitur: cynnamomum: balsamum: panacis: iucus quadratus: puleium: flos albæ uiolæ: bdella: galbanum: resina terebinthina & pinea: propolis: oleum uetus: piper: pyretrum: chamepitis: uua timinia: sulphur: alumen: rutæ semen.

Quæ purgant. CAPVT. V.

arsenico

Purgant/ærugo: auripigmentum: quod arsenicon a græcis nominatur. Huic autem & sandaracæ in ōnia eadem uis: sed ualidior est squama æris: pumex: iris: balsamum: styrax: tus: turis cortex: resina & pinea & terebinthina liquida: cenanche: lacerti stercus. sanguis columbæ & palumbi & hirundinis: ammoniacum: bdellium: quod in omnia idem quod ammoniacum potest: sed ualentius est: abrotanum. ficus arida: coccum gnidium: scobis eboris: omphacium: radicula: coagulum/sed maxime leporinum: cui eadem quae caeteris coagulis facultas. sed ubiq; ualidior est: fel: uitellus crudus: cornu ceruinum: gluten taurinum: mel crudum: mistios: chalcitis: crocum: uua timinia: abrotanum: spuma argenti: galla: squama æris: lapis haematites: minium: costum: sulphur: pix cruda: seuum: adeps: oleum: ruta: porrum: lenticula: eruum.

sesum Adepſ.

Quae rodunt. CAPVT. VI

Rodunt alumen liquidum/sed magis rotundum. aerugo. chalcitis. mysi. squama æris sed magis rubri. æs combustum. sandaraca. minium synopicum. galla. balsamum. myrra. turis cortex. galbanum. resina terebinthina humida. piper utrunq;/sed rotundum magis. cardamomum auripigmentum. calx. nitrum. & spuma eius. apii semen. narcissi radix. omphacyum. alcyonium. oleum ex amaris nucibus. allium. mel crudum. uinum. lentiscus. squama ferri. fel taurinum. scamonea. uua timinia. cynnamomum styrax. cicutae semen. resina. narcissi semen. fel. nuces amarae. oleumq; earum. atramentum sutorium. chrysocolla. ueratrum. cinis.

Minij ſmopriū.

Quae exedunt corpus. CAPVT. VII.

Exedunt corpus acaciæ succus: hebenus: ærugo: squama æ-

ris: chrysocolla: cinis: cyprius: nitrum: cadmia: spuma argenti. hypocystis. diphryges. sal. auripigmentum. sulphur. cicuta. sandaraca. salamandra. alcyonium. aeris flos. chalcitis: atramentum sutorium: ochra: calx: acetum: galla: alumen: lac caprifici / uel lactucæ marinæ: quae tithymallos a græcis nominatur: alcyonium: fel: turis fuligo: spodium: lenticula: mel: oleæ folia: marrubium: lapis haematites & phrygius & tasius & scissilis: mysi: uinum: acetum.

Quae adurunt. CAPVT. VIII.

a Durunt auripigmentum: atramentum sutorium: chalcitis: mysi: ærugo: calx: carta combusta: sal: squama æris: fex combusta: myrra: stercus & lacerti & columbæ & palumbi & hirundinis: piper / coccum gnidium: allium: diphryges: lac utrunque: quod proximo capite supra comprehensum est: ueratrum & album & nigrum: cantharides: corallium: pyretrum: tus: salamandra: eruca: sandaraca: uua timinia: chrysocolla: ochra: alumen scissile: ouillum stercus: oenanthe.

Quae crustas ulceribus inducunt. CAPVT VIIII

e Adem fere crustas ulceribus tanquam igne adustis inducunt: sed præcipue chalcitis utique si cocta est: flos æris: ærugo: auripigmentum: mysi & id quo magis coctum.

Quae crustas ulceribus resoluunt: CAPVT. X.

c Rustas uero has resoluit farina triticea cum ruta uel porro aut lenticula: cui mellis aliquid adiectum est.

Quae discutiant ea: quæ in aliqua parte corporis coierunt. CAPVT. XI.

a Discutienda uero ea: quae in corporis parte aliqua co-

erunt: maxime possunt: abrotanum: helenium: amaracus: alba uiola: mel: lilium: sampsucus: cyprius: lac: sertula campana: serpillum: cupressus: cedrus: iris: uiola purpurea: narcissus: rosa: crocum: passum: iuncus quadratus: nardū: cynnamomū: casia: ammoniacum: cæra: resina: uua timinia: spuma argenti: styrax: ficus arida: tragoriganus: lini & narcissi semen: bitumen: sordes exgymnasio: pyrites lapis/aut molaris: crudus uitellus: amaræ nuces: sulphur.

sampsucus.

Quae euocant & educunt CAPVT. XII.

e Vocat & educit: ladanum: alumen rotundum: hebenus: lini semen: omphacium: fel: chalcitis: bdellium: resina terebinthina & pinea: propolis: ficus arida decocta: stercus colūbae: pumex: farina lolii: grossi in aqua cocti: elaterium: lauri baccae: nitrum: sal.

Quae exasperata leuent. CAPVT. XIII.

l Euat id quod exasperatum est: spodium: hebenus: gummi: oui album: lac. tragacanthum.

Quae carnem nutriunt & ulcus implent. CAPVT. XIIII.

c Arnem alit & ulcus implet/ resina pinea: ochra attice: uel asterace: caera: butyrum.

Quae molliunt. CAPVT. XV.

m Olliunt æs combustum: terra erythria: nitrum. papaueris lacrima: āmoniacum: bdellium: caera: seuum: adeps: oleum: ficus arida: sesamum: sertula campana: narcissi & radix & semen: rosæ folia: coagulum: uitellus crudus: amaræ nuces: medulla omnis: stibis: pix: cochlea cocta: cicutæ semen: plumbi recrementum: scorian molybdi græci uocant: panacis: cardamomum: galbanum: resina: uua timinia: styrax: iris: balsamum: sordes exgymnasio: sulphur: butyrum: ruta.

Scorian molybdi græci uocat.

Quae cutem purgant. CAPVT.XVI.

CVtem purgat mel: sed magis: si est cum galla: uel eruo: uel lenticula: uel marrubio: uel iride: uel ruta: uel nitro: uel ærugine.

DE mixturis simplicium rerum & de ratione ponderum & quid malagma & emplastrum & pastillus inter se differant CAPVT.XVII

EXpositis simplicibus facultatibus dicendum est quemadmodum misceantur: quae ex his fiant. Miscentur autem uarie: neq; huius ullus modus est: cum ex simplicibus alia demantur: alia adiiciantur: iisdemq; seruatis / ponderum ratio mutetur. Ita cum facultatum materia non ita multiplex sit: innumerabilia mixturarum genera sunt. quæ cõprehendi si possent: tamen esset supuacuum. Nam & idem effectus intra paucas compositiones sunt: & mutare eas cuilibet cognitis facultatibus facile est. Itaq; contentus iis ero quas accepi uelut nobilissimas. In hoc autem uolumine eas explicabo: quæ uel desiderari in prioribus potuerunt: uel ad eas curationes ptinent: quas protinus hic comprehendam: sic / ut tamen quae magis communia sunt / simul iungam. Siqua singulis uel etiam paruis accommodata sunt: in ipsorum locum differam. Sed & antea sciri uolo: in uncia pondus denariorum septem esse. Vnius deinde denarii pondus diuidi a me in sex partes ideſt sex uncias: ut idem in uncia denarii habeam quod graeci habent i eo: quem obolon appellant. Id ad nostra pondera relatum paulo plus dimidio scripulo facit. Malagmata uero atq; emplastra pastilliq; quos trochiscos graeci uocant cum plurima eadem habeant: differunt eo quod malagmata maxime exodoribus eorumq; etiã surculis. Emplastra pastilliq; magis exq; busdã metallicis fiunt. deinde malagmata cõtusa abũde mollescunt: nã sup integrã cutẽ iniiciuntur. Laborioſe uero cõteruntur ea ex qbus ẽplastra pastilliq; fiũt: ne lædãt uulnera cũ ipsita sunt.

Inter ēplastrum aūt & pastillum hoc itereſt. quod emplastrū utiq; liquati aliqd accipit. in pastillo tantū arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Tum emplastrum hoc modo fit. arida medicamenta per se teruntur. deinde mixtis his instillatur aut acetum aut siquis alius non pinguis humor accessurus est. & ea rursus ex eo teruntur. Ea uero quae liquari possunt ad ignem simul liquantur: & siquid olei misceri debet: tum ī fundit ur. Interdum etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Vbi facta sunt quae separatim fieri debuerunt: in unum oīa miscentur. At pastilli haec ratio est. Arida medicamenta contrita humore non pingui aut uino uel aceto coquuntur: & rursus cocta inarescunt. Atq; ubi utendum est eiusdem generis humore diluū tur. tū ēplastrū īponitur. pastillus illinitur aut alicui molliori: aut cærato miscetur.

emplastra

pastilli

DE MALAGMATIS. CAPVT. XVIII.

Malagma aduersum calidas podagras;

His cognitis primum malagmata subiiciam: quae fere non sunt refrigerandi: sed calfaciendi causa reperta. Est tamē quod refrigerare possit ad calidas podagras aptum. Habet gallae & immaturae & alterius: coriandri seminis: cicutae: lacrimae aridae: gummi: singulorum plenum acetabulum. cærati eloti: quod peplemenon graeci uocant: selibram. Reliqua fere calefaciunt. Sed quaedam digerunt materiam: quaedam extrahunt: quae epispastica uocantur. pleraque certis magis partibus membrorum accomodata sunt.

peplemenō

epispastica

Malagma ad materiam extrahendam.

In materia extrahenda est: ut in hydropico: in lateris dolore: in incipiente abscessu: in suppuratione quoq; mediocri: aptum ē id quod habet resinae aridae: nitri: āmoniaci: galbani: singulorum pōdo: cerae pōdo. Aut in quo haec sunt: aeruginis rasae: turis: singulorum. P. XII. āmoniaci salis. P. XVI squamae aeris: cerae: singulorum. P. XVIII. resinae aridae. P XXII. aceti cyathus. Ide praestat cumini farina cū struthio

Malagma ad iecur dolens & melle. p. ii.

balanos

Cōe malagma multis malis.

Oēs dolorē leuat.

ſ Iecur dolet: id in quo eſt balſami lacrimae .P.XXII coſti: cynnamomi: caſiae: corticis myrtae: croci: iunci rotundi: balſami ſeminis: iridis illiricae: cardamomi: amomi: nardi: ſingulorum .P.XXVI. Quibus adiicitur nardum unguentum: donec caerati craſſitudo ſit: Et huius quidem recentis uſus eſt: Si uero ſeruandum eſt: reſinae terebinthinae .P. XXVI: caerae. P .XX. ex uino leni contunduntur

Malagma ad lienem.

a T ſi lienis torquet: glandis: quam balanon graeci uocant: corticem & nitrum paribus portionibus cōtunduntur: reſperguntur que aceto quam acerrimo. Vbi caerati craſſitudinem habet: linteo antea in aqua frigida madefacto illinitur & ſic imponitur: ſupraq; farina hordeacea iniicitur: ſed manere ibi non amplius ſex horis debet: ne lienem conſumat Satiuſq; eſt id bis aut ter fieri. Communem autem & iocineri & lieni & abſceſſibus & ſtrumae: parotidibus: articulis: calcibus quoq; ſuppurantibus / aut alicer dolentibus: etiam cōcoctioni uentris Lyſias compoſuit exhyſopi: panacis: ſtyracis: galbani: reſinae: ſingolorum. P.XII. ammoniaci: bdellii: cerae: ſeui taurini: iridis aridae. P.XIIII. caclitios acetabulo: piperis granis quadraginta. Quae cōtrita irino unguēto tēpantur.

Malagma ad laterum dolores

a D laterum autem dolores compoſitio eſt Apollophanis in qua ſunt reſinae terebinthinae: turis fuliginis: ſingulorum, P.XIIII. bdellii: āmoniaci: iridis: ſeui uitulini / aut caprini a renibus ſicci: ſingulorum. P.XIIII. Haec aūt eadem ōnem dolorē leuant: dura emolliunt: mediocriter calefaciūt. Ad idem latus Andreae quoq; malagma ē: quod etiā reſoluit: educit humorem: pus maturat: ubi id maturum eſt: cutem rumpit: ad cicatricem pducit. prodeſt impoſitum minutis / maioribuſq; abſceſſibus: item articulis: ideoq; & coxis & pedibus dolentibus. item ſiquid in corpore colliſum eſt. reficit. praecordia quoq; dura & inflata emollit: oſſa extrahit. ad ōnia deniq; ualet: quae adiuuare calor poteſt, id habet cerae. P.XI. uiſci

sycamini: quam alias sycomorum uocant: lacrimae: singulorũ P.XI. piperis et rotundi et longi: ammoniaci: thixmiamatis: bdellii: iridis illiricae: cardamomi: amomi: xilobalsami: turis masculi: myrrae: resinae aridae: singulorum .P.XX. pyre tri: cocci gnidii: spumae nitri: salis ammoniaci: aristolochiae creticae: radicis ex cucumere agresti: resinae terebinthinae liq dae singulorum. P. XXX. Quibus adiicitur unguenti irini quantum satis est ad ea molliendа atq; cogenda.

Malagmata ad resoluenda quae astricta sunt: & mol lienda quae dura sunt: & digerenda quae coeunt.

p Rœcipuum uero est ad resoluenda quae astricta sunt: mol lienda quae dura sunt: digerenda quae coeunt id quod ad Polyarchum auctorem refertur. Habet iunci quadrati: cardamomi: turis fuliginis: amomi: caerae: resinae liquidae pares portiones.

Aliud malagma ad eadem.

a Liud ad eadem: nilei: croci magmatis: quod quasi recre mentum eius est. P. XIIII. ammoniaci: thymiama tis: caerae: singulorum. P. XXX. ex quibus duo priora ex aceto teruntur: caera cum rosa liquatur: & tum omnia iunguntur.

Malagma mosci ad molliendum.

p Roprie etiam dura mollit id quod mosci esse dicitur. Habet galbani unciam: turis fuliginis P.Z. caerae: am moniaci: thymiamatis trientes: picis aridae. P. II. aceti be minas tres.

Malagma medi ad digerenda quae coeunt

f Ertur etiam ad digerenda quae coeunt sub auctore me do: quod habet caerae. P.Z. panacis. P. semis: squamae aeris: aluminis rotundi: item sciſſilis: singulorum. P. I. plũ bi combusti. P. I. & semis

Malagma Panthemi ad eadem.

a D eadem panthemus utebatur: calcis. P. semis. sina pis contriti: item foeni graeci: aluminis: singulorũ. p. I

Seui bubuli. P. II. & semis.

Malagma ad strumas

a Dstrumam multa malagmata inuenio. Credo autem quo peius id malum est: mi nusque facile discutitur: eo plura esse tentata: quae in personis uarie respondeant. Andreas auctor est: ut haec misceantur: urticae seminis P. XI. piperis rotundi: bdellii: galbani: ammoniaci: thymiamatis: resinae aridae: singulorum. P. XIIII. resinae liquidae: cerae: pyretri: piperis longi: lactucae marinae seminis: sulphuris ignem non experti: quod apyron uocatur: fecis aridae: aceti: spumae nitri: salis ammoniaci: sinapis: cardamomi: radicis ex cucumeris siluestri: resinae: singulorum. P. XVIII. Quae ex leni uino contunduntur.

Aliud malagma ad id ualens.

e Xpeditius ad idem fit / quod habet uisci: semeni: stercoris: resinae: sulphuris ignem non experti pares portiones Et in quo est sulphuris. P. XI. lapidis quem pyriten uocant. P. XIIII. cumini acetabulum. Item in quo est lapidis eiusdem pars una: sulphuris duae partes: resinae terebinthinae partes tres.

Malagma ad strumam & phymata

a Rabis autem cuiusdam est ad strumam & orientia tubercula: quae phymata uocantur: quod haec digerit. Habet myrrae: salis ammoniaci: turis: resinae & liquidae & aridae: croci magmatis: caerae: singulorum. P. XI. lapidis eius: quem pyriten uocant. P. XIIII. quibus quidam adiiciunt. sulphuris. P. II.

Malagma ad strumam & tubera & carcinodas.

e St etiam proficiens in struma & in iis tuberibus / quae difficiliter concoquuntur: & in iis / quae carcinodae uocantur: quod ex his constat. sulphuris. P. XII. nitri. P. XIIII. myrrae. P. XVI. fuliginis turis. P. semis: salis ammoniaci. P. Z. caerae. P. I.

Malagma protarchi ad parotidas & fauum & mala ulcera.

p Rotarchus autem ad parotidas eaq; tubercula: quæ melicera: ideſt faui uel phymata nominãtur: item mala ulcera: pumicis: reſinæ pineæ liquidæ: turis fuliginis: ſpumae nitri: iridis: ſingulorum. P. XVIII. cũ cæræ. P. XVIIII. miſcebat: biſq; olei cyathum & dimidium adiiciebat.

Malagma aduerſus panum & phymata.

a T aduerſus panum tum primum orientem: quod phygetron græci uocant: & omne tuberculum: quod phyma nominatur: miſcetur ochra: quæ attice nominatur cum duabus partibus ſimilæ: his que contunditur: ſubinde mel inſtillatur: donec malagmatis craſſitudo ſit.

Malagma aduerſus phymata.

d Iſcutit etiam omne tuberculum: quod phyma uocatur: id quod habet calcis: nitri ſpumæ: piperis rotundi: ſingulorum. P. XI. galbani. P. XII. ſalis. P. XIIII. quæ excipiuntur cærato ex roſa facto.

Malagma ad ſupprimendum omne quod abſcedit.

f Vpprimitq; omne quod abſcedit id: in quo eſt galbani: fabæ freſae: ſingulorum. P. XI. myrrae: turis: ex radice capparis corticis: ſingulorum. P. XIIII. Satiſq; ōnia abſcedētia digerit murex combuſtus & bene contritus aceto ſubinde adiecto.

Malagma ad ſanguinem ſupprimendum & phymata.

a T ſi ſatis ſanguis ſubit: recte imponitur quod aduerſus phymata quoque poteſt Conſtat ex his: bdellii: ſtyracis: ammoniaci: galbani: reſinae & aridae & liquidae pineae. Item ex lentiſci: turis: iridis ſingulorum. P. XII.

Malagma ad carcinodas & phymata leniẽda

c Arcinodæ uero & phymata commode his leniuntur: galbani: uiſci: ammoniaci: reſinae terebinthinae in ſingulis P. XI. ſeu taurini. P. ſemis: fecis combuſtae q̃ maxima portione: dum id ſiccius non faciat/ q̃ eſſe malagma oportet.

Malagma ad liuorem faciei contuſæ.

q Vod ſi facie contuſa liuor ſubcreuentus eſt: haec compo

ſitio nocte & die impoſita tollit. Ariſtolochiae : thapſiae : ſingulorum. P. XII. bdellii: ſtyracis: ammoniaci: thymiamatis: galbani: reſinae aridae & ex lentiſco liquidae: turis maſculi: iridis illiricae: caerae: ſingulorum P. XIIII. Idem faba quoq; impoſita proficit.

Malagmata ſtomachica ad aperiendum.

f Vnt etiam quaedam malagmata : quae ſtomachica graeci uocant : quoniam aperiendi uim habent. Quale eſt quod ex his conſtat, piperis longi: ſpumae nitri: ſingulorum. P. XII. eriſimi. P. XIIII. Quae cum melle miſcentur. Idonea que etiam ſtrumae aperiendae ſunt eius generis. Vehementius que ex his eſt id quod habet calcis. P. XIIII. piperis grana ſex : nitri: caerae: ſingulorum. P. XX. mellis P. Z. olei heminam

Niconis malagma ad reſoluendum aperiendum que ac purgandum.

n Iconis quoque eſt quod reſoluit: aperit: purgat. Habet alcyonium: ſulphur: nitrum : pumicem paribus portionibus. quibus tantum picis & caerae adiicitur : ut fiat caerati craſſitudo.

Malagma ad oſſa & neruos.

a Doſſa autem Ariſtogenis fit ex his. Sulphuris. P. XI. reſinae terebinthinae: nitri ſpumae & ex ſcylla partis interioris: plumbi eloti: ſingulorum. P. XII. turis fuliginis. P. XVIII. ficus aridae quam pinguiſſimae: ſeui taurini: ſingulorum. P. XVIII. caerae P. XXI. iridis macedonicae. P. XVI ſeſami fricti acetabulum. maxime que neruis & articulis malagma conuenit.

Malagma Euticlei ad articulos & ad ōnem dolorem.

i Gitur Euticlei eſt & ad articulos et ad omnem dolorem et ad ueſicae et ad recenti cicatrice contractos articulos: quas ancylas graeci nominant. quod habet fuliginis, turis acetabulum: reſinae tantundem: galbani ſine ſurculis ſeſcunciam ammoniaci: bdellii: ſingulorum. P. Z. caerae. P. ſemis. Aliud

ſtem fit: quod habet iridis: ammoniaci: galbani: nitri: ſingulo rū. P. XXIIII. reſinae liquidae. P. XVI. caerae. P. XXVI

Malagma ſoſagorae ad dolores articulorum

a D dolores articulorum Soſagorae: plumbi combuſti: pa paueris lacrimae: corticis hyoſcyami: ſtyracis: peuceda ni: ſeui: reſinae: cerae pares portiones.

Chryſippi malagma ad idem ualens

c hryſippi: reſinae liquidae: ſandaracae: piperis ſingulorū. P. XXII. quibus cerae paululum adiicitur.

Cleſipontiſ malagma ad idem ualens & ad parotidas & phymata & ſtrumam.

c Leſipontis: cerae cereicae: reſinae terebinthinae: nitri q̄ ru berrimi: ſingulorum. P. ſemis: olei cyathi tres. Sed id nitrum ante pertriduum inſtillata aqua teritur & cum ſextario eius incoquitur donec omnis humor conſumatur. Poteſt uero ea compoſitio etiam ad parotidas: phymata: ſtrumam: om nem q̄, coitum humoris emolliendum.

Malagma ad articulos

a D articulos fici quoq; aridi partem nepetae mixtam: uel uuam timiniam ſine ſeminibus cum puleio recte aliquis imponit.

Malagma Ariſtonis aduerſus podagras & recentia phymata & omnis dolores.

e Adem podagrae præſidia ſunt. Sed ad eam fit Ariſtonis quoq; quod habet nardi: cynnamomi: caſiae: cameleōtis: iunci rotundi ſingulorum. P. XVIII. ſeui caprini ex irino li quati. P. XXX. iridis. P. XI. quae in aceto quam acerrimo iacere per. XX. dies debet. Idem autem etiam recentia phy mata doloreſq; omnes diſcutit.

Theoſeni malagma ad pedum dolores

a T Theoſenus ad pedum dolores ſeui a renibus partem tertiam: ſalis partes duas miſcebat: biſque membranu lam illitam imponebat: tum ſuper iniiciebat ammoniacum / thi miana in aceto liquatum.

Numenii malagma ad podagram caeteros que articulos induratos

a T Numenius podagram caeteroſq; articulos induratos hoc molliebat. abrotani: roſæ aridae: papauerif lacrimæ ſingulorum. P. XIII. reſinae terebinthinae. P. XIIII. turis: ſpumae nitri: ſingulorum. P. XVIII. iridis: ariſtolochiae: ſingulorum. P. XXII. cæræ. P. III. quibus adiicitur cedri cyathus unus. olei laurei cyathi tres: olei acerbi ſextarius.

Dexii malagma ſiquando callus in articulis increuit.

Callus.

Iquando autem in articulis callus increuit Dexius docuit imponere calcis. P. XIIII. ceruſſae. P. XVIII. reſinae pineæ. P. XXX. piperis grana. XXX. cæræ. P. Z. Quibus dum contunduntur, hemina uini lenis, inſtillatur.

DE EMPLASTRIS. CAPVT. XIX.

Epiphora

e Xemplaſtris autem nulla maiorem uſum præſtant: quam quæ cruentis protinus uulneribus iniiciuntur: enhaema graeci uocant. Haec enim reprimunt inflammationem niſi magna uis eam cogit: atq; illius quoq; impetum minuunt: tum glutinant uulnera quæ id patiuntur: cicatricem hiſdem inducunt. Conſtãt autem ex medicamentis non pinguibus. ideoq; alipene nominantur.

Enhaema.

alipene enhaema

Barbarum emplaſtrum nigrum: quod cruentis ptinus uulneribus iniicitur.

o ptimum ex his eſt quod barbarum uocatur. Habet æruginis raſæ. P. XXII. ſpumae argenti. P. XXX. aluminis: picis aridæ: reſinæ pineæ aridæ ſingulorum. P. XI. quibus adiiciuntur olei & aceti ſingulae heminae.

Coacon emplaſtrum nigrum ad idem ualens

Coacon Epliſtrũ.

a Lterum ad idem: quod choacon uocant: habet ſpumæ argenti. P. XC. reſinae aridæ tantundem. Sed ſpuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplaſtris color niger eſt: qui fere talis fit. ex pice atq; reſina. Ac ex bitu

mine nigerrimam. ex ærugine aut aeris squama uiridis, ex mi nio ruber. ex cerussa albus.

Ex minio ruber.

Basilicon emplastrum nigrum ad idem.

Basilicon emplastru.

P Aucæ admodum compositiones sunt: in quibus aliquid mixturæ uarietas nouat. Ergo id quoq; nigrum est: quod basilicon nominatur. Habet panacis. P. XI galbani. P. XII picis & resinae singulorum P. XX. olei dimidium cyathum.

Smaragdinum emplastrum ad idem.

Smaragdinu emplastru.

a T quod per uiride est: smaragdinum appellatur. in quo sunt resinæ pineæ. P. XIII. cæræ. P. XI. æruginis. P. Se mis. turis fuliginis. P. Z. olei tantundem. aceti quo fuligo & ærugo in unum cogantur.

Emplastum ruffum ad idem

e ST etiam coloris fere ruffi: quod celeriter ad cicatricem uulnera perducere uidetur. Habet turis. P. XI. resinæ. P. XII squamæ æris. P. XIIII. spumæ argenti. P. XXX. Cæræ. P. XC. olei heminam.

Paracolleticum emplastrum ad idem

Paracollatrcu á glutinãdo dictu.

p Raeterea est: quam paracolleticam a glutinando uocant. Constat ex his. bituminis: aluminis scissilis. P. XIIII. spumae argenti. P. X. & olei ueteris hemina.

Cephalicum emplastrum Philotæ capiti conueniens.

Cephalicu emplastru.

p Raeterea sunt quædam generis eiusdem: quae (quia) capiti bus fractis maxime conueniunt: cephalica a graecis nomi nantur. Philotae cõpositio habet terrae erythriae: chalcitidis: Singulorũ. P. XIIII myrrae: aeris cõbusti P. XX. ichthyocol lae singulorũ P. XVI. aeruginis rasae: aluminis rotundi: mysi crudi: aristolochiae: Singulorum. P. XVIII. squamae aeris. P. XX. turis masculi. P. XII. caerae. P. I. rosae & olei acetbi ternos cyathos: aceti quantum satis est: dum arida ex eo conte rantur.

Emplastrum uiride ad idem ualens

a Liud ad idem uiride aeris combusti: squame aeris: myrrae ichthyocolle: Singulorum. P. XVI. mysi crudi: aeruginis

rasx: aristolochiae: aluminis rotundi singulorum. P. XVIII. caerae. P. XI. olei hemina: aceti quod satis sit.

Tetrapharmacos

Tetrapharmacum emplastrum ad pus mouendum.

p Vri autem mouendo non aliud melius: quam quod expeditissimum est. tetrapharmacon a graecis nominatur. habet pares portiones caerae: picis: resinae: seui tauri ni: si id non est/uitulini.

Enneapharmacum emplastrum ad pus mouendum & ad purgandum ualens.

enneapharmacū

a Iterum ad idem enneapharmacum nominatur: quod magis purgat: constat ex nouem rebus: caera: melle: seuo: resina: myrra: rosa: medulla uel cerumna uel uitulina uel bubula: hysopo: butyro. Quorum ipsorum quoque pondera paria miscentur. Sunt autem quaedam emplastra: quibus utriusq; rei facultas est. quae si singula habenda sunt. meliora sunt. Sed in copia reiicienda sunt: iis potius adhibitis: quae proprie id: quod eo tempore opus est: consequuntur. Exempli causa duo proponam.

Attalum emplastrum ad uulnera.

attalū

e Stigitur ad uulnera attalum: quod habet squamae æris. P. XXVI. fuliginis. P. XXV. ammoniaci tantundem. resinæ terebinthinæ liquidæ. P. XXXV. seui taurini tantundem. aceti heminas tres. olei sextarium.

Iudaei emplastrum fracto capiti accomodatum

a Inter ea quae fracto capiti accomodantur: habent quidam id quod ad auctorem iudaeum refertur. Constat ex his. salis. P. XIIII. squamae æris rubri: aeris combusti: singulorum. P. XXII. ammoniaci: thymiamatis: turis fuliginis: resinae aridae: singulorum. PXVI. resinae colophoniacae: caerae: seui uitulini curati: singulorum. P. XXX. aceti sesquicyathum: olei minus cyathum. Tetherapeumena graeci appellāt: quae curata uocant: cum ex seuo puta omnes membranulae diligenter exemptae sunt/ex alio medicamento.

Tetherapeumena

Diadaphnidon emplastrum adextrahendum

epispastica.
diadaphnidon

f Vnt etiam quaedam emplastra nobilia adextrahendum.
Quæ ipsa quoq; epispastica nominantur. Quale est: quod quia lauri baccas habet: Diadaphnidon appellatur. ineo est resinæ terebinthinae. P. XX. nitri: cæræ: picis aridae: baccarū lauri: singulorum. P. XXX. olei paulum. Quotiens aut baccam/aut nucem/aut simile aliquid posuero: scire oportebit: anteq̄ expendatur: ei summam pelliculam esse demendā.
Aliud diadaphnidon ad extrahendum & pus mouēdū
a Liud eo nomine: quod puri quoq; mouendo est: seui uitulini: ammoniaci: thymiamatis: picis: cæræ: nitri: baccarū lauri: resinae aridae. aristolochiae: pyretri pares portiones
Philocratis ēplastrum ad extrahēdū & pus mouēdum
p Ræterhas est philoctatis: quod habet salis ammoniaci. P. XVII. aristolochiae. P. XVIII. caerae. resinae terebinthinae. fuliginis turis. singulorum. P. XXV. spumae argenti. P. XXXXII. Quibus ut pus quoq; moueant: iridis. P. XIIII. & galbani. P. XVI. adiiciuntur.
Rhypodes emplastrum ad extrahendum.
o Ptimum tamen ad extrahendum est id: quod a similitudine sordium rhypodes graeci appellant. Habet myrrae. croci. iridis. propolis. bdellii. capitulorum punici mali. aluminis & scissilis & rotundi. mysi. chalcitis. atramenti sutorii cocti. panacis. salis ammoniaci. uisci. singulorum. P. XIIII. aristolochiae. P. XVIII. squamae æris. P. XXVI. resinae terebinthinae. p. LXXV. cæræ & seui uel taurini uel bircini. p. XC

Rhypodes á similitudine sordium.

Emplastrum Hecatei adextrahendum.
h Ecateo quoq; auctore emplastrū genetis eiusdē fit ex his. galbani. P. XII. fuliginis turis. P. XIIII. picis. P. XVI caeræ & resinae terebinthinae. singulorum. P XVIII. quibus paulum irini unguenti miscetur.

Emplastrū Hecatei.

Alexandrinum emplastrum uiride ad extrahendum.
u Alensq; ad idem emplastrum uiride alexandrinum est. Habet aluminis scissilis. P. XVIII. salis ammoniaci. pondo. XVIII. Z. squamae æris. P. XXVI. myrrae.

turis: singulorum. P. XXVIII. caerae. P. X. CL. resinae colophoniacae aut pineæ. P. XCC. olei heminam: aceti sextarium.

De emplastris exedentibus

septa

q Vædam autem sunt emplastra exedentia: quae septa graeci uocant. quale est id quod habet resinæ terebinthinæ: fuliginis turis: singulorum: P. Z. squamae æris. P. XI. ladani. P. XII. aluminis tantundem: spumae argenti. P. XIIII.

Emplastrum quod exest corpus & ossa resoluit & super crescentem carnem coercet

e Xest etiam uehementer corpus atq; ossa quoq; resoluit & super crescentem carnem coercet id quod habet spumae argenti: squamae æris uncias singulas: nitri ignem non experti: lapidis tasii: aristolochiae. P. sextantes: caerae resinae terebinthinae: turis: olei ueteris: atramenti sutorii: salis ammoniaci. P. semis. æruginis rasae. p. bessem. aceti scylliti heminam. uini aminei tantundem.

Emplastra aduersus morsus & alia recentiora uulnera

f Vnt etiam aduersus morsus quaedam accommodata quale est Diogeni / nigrum: quod habet bituminis: caerae: resinae pineae aridae: singulorum. P. XXX. spumae argenti. P. XC. olei sextarium. Aut in quo sunt. squamae aeris. P. XIIII: caerussae & aeruginis passae singulorum. P. XVIII. ammoniaci. p. XXII. caerae: resinae pineae: singulorum p XXXV. spumae argenti. P. XC. olei sextarium. Aut in quo sūt squamæ æris. P. XXIIII. galbani. P. XVI. caerussae & aeruginis rasae: singulorum. P: XVIII. ammoniaci: p: XXII. cærae: resinæ pineæ: singulorū. p. XLV. spuma argēti cōcoq̄tur.

Echesium emplastrum rubrum adidem ualens

r ubrū quoq; emplastrū quod echesium uocaturhuc aptū est. Habet resinae terebinthinae. P. XII. galbani: P: XIIII minii sinopici: P: XVI turis fuliginis: P: XVI: cærae. P. XVIII. spumae argenti. P. XLVI: olei ueteris heminam.

Aliud emplastrum ad idem ualens.

Item id quod ex his constat. squamæ æris: turis fuliginis: singulorum. P. XIIII. galbani: P. XVI. salis ammoniaci. P. XXII. z. cæræ. P. XXXV. olei tribus heminis. Hæc autem aliis quoq; recētioribus uulneribus recte imponuntur.

Leuca emplastra non grauibus uulneribus accommodata & maxime senilibus.

Sunt enim alba lenia: leuca græci uocant: fere non grauibus uulneribus accommodata, praecipueq; senilibus. Quale est quod habet caeruſſae. P. XXXXII. seui uitulini curati & caerae. singulorum. P. XLVIII. olei heminas tres: ex quibus ea cæruſſa coquitur.

Elephantinum emplastrum.

Aliud quod habet cæruſſæ. P. X. caerae. P. XXXXV. olei heminam: aquæ sextarium. Quae quotiens adiiciuntur caeruſſae uel spumae argenti: scire licet illa ex his coquenda esse Est autem ea per candida compositio quæ suprapositā est. ideoq; elephantina nominatur.

Elephantina.

Lenia emplastra

Lenia quoq; quædam emplastra sunt: quas liparas fere græci nominant ut id quod habet minii. P. XIIII. spumæ argenti. P. XXXV. caerae & adipis suillae: singulorum. P. XXXVII. uitellos quattuor.

Lipares

Emplastrum lene

Alia cōpositio generis eiusdem: caerae: resinæ terebinthinæ: singulorum. P XVI. caeruſſae. P. XVIII. spumae argenti: plūbi recremēti: scorian molybdi græci uocāt: singulorum. P. XXX. cicini: olei: & myrti: singulorum hemiuæ.

scoria molybdi

Arcaghati emplastrum lene

Alia quæ ad auctorē arcaghatū refertur: mysi cocti: æris cōbusti: singulorum. P. XIIII. caeruſſae coctae. p. XVIII. resinae terebinthinae: p: XX: spumae argenti: p: XVI.

Emplastra eiusdem generis ad leniendum apta

Item num generis eiusdem: spumae argenti: caeræ: adipis suillae: singulorum: p: XXXVII: uitelli cocti

quattuor: roſae hemina. Aut caerati ex oleo myrteo facti partes tres: adipis ſuillae pars quarta: paulum ex plumbi recremẽto. Aut ſpumae argenti ſelibra ex olei hemina & aquae marinae altera cocta donec bullire deſierit: cui paulum cærae ſit adiectum. aut pares portiones caerae: ſeui: ſtibis: ſpumae argenti: caeruſſae.

DE paſtillis & primo de his qui ad recentia uulnera glutinanda ſanandaq; apti ſunt CAPVT. XX.

PAſtilli quoq; facultates diuerſas habent. Sunt enim ad recentia uulnera glutinanda ſanandaq; apti. Qualis eſt qui habet chalcitis: myſi: ſpumæ nitri: floris aeris: gallae: aluminis ſciſſilis modice cocti: ſingulorum. P. XI. aeris combuſti: capitulorum mali punici: ſingulorum. P. XIII. Hunc oportet diluere aceto: ſic ubi uulnus glutinandum eſt illinire. At ſi neruoſus aut muſculoſus is locus eſt: commodius eſt caerato miſcere: ſic/ut illius octo partes: nona huius ſit.

Alius paſtillus ad glutinanda uulnera

a Lius ad idem conſtat ex his. bituminis: aluminis ſciſſilis: ſingulorum. P. XI. æris combuſti. P. XIIII. ſpumae argenti. P. XXI. olei ſextarium.

De ſphragide paſtillo: quem Polybus confecit: ad glutinandum uulnus.

f Ed longe polybi celeberrimus eſt. ſphragis autem nominatur. qui habet aluminis ſciſſilis. P. XI. Z. atramenti ſutorii. P. XII. myrræ. P. XV. aloes tantundem: capitulorũ punici mali: fellis taurini: ſingulorum. P. XVI. Quae contrita uino auſtero excipiuntur.

Paſtillus ad ulcera ſordida & nigritiẽ in auribus: naribus: oſcenis partibus: inflammationeſque eorum.

a D ulcera ſordida & nigritiem in auribus: naribus: oſcenis partibus: inflammationes que eorum: chryſocollae. P. XI. atramẽti ſutorii: aluminis ſciſſilis: ſingulorũ. P. XII

P.XII. halicaccabi corticis. P.XIIII. minii. P.XVI. ſpumæ argenti. P.XXII. cæruſſae. P.XXVI. Quae ex aceto & co guntur & ubi utendum eſt: diluuntur.

Paſtillus andronis ad uuam inflammatam & ad natu ralia ſordida etiam cancro laborantia.

a Ndronis uero eſt ad uuam inflammatam: ad naturalia ſordida etiam cancro laborantia: gallae: atramenti ſuto rii: myrrae: ſingulorum. P.XI. ariſtolochiae: aluminis ſciſſi lis: ſingulorum. P.XII. capitula punici mali. P.XXXV. ex paſſo coacta & cum uſus exigit aceto uel uino diluta: prout ua lentius aut lenius uitium eſt: cui medendum eſt.

Paſtillus ad fiſſa ani: uel ora uenarum fundentia ſan guinem uel cancrum.

p Roprie autem ad ani fiſſa uel ora uenarum fundentia ſan guinem uel cancrum: æruginis. P.XII. myrrae. P.XXII ſtibis: lacrimae papaueris: acaciae: ſingulorum. P.XXVI. Quae ex uino & teruntur & in ipſo uſu deliquantur.

Paſtillus ad expellendum calculum cū urina

e Xpellere autem ex ueſica cum urina calculum uidetur hæc compoſitio. caſiæ: croci: myrrae: coſti: nardi: cynnamo mi: dulcis radicis. balſami: hyperici / pares portiones conte runtur. deinde uinum lene inſtillatur: & paſtilli fiunt: qui ſinguli habeant. P.XZ. bi que ſinguli quotidie mane ieiuno dantur.

DE PESSIS. CAPVT. XXI.

b Aec tria compoſitionum genera: ideſt quae in malagma tis paſtillis emplaſtris que ſunt. maximum / præcipueq; uarium uſum præſtant. Sed alia quoq; utilia ſunt. ut ea quae fœminis ſubiiciuntur (peſſos graeci uocant) Eorum hæc pro prietas eſt. Medicamenta compoſita molli lana excipiuntur: eaq; lana naturalibus conditur.

Ad ſanguinem euocandum

a D sanguinem autem euocandum canneis duabus adiicitur nitri. P. Xr. aut allii semen conteritur. adiicitur myrrae paululum: & unguento susino miscetur. aut cucumeris silue stris pars interior ex lacte muliebri diluitur.

Ad uuluam molliendam

a D uuluam molliendam oui uitellus & foenum graecum & rosa & crocum temperantur. Aut elaterii. P. XZ. salis tantundem. uuae timiniae. P. XVI. melle excipiūtur.

Alia pessi compositio ad idem ualens.

a Vt Boeto auctore: croci: resinae terebinthinae: singulorū P. XIIII. myrrae. P. X. ZZ. rosae. P. XI. seui uitulini. P. XIZ. cerae. P. XII. miscentur.

Ad inflammationes uuluae Numenii pessus.

o Ptima autem aduersus inflāmationes uuluae numenii compositio est: quae habet croci. P. XZ. cerae. P. XI. butyri P. XVIII. adipis anserini. P. XXII. uitellos coctos duos: rosae minus cyatho.

Ad eiiciendum e uulua infantem mortuum

f I uero infans intus decessit: quo facilius eiiciatur malocorium ex aqua terendum: eoq; utendum est.

Si mulier uitio locorum concidit qua curatione utendum sit.

f I concidere uitio locorum mulier solet: cochleae cum testis suis comburendae: conterendaeq;: deinde bis mel adiiciendum est. Si non cōprehendit: adeps leonina ex rosa molienda est.

adeps

DE medicamentis quibus aridis utimur. CAPVT. XXII.

Ad carnem super crescentem exedendam.

q Vaedam autem mixturae medicamentorum sunt: quibus aridis neq; coactis utimur: sic ut inspergamus: aut cum aliquo liquido mixta ilinamus. quale est ad carnem super crescentem exedendam. quod habet squamae: fuliginis turis: sin

gulorum.P.XI.æruginis.P.XII.Haec autem eadem cum melle purgant ulcera: cum caera implent. Myſi quoq; & galla ſi paribus portionibus miſceantur: corpus conſumunt. eaq; uel arida inſpergere licet: uel excepta cadmia illinire.

Adputrem carnem continendam ne ultra ſerpat: eam q; leniter exedendam plures compoſitiones.

p Vtrem uero carnem continet: neq; ultra ſerpere patitur & leniter exeſt: mel uel cū lenticula uel cum marrubio uel cum oleæ foliis ante ex uino decoctis. Item ſertula campana in mulſo cocta: deinde cōtrita. aut calx cum cærato: aut amarae nuces cum allio: ſic ut huius pars tertia ſit: paulumq; his croci adiiciatur. Aut quod habet ſpumæ argenti. P.XVI. cornu bubuli combuſti. P.XXII. olei myrtei & uini cyathos ternos. Aut quod ex his cōſtat: floris punici mali. atramenti ſutorii: aloes: ſingulorum. P.XII. aluminis ſciſſilis: turis: ſingulorum. P.XIIII. gallae. P.XVIII. ariſtolochiae. P.XX. Vehementius idem facit etiam adurendo: auripigmentū cum chalcitide & aut nitro aut calce aut charta combuſta. Itē ſal cum aceto. Vel ea compoſitio quae habet chalcitidis: capitulorum punici mali: aloes: ſingulorum. P:XII. aluminis ſciſſilis: turis: ſingulorum. P.XIIII. gallæ. P.XVIII. ariſtolochiae. P.XX. mellis quantum ſatis ſit ad ea cogenda. Vel cantharides. XI. ſulphuris. P.XI. loliī. P.XIII. Quibus adiicitur picis liquidae quantum ſatis eſt. adiungendum uel chalcitis quoq; cum reſina & ruta mixta. aut cum eadem reſina Didphryges. aut uua timinia cum pice liquida. Idem uero poſſunt feces uini combuſtae: & calcis & nitri pares portiones. uel aluminis ſciſſilis. P.XZZ. turis: ſandaracae: nitri: ſingulorum. P.X. gallæ. P.XVIII. ariſtolochiae. P.XX. mellis quātum ſatis eſt.

Hieræ compoſitio

e St etiam hieræ compoſitio. quae habet myrrae: chalcitidis: ſingulorum. P.XII. aloes: turis: aluminis ſciſſilis: ſingulorum. P.XIIII. Ariſtolochiae: gallæ immaturæ: ſingulo

tum.P.XVIII. malocorii contriti. P. XX.

Iudaei compoſitio

e Si iudæi: in qua ſunt calcis partes duae: nitri q̄ rubentimi pars tertia. quae urina impuberis pueri coguntur donec ſtrigmenti craſſitudo ſit. Sed ſubinde iſ locus: cui id illini tur: madefaciendus eſt.

Iollae compoſitio

a T Iollas: chartæ combuſtæ: ſandaracae: ſingulorum. P. XI. calcis. p. XII. auripigmenti tantundem miſcebat. Ad ſanguinis profluuia: uel ex membrana cerebri: uel aliis locis. & ad cancrum: & ad inducendam cica tricem & ad coercendam carnem creſcentem

f i uero ex membrana: quae ſuper cerebrum eſt: profluit ſanguis: uitellus combuſtus & contritus inſpergi debet. Si alio loco ſanguinis profluuium eſt: auripigmenti: ſquamæ æris: ſingulorum. P. XI. ſandaracae. P. II. marmoris co&i P. XIIII. inſpergi debet. Eadem cancro quoque obſiſtunt. Ad inducendam cicatricem: ſquamae æris: turis fuliginis: ſin gulorum. P. XII. calcis. P. IIII. Eadem increſcentem quoq; carnem coercent.

Timei compoſitio ad ignem ſacrum uel ad cancrum

t imeus autem ad ignem ſacrum uel ad cancrum his uteba tur. Myrræ. P. XII. turis: atramenti ſutorii: ſingulo rum. P. XIII. ſandaracae: auripigmenti: ſquamae æris: ſingu lorum. P. X. IIII. gallæ. P. XVI. cæruſſae combuſtae. P. X VIII. Eadem uel arida inſpſa: uel melle excepta idē præſtāt

Ad ſternutamenta excitanda.

ſ Ternutamenta uero uel albo ueratro: uel ſtruthio coniec to in nares excitantur. uel hiſ mixtis. piperis: ueratri al bi: ſingulorum. P. XZ. caſtorei pondo. Xr. ſpumae nitri. P. XI. ſtruthii. P. XIII.

gargarizationes quibus fieri debeant.

g argarizationes autem aut leuandi cauſa fiunt: aut repri mendi: aut euocandi. Leuant lac: cremor uel ptiſanæ uel

fuffurum. Reprimit aqua: in qua uel lenticula: uel rosa: uel rubus: uel cotoneum malum: uel palmulae decoctae sunt. Euocant: sinapi piper.

DE antidotis & quibus malis opitulentur. CAPVT. XXIII

Antidota

a Ntidota raro: sed præcipue interdum necessaria sunt: quia grauissimis casibus opitulantur. Ea recte quidem dantur collisis corporibus uel per ictus: uel ubi ex alto decidunt: uel in uiscerum: laterum: faucium: interiorum q; partium doloribus. Maxime autem desideranda sunt aduersus uenena uel per morsus uel per cibos aut potiones nostris corporibus inserta.

Compositio antidoti.

u Num est: quod habet lacrimae papaueris. P. XZ. acori: malobathri. P. XV. iridis illiricae: gummi: singulorum P. XII. anesi. P. XIII. nardi gallici: foliorum rosae aridorum: cardamomi: singulorū. P. IIII petroselini. P. IIII. Z pfolii. P. V. casiae nigrae: silis: bdellii: balsami: seminis pipis albi: singulorū. P. VZ. styracis. P. VZ. myrrae: opopanacis: nardi syri: turis masculi: hypocistidis succi: singulorum. P. XVI. castorei. P. XVI. colti: piperis albi: galbani: resinae terebinthinae: croci: floris iunci rotundi: singulorum. P. VI. Z. dulcis radicis. P. VIII. Z. Quae uel melle uel passo excipiuntur.

Aliud antidotum Ambrosia nominatum: quod Zopyrus Ptolemæo regi composuit.

Zopyrus

a Lterum quod Zopyrus regi Ptolemæo dicitur composuisse atq; Ambrosiam nominasse: ex his constat. Colti: turis masculi: singulorum. P. V. piperis albi. P. Z. floris iunci rotundi. P. II. cynnamomi. P. III. casiae nigrae. P. IIII. croci cilici. P. IIIIZ. myrrae quàm stacten nominat. P. V: nardi indici. P: VZ. Quae singula contrita melle cocto excipiuntur. Deinde ubi utendum est: id quod ægyptiae fabae

magnitudinem impleat: inpotione uini diluitur.

Antidotum mithridatis.

Mithridates

n Obiliſſimum autem eſt Mithridatis: quod quotidie ſumendo rex ille dicitur aduerſus uenenorum pericula tutū corpus ſuum reddidiſſe. In quo haec ſunt coſti. P.S. Z. acori. p. V. hyperici: cumini: ſagapeni: agaciæ ſucci: iridis illiricae: cardamomi: ſingulorum. p. II. aneſi. p. III. nardi gallici: gentianae radicis: aridorum: roſæ foliorum: ſingulorum. p. IIII. papaueris lacrimae: petroſelini: ſingulorum. p. IIII z: caſiæ: ſcilis: lolii: piperis longi: ſingulorū p. XVI ſtiracis. P. V. Z. caſtorei: turis: hypociſtidis ſucci: myrrae: opopanacis: ſingulorum. P. VI. malobathri foliis. XVI. floris iunci rotundi: reſinæ terebinthinae: galbani: dauci cretici ſeminis: ſingulorum. P. VIZ. nardi: opobalſami: ſingulorum. P. VI. z. thiaſpis. P. XV. zz radicis ponticae. P. VII. croci: zinziberis: cynnamomi: ſingulorū. P. XVIII. r. Haec contrita melle excipiuntur & aduerſus uenenum: quod magnitudinem nucis graecae impleat ex uino datur. In caeteris autem affectibus corporis pro modo eorum: uel quod aegyptiae fabae: uel quod erui magnitudinem impleat: ſatis eſt.

DE ACOPIS. CAPVT. XXIIII.

Acopum neruis utile.

acopa

a Copa quoq; utilia neruis ſunt. Quale eſt quod habet floris iunci rotundi. P. II. ZZ. coſti: iunci quadrati: lauri baccarum: ammoniaci: cardamomi: ſingulorum. P. IIII. z. myrrae: æris combuſti: ſingulorum. P. VII. iridis illiricae: caeræ: ſingulorum. P. XIIII. alexandrini calami: iunci rotundi: aſphalti: xylobalſami: ſingulorum. P. XXVIII. ſeui. P. I. unguenti irini cyathum.

Acopum elæodes neruis utile. forsasse. dem. elæodes ab elæode modo quod ſupr. de p. loqr. á p. 98.

a Caerum quod elæodes uocant hoc modo fit. caeræ. P. Z. olei tantundem: reſinae terebinthinae ad nucis iuglandis

magnitudinem simul incoquuntur: deinde infusa in mortario teruntur: instillaturq; subinde quam optimi mellis acetabulū: tum irini unguenti & rosæ terni cyathi .

Enchrista ad ulcera purganda & implenda .

e Nchrista autem graeci uocant liquida quae illinuntur . Quale est quod fit ad ulcera purganda & implenda maxime inter neruos: paribus portionibus inter se mixtis: butyri medullæ uitulinae: seui uitulini: adipis anserinae: caerae: mellis: resinae terebinthinae: rosae: olei cilicini . Quae separatim omnia liquantur : deinde liquida miscentur : & tum simul teruntur. Et hoc quidem magis purgat. Magis uero emollit: si pro rosa cyprus infunditur .

Ad sacrum ignem

a D sacrum ignem spumae argenti. P. XVI. corni bubuli combusti. P. XII. conteruntur: adiicitur que inuicem uinū : & id quod specialiter sil uocatur: & myrteum: donec utri usq; terni cyathi coiiciantur .

DE CATAPOTIIS. CAPVT. XXV.

Catapotium ad somnum accersendum & leuationem doloris & simul ad concoquendum.

c Atapotia quoq; multa sunt : uariis que de causis fiunt . Anodyna uocant quae somno dolorem leuant . Quibus uti/nisi nimia necessitas urget, alienum est . Sunt enim ex uehementibus medicamentis & stomacho alienis. Potest tamen etiam ad concoquendum: quod habet papaueris lacrimae . galbani: singulorum. P. XI . myrrae: castorei : piperis : singulorum. P. XII. Ex quibus quod erui magnitudinem habet: satis est deuorasse .

Catapotium ualentius ad somnum .

a Lterum stomacho peius: ad somnum ualentius ex his fit: mandragorae. P. Z. apii seminis: item hyoscyami seminis: singulorum P. IIII. Quae ex uino teruntur . Vnum au

tem eiusdem magnitudinis: quae supra posita est: abunde est sumpsisse.

CATApotium ad plurimos dolores per somnum leniendos

Si ue autem capitis dolores: siue ulcera: siue lippitudo: si ue dentes: siue spiritus difficultas: siue intestinorum tormenta: siue inflammatio uuluae est: siue coxa: siue iecur: aut lienis: aut latus torquet: siue uitio locorum aliqua prolabitur & obmutescit: occurrit dolori per quietem eiusmodi catapotium. Silis: acori: rutae siluestris seminis: singulorum. P. I. castorei: cynnamomi: singulorum. P. XII. papaueris lacrimae: panacis: radicis mandragorae: malorum aridorum: iunci rotundi floris: singulorum: P. II: piperis grana. LVI. Haec p se contrita: rursus instillato subinde passo / simul omnia teruntur: donec crassitudo sordium fiat. Ex eo paulum aut deuoratur: aut aqua diluitur: & potui datur.

Catapotium aliud ad multa ualens.

Quin etiam siluestris papaueris: cum iam ad excipiendā lacrimam maturum est: manipulus qui manu comprehendi potest: in uas demittitur: & super infunditur aqua: quae id cōtegat: atq; ita coquitur. Vbi iam bene manipulus is coctus est ibidem expressus proiicitur: & cum eo humore, passi pari mensura miscetur: inferuet que donec crassitudinem sordium habeat. Cum infrixit: catapotia ex eo fiunt / ad nostrae fabae magnitudinem / habentq; usum multiplicem. Nam & somnum faciunt uel per se assumpta uel ex aqua data: & aurium dolores leuant: adiectis exiguo modo rutae succi / ac passi. Et tormina supprimunt ex uino liquata. & inflammationem uuluae coercent mixta caerato ex rosa facto: cum paulum his croci quoq; accessit. et ex aqua fronti inducta: pituitam in oculos decurrentem tenent.

Catapotium ad inducendum somnum: quod uulua dolens prohibuit.

Item si uulua dolens somnum prohibuit: croci. P. XII.

aneſi: myrrae: ſingulorũ. P: XI. papaueris lacrimae. P. XIII cicutae ſeminis. P. XVIII. miſcentur: excipiunturq; uino uetere. & quod lupini magnitudinem habet in tribus cyathis aquae diluitur. Id tamen in febre periculoſe datur.

Ad iecur ſanandum.

a D ſanandum iecur nitri. P. Z. croci: myrrae: nardi galli ci: ſingulorum. P. I. melle excipiuntur: daturq; quod ægyptiæ fabae magnitudinem habeat.

Ad finiendos dolores lateris.

a D lateris dolores finiendos: piperis: ariſtolochiae: nardi myrrae pares portiones.

Ad thoracis dolores finiendos

a D thoracis: nardi. P. I. turis: caſiae: ſingulorum. P. III. myrrae: cynnamomi ſingulorum. P. XVI. croci. P. XV III. reſinae terebinthinae quadrans: mellis heminae tres.

Catapotium Athenionis ad tuſſim

a D tuſſim Athenionis: myrrae: pipis: ſingulorum. P. XI. caſtorei: papaueris lacrimae: ſingulorum. P. XI. Quae ſeparatim contuſa poſtea iunguntur: & ad magnitudinẽ fabæ noſtrae bina catapotia mane: bina noctu dormituro dantur.

Catapotium Heraclidis tarentini ad tuſſim & ſõnum

ſ I tuſſis ſomnum prohibet: ad utranq; Heraclidis tarenti ni: croci. P. XI. cynnamomi: caſtorei: papaueris lacrimæ ſingulorum. P. I: myrrae: piperis longi: coſti: galbani: ſingulorum P. Z.

Catapotium ad purganda ulcera in faucibus tuſſientibus

q Vod ſi purganda ſunt ulcera in faucibus tuſſientibus: panacis: myrrae: reſinae terebinthinae: ſingulorum. P. X. galbani. P. Z. byſopi. P. Z. conterenda ſunt. his que haemina mellis adiicienda: & quod digito excipi poteſt: deuorandum eſt.

Collice Caſſii medici

c Ollice uero Caſſii ex his conſtat: croci: aneſi: caſtorei: ſigulorum. P. XIII. petroſelini. P. XIIII. pipis & lõgi

collice

t. i.

& rotundi: singulorum. P. XV. papaueris lacrimae: iunci rotundi: myrrae: nardi: singulorum. P. XVI. Quae melle excipiuntur. Id autem & deuorari potest: & ex aqua calida sumi.

Ad infantem mortuum aut secundas expellendas.

INfantem uero mortuum aut secundas expellit aquae potio cui salis ammoniaci. P. XI. aut cui dictami cretici. P XI. adiectum est.

Laborantibus ex partu quid dari debeat.

EX partu laboranti crisimum ex uino tepido ieiunae dari debet.

Ad adiuuandam uocem.

VOcem adiuuat turis. P. I. in duobus cyathis uini datum.

Aduersus difficultatem urinae.

ADuersus urinae difficultatem: piperis longi: castorei: myrrae: galbani: papaueris lacrimae: croci: colti: unciae singulae: styracis: resinae terebinthinae Pondo sextantes: mel: abinthii cyathus. Ex quibus ad magnitudinem fabae ægyptiae & mane & coenato dari debet.

Arteriaces compositio quomodo fiat.

ARteriace uero hoc modo fit. casiae: iridis: cynnamomi: nardi: myrrae: turis: singulorum. P. I. croci. P. I. pipis grana. XXX. ex passi tribus sextariis decoquuntur: donec mellis crassitudo bis fiat. Aut croci: myrrae: turis: singulorum. P. I. coniiciuntur in passi eundem modum, eodemq; modo decoquuntur. Aut eiusdem passi heminae tres usque eo coquuntur: donec extracta inde gutta indurescat. & adiicitur tritae casiae. P. I.

De quinq; generibus noxarum corporis & primo de uulneribus quae maxime per tela inferuntur. CAPVT. XXVI

CVm facultates medicamentorum proposuerim: genera in quibus noxa corpori est: proponam. Ea quinque sunt.

Cum quid extrinsecus laesit: ut in uulneribus. Cum quid intra se ipsum corruptum est: ut in cancro. Cum quid innatum est: ut in uesica calculus. Cum quid increuit: ut uena quae intumescens in naricem conuertitur. Cum quid deest: ut cum curta pars aliqua est. Ex his alia sunt: in quibus plus medicamenta. Alia in quibus plus manus proficit. Ergo dilatis his: quae praecipue scalpellum & manum postulant: nunc de iis dicam: quae maxime medicamentis egent. Diuidam autem hanc quoque curandi partem sicut priorem. Et ante dicam: quae in quanlibet partem corporis inducunt. Tum de iis: quae certas partes infestant. Incipiam a uulneribus. In his aūt ante omnia scire medicus debet. quae insanabilia sint. quae difficilem curationem habeant. quae promptiorem. Est enim prudentis hominis primum eum qui seruari non potest: non attingere: nec subire speciem eius ut occisi: quem sors ipsius peremit. Deinde ubi grauis metus sine certa tamen desperatione est: indicare necessariis periclitantis in difficili rem esse: ne si uicta ars malo fuerit: uel ignorasse uel fefellisse se uideatur. Sed ut haec prudenti uiro conueniunt: sic rursus histrionis est: paruam rem attollere: quo plus praestitisse uideatur. Obligari que aequum est confessione promptae rei: quo curiosius etiam circumspiciat: ne quod per se exiguum est: maius curantis negligentia fiat.

Quae uulnera insanabilia sint

SEruari nō potest: cui basis cerebri: cui cor: cui stomachus: cui iocineris portae: cui in spina medulla percussa est. cui que aut pulmo medius: aut ieiunum: aut tenuius intestinū: aut uentriculus: aut renes uulnerati sunt: cui ue circa fauces grandes uenae: uel arteriae praecisae sunt.

Quae uulnera difficilem curationem habeant

VIx autem ad sanitatem perueniunt: quibus ulla parte pulmo: aut iocineris crassum: aut membrana / quae continet cerebrum: aut lienis: aut uulua: aut uesica: aut ullum intestinum: aut septum transuersum uulneratum est.

Ii quoque inpræcipiti sunt: in qbus usq; ad grandes intusq; cō ditas uenas in alis uel poplitibus mucro desedit. Periculosa e tiam uulnera sunt ubicunq; uenae maiores sunt: quoniam exha urire hominem profusione sanguinis possunt. Id q; euenit nō in alis tantum atq; poplitibus: sed etiam in iis uenis: quæ ad a num, testiculosq; perueniunt. Præter hæc malum uulnus est: quodcunq; in alis: uel feminibus: uel inanibus locis: uel in arti culis: uel inter digitos est. Item quodcunq; musculum: aut ner uum: aut arteriam: aut membranam: aut os: aut carthilagi nem laesit.

Quae uulnera tutiorem curationem habeant.

Vtissimum omnium quod in carne est. & haec quidem lo e co uel peiora uel meliora sunt: Modo uero periculum fa cit quodcunque magnum est.

Obseruationes quaedam & ætatis & corporis & uitae & temporis in uulneribus:

a Liquid etiam in uulneris genere, figura que est. Nam pe ius est quod etiam collisum, quam quod tantum discis sum est. adeo ut acuto quoque, q̄ retunso telo uulnerari com modius sit. Peius etiam uulnus est: exquo aliquid excisum est ex quo ue caro alia parte abscissa: alia dependet. Pessima, quae plaga in orbem est: tutissima, quæ lineæ modo recta est. Quo deinde propius huic, illi ue figuræ uulnus est: eo uel de terius, uel toletabilius est. Quin etiam cōfert aliquid & ætas & corpus & uitæ propositum & anni tempus. quia facilius sa nescit puer uel adolescens, q̄ senior: ualens, q̄ infirmus. neq; nimis tenuis: neq; nimis plenus, q̄ si alterum ex his est. inte gri habitus, q̄ corrupti. exercitatus, q̄ iners: sobrius & tempe rans, q̄ uino ueneri que deditus. Oportunissimum que curatio ni tempus uernum est: aut certe neq; feruens neque frigidum. si q̄dem uulnera & nimius calor & nimium frigus infestant: ma xime tamen horum uarietas. ideo que pernitiosissimus autum nus è. Sed pleraque ex uulneribus oculis subiecta sunt. quorun dam ipsæ sedes indices sūt: quas alio loco demōstrauimus cū:

positus interiorum partium ostendimus. Veruntamen quia quaedam uicina sunt: interest quoque uulnus in summa parte sit: an penitus penetrauerit: necessarium est notas subiicere: p quas quid intus actum sit scire possimus: & exquibus uel spes uel desperatio oritur.

Signa percussi cordis

i Gitur corde percusso/sanguis multus fertur. uenæ langue scunt. color pallidissimus. sudores frigidi: malig odoris tanq̄ in rorato corpore oriuntur. extremisq; partibus frigidis matura mors sequitur.

Signa pulmonis icti

p Vlmone icto/spirandi difficultas est. sanguis exore spumans: ex plaga rubens: simul que etiam spiritus cum sono fertur: in uulnus inclinari iuuat. quidam sine ratione consurgunt. Multi si in ipsum uulnus inclinati sunt: loquuntur. si in aliam partem: obmutescunt.

Signa iocineris uulnerati.

Ocineris autem uulnerati notae sunt: multus sub dextra parte præcordiorum profusus sanguis. ad spinam reducta praecordia: in uentrem cubandi dulcedo. punctiones/dolores q; usq; ad iugulum: iunctumq; ei latus scapularum. os intentum. Quibus non nunq̄ etiam bilios⁹ uomitus accedit.

Signa percussorum renium

r Enibus uero percussis/dolor ad inguina testiculosq; descendit: difficulter urina redditur: ea q; aut est cruenta: aut cruor fertur.

Signa uulnerati lienis.

a T liene icto sanguis niger a sinistra parte prumpit. præcordia cum uentriculo ab eadē parte idurescunt. sitis ingens oritur. dolor ad iugulum: sicut iocinere uulnerato uenit.

Signa percussæ uuluæ

a T cum uulua percussa est: dolor inguinibus & coxis & femoribus est. Sanguinis pars per uulnus: pars p naturale descendit. uomitus bilis insequitur. Quaedam obmutescunt.

quaedam mente labuntur. quaedam sui compotes/neruorum o culorum que dolore urgeri se confitentur. morientes que tan dem/quae corde uulnerato patiuntur.

Signa percussi cerebri uel membranae eius.

f In cerebrum membrana ue eius uulnus accepit: sanguis p nares: quibusdam etiam per aures exit: fere que bilis uo mitus insequitur. Quorundam sensus obtunduntur: appellati que ignorant. Quornudam trux uultus est. quorundam oculi quasi resoluti huc atque illuc mouentur. Fere que tertio uel qn to die delirium accedit Multorum etiam nerui distenduntur. Ante mortem autem plerique fascias: quibus caput deligatum est. lacerant: ac nudum uulnus frigori obiiciunt.

Signa percussi stomachi.

u bi stomachus autem percussus est: singultus & bilis uomi tus insequitur. Siquid cibi uel potionis assumptum est: ea redditur cito. Venarum motus elanguescunt. sudores tenu es oriuntur: per quos extremae partes frigescunt.

Signa ieiuni intestini & uentriculi uulnerati. & alio rum intestinorum

c Ommunes uero ieiuni intestini & uentriculi uulnerati no cx sunt. Nam cibus & potio per uulnus exeunt. præcordi a indurescunt. Non nunquam bilis per os redditur. Intestino tantum sedes inferior est. Cætera intestina icta uel stercus uel odorem eius exhibent.

Signa percussae medullae quae in spina est:

m Edulla uero quæ in spina est discussa: nerui resoluuntur: aut distenduntur. sensus intercidit. interposito tempore aliquo sine uoluntate inferiores partes uel semen uel urinam uel etiam stercus excernũt.

Signa septi transuersi percussi.

a T si septum transuersum percussum est: præcordia sursũ contrahuntur: spina dolet: spiritus ratus est: sanguis spu mans fertur.

Signa ueficae uulneratae.

u Esica uero uulnerata dolent inguina. Quod super pubem est: intenditur. pro urina sanguis: aut ex ipso uulnere urina descendit. stomachus afficitur. Itaq; aut bilem uomunt: aut singultiunt. frigus: & ex eo mors sequitur.

De sanguine & sanie & pure & eorum speciebus quando q; meliora/deteriora ue sint.

b Is cognitis etiã nunc quaedam alia noscenda sunt ad omnia uulnera ulceraq; de quibus dicturi sumus: pertinentia. Ex his autem exit: sanguis: sanies: pus. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc: uarie crassa & glutinosa & colorata. Pus crassissimum albissimum q; glutinosius & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex uulnere recenti: aut iam sanescente. Sanies est inter utrunq; tempus. Pus ex ulcere iam ad sanitatem spectante. Rursus & sanies & pus quasdam species græcis nominibus distinctas habent. Est enim quaedam sanies: quae uel hydrops uel melitera nominatur. Est pus quod elæodes appellatur. Hydrops tenuis/subalbidus exmalo ulcere exit: maximeq; ubi neruo laeso inflãmatio secuta est. Melitera crassior & glutinosior subalbida melli q; albo subsimilis fertur. Hæc quoque ex malis ulceribus: ubi nerui circa articulos laesi sunt: & inter hæc loca maxime ex genibus. Elaeodes tenue subalbidum quasi unctum colore atq; pinguitudine: oleo albo non dissimile apparet in magnis ulceribus sanescẽtibus. Malus autem est sanguis nimium aut tenuis aut crassus: colore uel liuidus uel niger: aut pituita mixtus: aut uarius. Optimus calidus: rubens: modice crassus: non glutinosus. Itaq; protinus eius uulneris expedita magis curatio est: ex quo sanguis bonus fluxit. Item que postea spes in his maior est: ex quibus melioris generis quaeq; proueniunt. Sanies igitur mala est multa: nimis tenuis: liuida: aut pallida: aut nigra: aut glutinosa aut mali odoris: aut quae & ipsum ulcus & iunctam ei cutem erodit. Melior non multa: modice crassa: subrubicunda aut subalbida. Hydrops autem peior est multus: crassus: subliuidus: aut subpallidus: glutinosus: ater: calidus: mali odoris. Tolera

f. 4.

bilior est subalbidus: qui cætera omnia contraria prioribus habet. Melitera autem mala est multa & percrassa. melior quae & tenuior & minus copiosa est. Pus inter hæc optimum est. Sed id quoq; peius est: multum: tenue: dilutum: magis q; si ab initio tale est. Itemq; si colore sero simile: si pallidum: si liuidum: si feculentum est. Præter hæc si male olet: nisi tamen locus hunc odorem excitat. Melius est: quo minus est: quo crassius: quo albidius. Itemq; si leue est: si nihil olet: si æquale est. modo tamen conuenire & magnitudini uulneris & tempori debet. Nem plus ex maiore: plus non dum solutis inflammationibus naturaliter fertur. Elaeodes quoque peius est: multum: & parum pingue. quo minus etiam: quoq; id ipsum pinguius: eo melius est.

Curatio aduersus profusionẽ sanguinis in uulneribus q Vibus exploratis ubi aliquis ictus est: qui seruari potest: protinus prospicienda duo sunt: ne sanguinis profusio: ne ue inflammatio interimat. Si profusionem timemus: quod ex sede uulneris & magnitudine eius & ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest: siccis linamentis uulnus implendum ẽ: supraq; imponenda spongia ex aqua frigida expressa: ac manu super comprimenda. Si parum sic sanguis conquieuit: saepius linamenta mutanda sunt. Et si ficca parum ualent: aceto madefacienda sunt. Id uehemens ad sanguinem supprimendũ est. Ideoq; quidam id uulneri infundunt. Sed alius rursus metus subest: ne nimis ualenter ibi retenta materia magnam inflammationem postea moueat. Quae res efficit neque rodentibus medicamentis: neq; adurentibus: & ob id ipsum inducentibus crustam: sit utendum: quanuis pleraq; ex his sanguinem supprimunt. Sed si semel ad ea decurritur: potius / quae mitius idem efficiunt. Quod si illa quoq; profluuio uincuntur: uenae quae sanguinem fundunt apprehendendæ: circaq; id quod ictũ est: duobus locis deligandae intercidendaeq; sunt: ut & in se ipsae coeant: & nihilominus ora præclusa habeant. Vbi ne id quidem res patitur: possunt ferro candenti aduri. Sed etiam

satis multo sanguine effuso ex eo loco: quo neque neruus: neq; musculus est: ut puta in frōte: uel superiore capitis parte. commodissimum tamen est cucurbitulam admouere a diuersa parte: ut illuc sanguinis cursus reuocetur.

Curationes aduersus uulnerum inflammationem

e T aduersus profusionem quidem in his auxilium est. Aduersus inflammationem autem in ipso sanguinis cursu ea timeri potest: ubi laesum est uel os: uel neruus: uel cartilago: uel musculus: aut ubi parum sanguinis pro modo uulneris fluxit. Ergo quotiens quid tale erit: sanguinem mature supprimere non oportebit. sed pati fluere dum tutum erit: adeo ut si parum fluxisse uidebitur: mitti quoq; ex brachio debeat: utiq; si corpus iuuenile & robustum & exercitatum est: multo q; magis si id uulnus ebrietas praecessit. Quod si musculus laesus uidebitur praecidendus erit. Nam percussus mortiferus est: praecisus sanitatem recipit.

De glutinatione uulnerum.

s anguine autem uel suppresso: si nimius erumpit: uel exhausto: si per se parum fluxit: longe optimum est / uulnus glutinari. Potest autem id uel quod in cute uel etiam in carne est: si nihil ei praeterea mali accedit. Potest caro alia parte dependens: alia inhaerens: si tamen etiam nunc integra est & coniunctione corporis fouetur. In iis uero quae glutinātur duplex curatio est. Nam si plaga in molli parte: sui debet: maximeq; si discissa auris ima est: uel imus nasus: uel frons: uel bucca: uel palpebra: uel labrum: uel circa guttur cutis uel uenter. Si uero in carne uulnus est: hiatq; neq; in unum orae facile attrahuntur: sutura quidem aliena est. Imponendae uero fibulae sunt: anteras graeci nominant. quae oras / paulum tamen / contrahunt: quo minus lata postea cicatrix sit. Ex his autem colligi potest: id quoq; quod alia parte dependens / alia inhaerebit: si alienatum adhuc non est: suturam an fibulam postulet. Ex quibus neutra ante debet imponi / quam intus uulnus purgatum est: nequid ibi concreti sanguinis relinquatur. Id enim &

fibula

Anteras Fibulas graeci uocant. anteres

in pus uertitur: & inflammationem mouet: & glutinari uul
nus prohibet. Ne linamentum quidem: quod supprimendi sā
guinis causa inditum est: inibi relinquendum est. Nā id quo
que inflammat. Comprehendi uero sutura uel fibula non cutē
tantum: sed aliquid etiam ex carne: ubi suberit hæc: oporte
bit: quo ualentius hæreat: neq; cutem abrumpat. Vtraq; opti
ma est ex acia molli non nimis torta: quo mitius corpori insi
dat. Vtraq; neq; nimis rara, neq; nimis creba initianda est. Si
nimis rara est: non continet. Si nimis crebra est: uehementer
afficit. quia quo saepius acus corpus transuit: quoq; plura loca
iniectum uinculum mordet: eo maiores inflammationes oriun
tur: magisq; aestate. Neutra etiam uim ullam desiderat. Sed
eatenus utilis est, qua cutis ducentem quasi sua sponte subseq
tur. Fere tamen fibulae latius uulnus esse patiuntur. Sutura o
ras iungit. quae ne ipse quidem inter se contingere ex toto de
bent: ut siquid intus humoris concreuerit: sit qua emanet. Si
quod uulnus neutrum horum recipit: id tamen purgari debet.
deinde omni uulneri primo imponenda est spongia ex aceto
expressa. si sustinere aliquis aceti uim non potest: uino uten
dum est. Leuis plaga iuuatur etiam si ex aqua frigida expres
sa spongia imponitur. Sed ea quocunque modo imposita est:
dum madet: prodest. itaq; ut inhaerescat: non est cōmittendū.
Licet que sine peregrinis & conquisitis & compositis medica
mentis uulnus curare. Sed siquis huic parum confidit: impone
re medicamentum debet: quod sine seuo compositum sit exiis:
quae cruentis uulneribus apta esse proposui. Maxime que si ca
ro est: barbarum. si nerui: uel carthilago: uel aliquid exeminē
tibus: quales aures, uel labra sunt. Polybi sphragidem. Ale
xandrinum quoq; uiride neruis idoneum est. eminentibus que
partibus ea: quam graeci rhaptusam uocāt. Solet etiam colliso
corpore exigua parte findi cutis. Quod ubi incidit: non alie
num est: scalpello latius aperire: nisi musculi, nerui que iuxta
sint: quos incidi non expedit. Vbi satis deductum est: medi
camentum imponendum est. At si id quod collisum est: quan

is parum deductum est: latius tamen aperiri propter nervos aut musculos non licet: adhibenda sunt ea: quæ humorem leniter extrahant: praecipueq; ex iis id quod rhypodes uocari proposui. Non alienum est etiam ubicunq; uulnus graue est: impositum: quo id iuuetur insuper circundare lanam sucidam ex aceto & oleo. Vel cataplasma: si mollis is locus est: quod leniter reprimat. Si nervosus aut musculosus: quod emolliat.

rhypodes

Quo modo uulnus ligari conueniat

f Fascia uero ad uulnus deligandum lintea aptissima est: eaq; lata esse debet: ut semel iniecta non uulnus tantum: sed paulum utrinq; etiam oras eius comprehendat. Si abaltera parte caro magis recessit: ab ea melius attrahitur. Si æque ab utraq; transuersa: comprehendere oras debet. aut si id uulneris ratio non patitur: media primum iniicienda est: ut tum in utranq; partem ducatur. Sic autem deliganda est. ut & contineat: neq; astringat. Quod non continetur: elabitur. Quod nimis astrictum est: cancro periclitatur. Hyeme sæpius fascia circuire debet. æstate quotiens necesse est. tum extrema pars eius inferioribus acu assuenda est. Nam nodus ulcus laedit: nisi tamen longe est. Illo neminem decipi decet: ut propriam, uiscerum curationem requirat: de quibus supra posui. Nam plaga ipsa curanda extrinsecus uel futura uel alio medicinae genere est. In uisceribus nihil mouendum est: nisi aut siquid exiocinere) aut liene / aut pulmone duntaxat extremo depêdeat: præcidatur. Alioqui uulnus interius ea uictus ratio ea que medicamenta sanabunt: quae cuiq; uisceri conuenire superiore libro proposui.

De ratione uictus: & notis uulnerum: curationibusque eorum.

b Is ita primo die ordinatis homo in lecto collocandus est. is que si graue uulnus est: abstinere quantum uires patiũtur ante inflammationem a cibo debet. bibere donec sitim finiat aquam calidam. uel si aestas est: neq; febris neq; dolor est / etiam frigidam. Adeo tamen nihil perpetuum est. Sed semper

pro uiribus corporis æstimandum: ut imbecillitas etiam cibum protinus facere necessarium possit: tenuem scilicet & exiguum/qui tantum sustineat. Multiq; etiam ex profluuio sanguinis intermorientes/ante ullam curationē uino reficiendi sunt. quod alioqui inimicissimum uulneri est. Nimis uero intumescere uulnus periculosum: nihil intumescete/periculosissimum est. Illud indicium est magnae inflammationis: hoc emortūi corporis. Protinus que si mens homini cōsistit: si nulla febris accessit: scire licet: mature uulnus sanum fore. Ac ne febris quidem terrere debet: si in magno uulnere/dum inflammatio est: permanet Illa pernitiosa est: quae uel leui uulneri superuenit: uel ultra tempus inflammationis durat: uel delirium mouet: uel si neruorum rigor: aut distentio: quae ex uulnere orta est: eam non finit. Vomitus quoq; bilios⁹ non uoluntarius: uel protinus ut percussus est aliquis: uel dum inflammatio manet: malum signum est/in iis duntaxat': quorum uel nerui uel etiam neruosi loci uulnerati sunt. Sponte tamen uomere non alienum est: praecipue iis/quibus in consuetudine fuit. sed neq; protinus post cibum: neq; iam inflammatione orta: neq; cum in superioribus partibus plaga est/Biduo sic uulnere habito: tertio die id aperiendum: detergendaq; sanies ex aqua frigida est. eademq; rursus iniicienda sunt. Quinto iam die quanta inflammatio futura est: se ostendit. Quo die rursus detecto uulnere considerandus color est. Quod si liuidus aut pallidus aut uarius aut niger est: scire licet malum uulnus esse. Idq; quā docunq; animaduersum est: terrere nos potest. Album aut rubicundum esse ulcus: commodissimum est. Item cutis dura: crassa: dolens/periculum ostendit. Bona signa sunt: ubi hæc sine dolore tenuis & mollis est. Sed si glutinatur uulnus: aut leniter intumuit: eadem sunt imponenda: quae primo fuerunt. Si grauis inflammatio est: neq; glutinandi spes est: eaq; pus moueant: aquae quoq; calidæ necessarius usus est: ut & materiam digerat & duritiam emolliat & pus citet. Ea sic temperanda est: ut & manu contingenti iocunda sit. usq; eo adhibenda

donec aliquid ex tumore minuisse: colorem q; ulceri magis naturalem reddidisse uideatur, maxime que si grande uulnus est: tetrapharmacum. si in articulis: digitis: locis cartilaginosis: rhypodes. Post id fomentum si lata plaga non patet: imponi protinus emplastrum debet: & si latius hiat: illud emplastrum liquari ex irino unguento oportet. eoque illita linamenta disponi per plagam. deinde emplastrum supra dari: & super id sucidam lanam: minus que etiam, quam primo fasciæ astringendae sunt.

Curationes propriæ articulorum.

Proprie quaedam in articulis uisenda sunt. in quibus si praecisi nerui sunt, qui continebant: debilitas eius partis sequitur. Si id dubium est & ex acuto telo plaga est: ea transuersa commodior est. Si retuso & graui est: nullum in figura discrimen est. At uisendum est: pus supra articulum: an infra nascatur. Si sub eo nascitur: album que & crassum diu fertur: neruum praecisum esse credibile est. Magis quoque maiores dolores inflammationes que: quo maturius excitatae sunt. Quanuis autem non abscissus neruus est: tamen si circa tumor durus diu permanet: necesse est & diuturnum: ulcus esse: & sano quoq; eo tumorem permanere. futurumq; est: ut tarde membrum id extendatur: uel contrahatur. Maior tamen in extendendo mora est: ubi recuruato articulo curatio adhibita ē, q̄ in recuruando eo: quod rectum cōtinuerimus. Collocari quoq; membrum: quod ictum est ratione certa debet. Si glutinandum est: ut superius sit. si inflammatione est: ut in neutram partem inclinatum sit. Si iam pus profluit: ut deuexum sit. Optimum etiam medicamentum quies est: moueri & ambulare nisi sanis alienum est. Minus tamen iis est periculosum: qui in capite uel brachiis, quam qui inferioribus partibus uulnerati sunt. Minime que ambulatio conuenit: femine: aut crure: aut pede laborante. Locus in quo cubabit: tepidus esse debebit. Balneum quoque dum parum uulnus purum est:

inter res infestissimas est. Nam id & humidum & sordidum reddit. ex quibus ad cancrum transitus esse consuevit: Levis frictio recte adhibetur: sed iis partibus quae longius absunt a vulnere.

Vulnus quomodo purgandum est.

INflammatione finita vulnus purgandum est. Id optime faciunt tincta in melle linamenta: supra que id / emplastrum: vel enneapharmacum dandum est. Tum demum vero purum ulcus est: cum rubet: ac nimium neque siccum neque humidum est: ac quodcunque sensu caret: quod non naturaliter sentit: quod nimium aut aridum aut humidum est. Quod aut pallidum aut albidum aut livido aut nigrum est: id purum non est.

Quo modo vulnus implendum est.

PVrgato sequitur ut impleatur. iamq; calida aqua eatenus necessaria est: ut sanies removeatur. Lanae sucidae super vacuus usus est. Loca melius circundatur. Ad implendum autem vulnus proficiunt qdem etiam medicamenta aliqua. Ieaq; ea adhiberi nō alienum est: ut butyrum cū rosa / exigua mellis parte: aut cū eadē parte / aut cū eadem rosa tetrapharmacum. aut ex rosa linamenta. Plus tamen pficit balneum rarum. Cibi bonisucci / uitatis omnibus acribus: sed iā pleniotibus. Nā & avis & venatio & suilla elixa dari potest. Vinum omnibus dum febris / dum inflammatio est: alienum est. Itemq; usq; ad cicatricem: si nervi / musculi ve vulnerati sunt: etiam si alte caro: aut si plaga in summa cute generis tutioris est: potest non pervetus / modice tamen datum ad implendum quoq; proficere. Si quid molliendum est: quod in nervosis locis musculosisq; necessarium est: cærato quoq; super vulnus utendum est. At si caro supercrevit: modice reprimit siccum linamentum: vehementius squama æris. Si plus ē: quod tolli opus est: adhibenda sunt etiam num vehementiora quae corpus exedunt. Cicatricem post omnia hæc commode inducit: licium ex passo aut lacte dilutum: vel etiam per se impositum siccum linamentum.

De uulneribus: quae extrinsecus per uulnera incidunt curationibusq; eorum

h Ic ordo foelicis curationis est. Sed quaedam tamen periculosa incidere consuerunt. Interdum enim ueruſtas ulcus occupat: inducitur que ei callus: & circum orae craſſae liuent: post quae quicquid medicamentorum ingeritur: parum proficit. quod fere negligenter curato ulceri superuenit. Interdum uel ex nimia inflammatione: uel ob æstus immodicos: uel ob nimia frigora: uel quia nimis uulnus astrictum est: uel quia corpus aut senile aut mali habitus est: cancer occupat. Id genus a graecis diductum in species est: nostris uocabulis non ē. Omnis autem cancer non solum id corrumpit: quod occupauit sed etiam serpit. deinde aliis aliisq; signis decernitur. Nā modo sup inflammationem rubor ulcus ambit. isq; cum dolore p cedit. Erisipelas graeci nominant. Modo ulcus nigrum est: qa caro eius corrupta est. Idq; uehementius etiam putrescendo intenditur. Vbi uulnus humidum est: & ex nigro ulcere humor pallidus fertur: maliq; odoris est: carunculaeq; corruptae: interdum etiam nerui ac membranae resoluuntur: specillumq; demissum descendit aut in latus aut deorsum: eoq; uitio non nunq̄ os quoq; afficitur. modo oritur ea: quam graeci cangrenam appellant. Priores in qualibet parte corporis fiunt. Hoc in prominentibus membris ideſt inter ungues & alas uel inguina: fere que in senibus: uel iis quorum corpus mali habitus est. Caro in ulcere uel nigra uel liuida est: sed sicca & arida: proximaq; cutis plerunque subnigris pustulis impletur. deinde ei proxima uel pallida uel liuida fereq; rugosa sine sensu est. Vlterior in inflammatione est: omnia que ea simul serpunt. Vlcus/ in locum pustulosum. Pustulae/ in eum qui pallet aut liuet. Pallor aut liuor/ in id quod inflammatum est. Inflammtio/ in id quod integrum est: transit. Intet haec deinde febris acuta oritur: ingensq; sitis. quibusdam etiam delirium accedit. alii q̄is mentis suae compotes sunt: balbutiendo tamen uix sensus suos explicant. Incipit affici stomachus. Fit foedus spiritus ipse odoris. Atq; initiū eius q̄dē mali recipit curationem. Vbi uero

erisipelas

cangrena

penitus insedit: insanabile est. plurimi que sub frigido sudore moriuntur.

Curatio ulceris.

a Pericula quidem uulnerum haec sunt. Vetus autem ulcus scalpello concidendum est: excidendæ que eius oræ: & quicquid super eas liuet: æque incidendum. Si uaricula intus est: quae his sanari prohibet: ea quoque excidenda. Deinde ubi sanguis emissus: nouatum que uulnus est: eadem curatio adhibenda: quae in recentibus uulneribus exposita est. Si scalpello aliquis uti non uult: potest sanare id emplastrũ: quod ex ladano fit. & cum ulcus sub eo exesum est: id quo cicatrix inducitur.

Curatio erisipelarum.

i Dautem quod erisipelas uocari dixi: non solum uulneri superuenire: sed sine hoc quoq; oriri consueuit: atq; interdum periculum maius affert: utiq; si circa ceruices aut caput constitit. Oportet si uires patiuntur sanguinem mittere: deide imponere simul reprimentia & refrigerantia: maximeq; cæruleã solani succo: aut cimoliam cretam aqua pluuiali exceptam: aut ex eadem aqua sub actam farinam cupresso adiecta: aut si tenerius corpus est lenticulam. Quicqd impositum est: betae folio cõtegendum ẽ: & sup linteolum frigida aqua madens ponendũ. Si p se refrigerantia parum pderunt: miscenda erũt hoc modo. sulphuris. P: X. cæruleæ & croci singulorũ. P. XX eaq; cum uino cõterenda sunt: & id his illinendum. aut si durior locus ẽ: solani folia cõtrita suillæ adipi miscenda sunt: & illita linteolo sup iniicienda. At si nigrities est: neq; dum serpit: ponenda sunt quæ carnem putrem lenius exedunt. repurgatumq; ulcus sic ut cætera nutriendum ẽ. Si magis putre est: iãq; pcedit ac serpit: opus est uehementius erodentibus. Si nec hæc qdẽ euincunt: aduri locus debet donec exeo nullus humor feratur. nã quod sanũ ẽ: siccum ẽ cũ aduritur. post ustionẽ putris ulceris supponenda sunt quæ crustas a nino resoluãt: eas escharas græci uocãt. ubi exciderũt: purgandum ulcus maxime

melle

& resina est. sed aliis quoq; purgari potest: quibus pituita curantur: eodemq; modo ad sanitatem perducendum est.

Curatio Cangrenae.

Cangrena

C Angrenam uero si non dum plane tenet: sed adhuc incipit: curare non difficillimum est: utique in corpore iuuenili: & magis etiam si musculi integri sunt: si nerui uel laesi non sunt: uel leuiter affecti sunt: neq; ullus magnus articulus nudatus est: aut carnis in eo loco paulum est: ideoq; non multum: quod putresceret: fuit: cōsistitq; eo loco uitium: quod maxime fieri in digito potest. In eiusmodi casu primum est: si uires patiuntur: sanguinem mittere. Deinde quicquid aridum est & intentione quadam proximum quoq; locum male habet: usq; eo sanum corpus concidere. Medicamenta uero dum malū serpit adhibenda nulla sunt: quae pus mouere consuerunt. ideoq; ne aqua quidem calida. Grauia quoq; / quamuis reprimentia / aliena sunt. Sed iis quam leuissimis opus est. superq; ea quae inflammata sunt: utendum est refrigerantibus. Si nihilo magis malum constitit: uti id quod est inter integrum ac uitiatum locum debet. Praecipueq; in hoc casu petendum non a medicamentis solum: sed etiam a uictus ratione praesidium est. Neq; enim id malum nisi corrupti uitiosiq; corporis est. Ergo primo / nisi imbecillitas phibet / abstinentia utendum. Deinde danda quae p cibum potionemq; aluum: ideoq; etiam corpus astringant: sed ea leuia. Postea si uitium constitit: imponi super ulnus eadem debent: quae in putri ulcere praescripta sunt. Actum quoq; plenioribus cibis uti licebit ex media materia: sic tamen non nisi aluum corpusq; siccantibus. aqua uero pluuiali frigida. balneum nisi iam certa fiducia reddit̄ sanitatis est: alienum est: siquidem emollitum in eo ulnus / cito rursus eodem malo afficitur. Solent uero nonnunq; nihil ōnia auxilia p̄ficere: ac nihilo minus serpe his cancer. Inter quae miserū: sed unicum auxilium est: ut cætera pars corporis tuta sit:

membrum: quod paulatim emoritur: abscidere. Hæ grauissimo rum uulnerum curationes sunt. Sed ne illa quidem negligẽda: ubi integra cute interior pars collisa est: aut ubi deratum / at tritum ue aliquid est: aut ubi surculus corpori infixus est: aut ubi tenue, sed altum uulnus insedit. In primo casu commodissimum est malicorium ex uino coquere: interiorem q̃ eius partem conterere: & caerato miscere ex rosa facto: id que suppo nere, deinde ubi cutis ipsa exaspata est: inducere lene medica mentum, quale lipara est. Derasso uero detritoq̃ imponendum est emplastrum tetrapharmacum: minuendusq̃ cibus: & uinum subtrahendum. Neq̃ id: quia non habebit altiores ictus: con temnendum erit. Siquidem ex eiusmodi casibus saepe cancri fi unt. Quod si leuius id erit: & in parte exigua: contenti esse poterimus eodem leni medicamento. Surculum uero: si fieri potest: oportet uel manu, uel etiam ferramento eiicere. Si uel præfractus est: uel altius descendit: q̃ ut id ita fieri possit: me dicamento euocandus est. Optime autem educit superimposi ta arundinis radix. si tenera est: protinus contrita. si iam du rior: ante in mulso decocta. Cui semper mel adiiciendum est: aut aristolochia cum eodem melle. Pessima ex surculis arun do est: quia aspera est. Eademq̃ offensa etiam in filice est. Sed usu cognitum est utranq̃ aduersus alteram medicamentũ esse: si contrita super imposita est. Facit autem idem in omni bus surculis quodcunque medicamentum extrahendi uim ha bet. Idem altis, tenuibus que uulneribus aptissimum est. Prio ri rei Philocratis: huic Hecatei ẽplastrum maxime conuenit.

Quo modo cicatrix uulneri inducenda: purgandaq̃ sit.

Bi uero in quolibet uulnere uentum ad inducendam cica tricem est: quod perpurgatis iam repletisque ulceribus necessarium est: primum ex aqua frigida linamentum dum ca ro alitur: deinde cum iam continenda est: siccum imponendũ est: donec cicatrix inducatur. Tum deligari super album plum bum oportet: quo & reprimitur cicatrix: & colorem maxime sano corpori similem accipit. Idem radix siluestris cucumeris

præstat. Idem compositio: quae habet elaterii. P. XI. spumæ argenti. P. XII. unguenti Pondo. XIIII. Quae excipiuntur resina terebinthina: donec emplastri crassitudo ex omnibus fiat. Ac nigras quoq; cicatrices leniter purgant paribus portionibus mixta: æruginis: plumbum elotum: eadem que rosa cocta: siue ungitur cicatrix, quod in facie fieri potest: siue id ut emplastrum imponitur. quod in aliis partibus commodius est. At si uel excreuit cicatrix: uel concaua est: stultum est decoris causa rursus & dolorem & medicinam sustinere. Alioquin res utriq; succurri patitur. Siquidem utraq; cicatrix exulcerari scalpello potest. Si medicamentum aliquis mauult: idem efficiunt compositiones ex: quae corpus exedunt. Cute exulcerata: super eminentem carnem exedentia medicamenta coiicienda sunt. Super concauam impleatia: donec utrunq; ulcus sanae cuti æquetur: & tum cicatrix inducatur.

De uulneribus quae per morsus inferuntur eorum que curationibus. CAPVT. XXVII.

Dixi de iis uulneribus quae maxime per tela inferuntur. Sequitur ut de iis dicam: quae morsu fiunt: interdum hominis: interdum simiæ: sæpe canis: non nunq̄ ferorum animaliū: aut serpentium. Omnis autem fere morsus habet quoddam uirus. Itaq; si uehemens uulnus est: cucurbitula admouenda est. Si leuius: protinus emplastrum iniiciendum: præcipueq; Diogesi. Si id non est: quodlibet ex iis: quae aduersus morsus proposui. Si ea non sunt: uiride alexandrinum. Si ne id quidem est: quodlibet non pingue ex iis: quae recentibus uulneribus accommodantur. Sal quoq; his: præcipueq; ei: quod canis fecit: medicamentum est: si manus uulneri imponitur: super que id duobus digitis uerberatur (Exsaniat enim) ac salsamentum quoq; recte super id uulnus deligatur.

Curatio aduersus rabiosi canis morsum

Itaq; autem si rabiosus canis fuit: cucurbitula uirus eius ex

trahendum est. Deinde si locus neq; neruosus neque musculo sus est: uulnus id adurendum est. Si uri non potest: sangui nem homini mitti non alienum est. Tum usto quidem uulneri super imponenda quae cæteris ustis sunt. Ei uero quod exper tum ignem non est: ea medicamenta: quae uehementer exedũt. Post quae nullo nouo magisterio: sed iam supra posito: ulcus erit implendum: & ad sanitatem perducendum. Quidam post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt: ibiq; pati untur desudare dum uires corporis sinunt ulcere ad aperto': quo magis ex eo quoq; uirus distillet. deinde multo / meracoq; uino excipiunt. Quod omnibus uenenis contrarium est. Idq; cum ita per triduum factum est: tutus esse homo a periculo ui detur Solet autem ex eo uulnere: ubi parum occursum est: a quae tumor nasci. hydrophlogas graeci appellant. Miserri mum genus morbi. In quo simul æger & sitī & aquæ metu cru ciatur. Quo oppressis in angusto spes est. Sed unicum tamen remedium est: nec opinantem in piscinam non ante ei prouisã proficere. Et si natandi scientiam non habet: modo mersum bibere pati: modo attollere. Si habet: interdum deprimere: ut inuitus quoq; aqua satietur. Sic enim simul & sitis & aquae metus tollitur. Sed aliud periculum excipit: ne infirmum cor pus in aqua frigida uexatum neruorum distentio absumat. Id ne incidat: a piscina protinus in oleum calidum demittendus est. Antidotum autẽ: præcipue id quod primo loco posui. ubi id nonsẽ: aliud / si non dum æger aquam horret: potui ex aqua dandum est. et si amaritudine offenditur: mel adiiciendum est. Et si iam is morbus occupauit: per catapotia sumi potest.

hydrophlogas

Curationes communes aduersus omnes morsus ser pentium.

SErpentium quoq; morsus non nimium distantem curatio nem desiderant: quanuis in ea multum ãtiqui uariarunt: ut in singula genera anguium / singula medendi genera præci perent: atque aliis alia. Sed in omnibus eadem maxime profi ciunt. Igitur in primis super uulnus id membrum deligandum

est: non tamen nimium uehementer: ne torpeat. Dein uenenū extrahendum est. Id cucurbitula optime facit. Neq; alienum est: ante scalpello circa uulnus incidere: quo plus uiciati iam sanguinis extrahatur. Si cucurbitula non est, quod tamen uix incidere potest tum quodlibet simile uas: quod idem possit. Si ne id quidem est: homo adhibendus est: qui uulnus exsugat. Neque hercules scientiam praecipuam habent ii: qui psylli nominantur: sed audaciam usu ipso confirmatam. Nam uenenum serpentis: ut quaedam etiam uenatoria uenena: quibus galli praecipue utuntur: non gustu: sed in uulnere nocent. Ideoque colubra ipsa tuto estur: ictus eius occidit. et si stupentea: quod per quaedam medicamenta circulatores faciunt: in os digitum quis indidit: neque percussus est: nulla in ea saliua noxa est. Ergo quisquis exemplum psylli secutus id uulnus exsuxerit: & ipse tutus erit: & tutum hominem praestabit. Illud ne intereat / ante debebit attendere: ne quod in gingiuis / palato ue: alia ue parte oris ulcus habeat. Post haec is homo loco calido collocandus est: sic ut id: quod percussum erit: in inferiorem partem inclinetur. Si neque qui exsugat: neque cucurbitula est: sorbere oportet ius anserinum uel ouillum uel uituli num: & uomere. Viuum autem gallinaceum pullum per medium diuidere: & protinus calidum super uulnus imponere: sic ut pars interior corpori iungatur. Facit id etiam haedus / agnus ue discissus: & calida eius caro statim sup uulnus imposita. Emplastra quoq; quae supra comprehensa sunt. Aptissimumq; est: uel ephesium: uel id quod ei subiectum est. Praesēsque in aliquo antidoto praesidium est. Si id non est: necessarium est exorbere potionem meri uini cum pipere: uel quidlibet aliud: quo calor mouendus est: ne humorem intus coire patiatur. Nam maxima pars uenenorum frigore interimit. Omnia etiam urinam mouentia: quia materiam extenuant. utilia sunt.

Circulatores

Spectales curationes aduersus ictus serpentium & primo aduersus ictum Aspidis.

h Aec aduerſus omnes ictus communia ſunt. Vſus tamen ipſe docuit: cum: quem aſpis percuſſit: acetum potius bibere debere. Quod demonſtraſſe dicitur caſus cuiuſdam pueri: qui cum ab hac ictus eſſet: & partim ob ipſum uulnus: partim ob immodicos æſtus ſiti premeretur: ac locis ſiccis alium humorem non reperiret: acetum quod forte ſecum habebat: e bibit & liberatus eſt. Credo quoniam id: quanuis refrigerandi uim habet: tamen habet etiam diſſipandi. Quo fit ut terra reſperſa eo/ſpumet. Eadem ergo ui ueriſimile eſt: ſpiſſeſcentem quoque intus humorem hominis ab eo diſcuti: & ſic dari ſanitatem..

Aduerſus ictum ſcorpionis

i N quibuſdam etiam aliis ſerpentibus certa quædam auxilia ſatis nota ſunt. Nam ſcorpio ſibi ipſe pulcherrimum medicamentum eſt. Quidam contritum cum uino bibunt. quidã eodem mõ contritum ſuper uulnus imponunt. qdam ſuper prunam eo impoſito uulnus ſuffumigant undiq; uelte circundata: ne is fumus dilabatur, tum carbonem eius ſuper uulnus deligant. Bibere autem oportet herbae ſolaris: quam heliotropion graeci uocant: ſemen/uel certe folia ex uino. Super uulnus uero etiam furfures exaceto: uel ruta ſilua tica recte iponitur: uel cum melle ſal toſtus. Cognoui tamen medicos: qui ab ſcorpione ictis nihil aliud/quam ex brachio ſanguinem miſerunt.

Aduerſus aranei & ſcorpionis ictum

c T ad ſcorpionis autem & ad aranei ictum allium cum ruta recte miſcetur: ex oleoq; contritum ſuper imponitur.

Aduerſus Ceraſtis & Dipſæ & Aemorrhoidis ictum.

a T ſi Ceraſtes aut Dipſas aut Aemorrhois percuſſit: ſpoli quod ægyptiæ fabae magnitudinem aequet: arefactum in duas potiones diuidendum eſt: ſic ut ei rutae paulum adiici atur. Trifolium quoque & mentaſtrum & cum aceto panaces æque proficiunt. Coſtum que & caſia & cynnamomum recte per potionem aſſumuntur.

Aduerſus Chelydri ictum & ceraſtis

a Duerſus Chelydri uero ictum: panacis aut laſer: quod ſit ſcripulorū XII. uel porri ſuccus cum hemina uini ſumendus eſt: & edenda multa ſatureia. Imponendum autem ſuper uulnus/ſtercus caprinum ex aceto coctum: aut ex eodem hordeacea farina: aut ruta: uel nepeta cum ſale contrita melle adiecto. Quod in eo quoque uulnere: quod taeraſtes fecit: aeque ualet.

Aduerſus Phalangii ictum

u Bi uero phalangium nocuit: præter eam curationem: quae manu redditur: ſæpe homo demittendus in ſolium eſt: dā duſq; ei myrræ & unae timiniae par modus ex paſſi hemina. uel radiculae ſemen: aut lolii radix exuino: & ſuper uulnus furfures ex aceto coctæ. imperandumq; ut iſ cōquieſcat.

Aduerſus ictus italorum anguium: qui minus terribiles peregrinis ſunt

u Erum hæc genera ſerpentium & peregrina & aliquanto magis peſtifera ſunt: maxime que aeſtuoſis locis gignuntur. Italia/frigidiores que regiones hac quoq; parte ſalubritatem habent: quod minus terribiles angues edunt. Aduerſus quos ſatis proficit herba betonica: uel cantabrica: uel centauri on: uel argimonia: uel trixago. uel perſonina: uel marinae paſtinacae ſingulae binae uel tritae & cum uino potui datae: & ſuper uulnus impoſitae. Illud ignorari non oportet: omnis ſerpentis ictum & ieiuni & ieiuno magis nocere. Ideoq; pernitioſiſſimae ſunt cum incubant. Vtiliſſimumque eſt: ubi ex anguibus metus eſt: non ante progredi/ q̄ quis aliquid aſſumpſit.

Remedium generale aduerſus omnia uenena uel in cibo uel in potione aſſumpta

n On tam facile iis opitulari eſt: qui uenenum: uel in cibo: uel in potione ſumpſerunt. Primum: quia nō protinus ſentiunt: ut ab āgue icti: ita ne ſuccurrere quidem ſtatim ſibi poſſunt. Deinde: quia noxa non a cute: ſed abinteriobus partibus incipit. Commodiſſimum eſt tamen ubi primum ſenſit aliquis protinus oleo multo epoto uomere. Deinde/ubi præcordia ex

hauſit: bibere antidotum. Si id non eſt: uel merum uinum.

Spetialia remedia aduerſus quaedam uenena: & primo aduerſus cantharidas

¶ Vnt tamen quaedam remedia propria aduerſus quaedam uenena, maximeq; leuiora. Nā ſi cantharidas aliquis ebibit: panaces cum lacte contuſa: uel galbano: uino adiecto dari: uel lac per ſe debet.

Aduerſus cicutam

Cicuta: uinum merum calidum cum ruta q̄ plurimum ingerendum eſt, deinde is uomere cogendus. Poſteaq; laſer ex uino dandum. Is q̄: ſi febre uacat: in calidum balneum mittendus. Si nō uacat: ungendus ex calfacientibus eſt. Poſt quæ quies ei neceſſaria eſt.

Aduerſus hyoſcyamum

Hyoſcyamum: feruens mulſum bibendum eſt: aut quodlibet lac: maxime tamen aſininum.

Aduerſus cæruſſam

Cæruſſam: ius maluae: uel ius glandis ex uino contritae maxime proſunt.

Aduerſus ſanguiſugam ſi epota eſt. & lac quod intus coiit.

Sanguiſuga epota eſt: acetum cum ſale bibendum eſt. Si lac intus coiit: aut paſſum: aut coagulum: aut cum aceto laſer.

Aduerſus fungos inutiles.

Fungi

Fungos inutiles quis aſſumpſerit: radicula aut epota: aut cum ſale & aceto edenda eſt. Ipſi uero hi & ſpecie quidem diſcerni poſſunt ab utilibus: & cocturæ genere idonei fieri. Nam ſiue ex oleo inferuuerunt: ſiue piri ſurculus cum his ferunit: omni noxa uacant.

De aduſtis corporis locis & quomodo curari debeant

Aduſtis quoq; locis extrinſecus uis infertur. Itaq; ſequi uidetur: ut de his dicam. Haec autem optime curantur foliis: aut lilii: aut linguae caninae: aut betae in uetere uino oleoq;

decoctis. Quorum quidlibet ꝓtinus impoſitum ad ſanitatem perducit. Sed diudi quoq; curatio poteſt in ea: quae mediocriter exedentia reprimentia que: primo & puſtulas prohibeant & ſummam pelliculam exaſperent. Deinde ea quae lenia adſanitatem perducant. Ex prioribus eſt lenticulae cum melle farina: uel myrra uel uino: creta cimolia cum turis cortice contrita & aqua coacta: atq; ubi uſus neceſſitas incidit/aceto diluta. Ex inſequentibus quaelibet lipara. Sed idonea maxime eſt: quae uel plumbi recrementum: uel uitellos habet. Eſt etiam illa aduſtorum curatio: dum inflammatio eſt: impoſitam habere cum melle lenticulam. Vbi ea declinauit: farina cum ruta: uel porro: uel marrubio: donec cruſtae cadant. Tum eruum cum melle: aut irim: aut reſinam terebinthinam: donec ulcus purum ſit. Nouiſſime ſiccum linamentum.

De interioribus ulceribus: quae aliqua corporum parte corrupta naſcuntur. CAPVT. XXVIII.

De carbunculo & eius curatione

a BHis quæ extrinſecus incidunt adea ueniendum eſt: quæ interius corrupta aliqua corporum parte naſcuntur. Ex qbus nō aliud carbunculo peius. eius hæ notæ ſunt. Rubor eſt ſuperq; cum nō nimium puſtulæ eminet. maxime nigræ: interdum ſubliuidae aut pallidæ. Inhis ſanies eſſe uidetur. infra color niger eſt. Ipſum corpus aridum & durius q̄ naturaliter oportet. Circa quem quaſi cruſta eſt: eaq; inflammatione cingitur. neq; in eo loco leuari cutis poteſt: ſed inferiori carni quaſi affixa eſt. Sōnus urget, nō nunq̄ horror/aut febris oritur: aut utrunq;. Idque uitium ſubter actis quaſi quibuſdam radicibus ſerpit: interdum celerius: interdum tardius. ſupra quoque procedens inalbeſcit. dein liuidum fit. circumq; exiguæ puſtulæ oriuntur. Et ſi circa ſtomachum/fauces ue incidit: ſubito ſpiritum ſæpe elidit. Nihil melius eſt: q̄ ꝓtinus adurere. Neq; id graue eſt. Nam non ſentit. quoniam ea caro mortua eſt. Finis que adurendi eſt: dum ex omni parte ſenſus doloris eſt.

carbūculus

Tum deinde uulnus: ſicut cætera aduſta: curandum eſt. Sequitur enim ſub medicamentis erodentibus cruſta undiq; a uiua carne diducta: quæ trahit ſecum quicquid corruptum erat: priuſq; iam ſinus curari poteſt implentibus. At ſi in ſumma cute uitium eſt: poſſunt ſuccurrere quædam uel exedentia tantum uel etiam adurentia. Vis pro magnitudine adhibenda ē. Quodcunq; uero medicamentum poſitum eſt: ſi ſatis profici et: protinus a uiua corruptam partem reſoluit. Certa que eſſe fiducia poteſt fere ut undiq; uitioſa caro excedat: qua huiuſce rei medicamen exeſt. Si id non fit: medicamentum malo uincitur. Vtiq; ad uſtionem properandum eſt. Sed in eiuſmodi caſu abſtinendum a cibo / a uino eſt. Aquam liberaliter bibere expedit. Magiſq; ea ſeruāda ſunt: ſi febricula quoq; acceſſit.

De carcinomate & eius curatione.

Carcinoma

n On idem periculum carcinoma affert: niſi imprudentia curantis agitatum eſt. Id uitium fit maxime in ſuperioribus partibus: circa faciem: nares: aures: labra: mammas ſxminatū. Et in iecore autem aut ſplene hoc naſcitur. Circa locum aliqua quaſi puncta ſentiuntur. is q; immobilis: inæqualis tumet: interdum etiam torpet. Circa eum inflatæ uenæ quaſi recuruantur. hæq; pallent: aut liuent. nō nunq; etiam inq buſdam deteſcunt. Tactus que is locus aliis, dolorem affert: in aliis eum non habet. Et nō nunquā ſine ulcere durior aut mollior eſt: q; eſſe naturaliter debet: non nunquam hiſdem omnibus ulcus accedit. Interdum que nullam habet proprietatem: interdum ſimile his eſt: quae uocant græci condylomata: aſpredine quadā & magnitudine ſua. Colorq; eius ruber eſt: uat leuticuulae ſimilis neq; tuto feretur. Nam protinus aut reſolutio neruorum: aut diſtentio inſequitur. Saepe homo ictus obmuteſcit: atq; eius aīa deficit. Quibuſdā etiam ſi id ipſū preſſum ē: quæ circa ſunt: intenduntur & intumeſcunt. Ob quæ peſſimū id genus ē. fereq; primū id fit quod cacoethes a græcis nominatur. Deīde exeo id carcinoma quod ſine ulcere ē. Deīde ulcus exeo thymium. Tolli nihil niſi cacoethes potē. reliqua curatioibus irritātur. Et quo maior uis adhibita eſt: eo magis quidā uſi ſunt me

condylomata

cacoethes

thymiū

aſpredo

dicamentis adurentibus. Quidam ferro aduxerunt. Quidam scalpello exciderunt. Neq; ulli unquam medicina pficit. Sed adusta protinus concitata sunt & increuerunt: donec occiderent. Excisa etiam post inductam cicatricem tamē reuerterūt: & causam mortis attulerunt. Cum interim pieriq; nullam uim adhibendo: qua tollere id malum tentent: sed imponendo tantum lenia medicamenta: quae quasi blandiantur: quo minus ad ultimam senectutem perueniant: non prohibentur. Discernere autem cacoethes quod curationem recipit a carcinomate: quod non recipit: nemo scire potest. Sed tempore & experimento. Ergo ubi primum id uitium notatum est: imponi debent medicamenta adurentia. Si leuatur malum: minuūturq; eius indicia: procedere curatio potest & ad scalpellum & ad ustionem. Si protinus irritatum est: scire licet iam carcinoma esse: remouenda que sunt omnia acria: omnia uehementia. Sed si sine ulcere is locus est: imponi ficum quam pinguissimam: aut rhypodes emplastrum satis est. Si ulcus æquale est: caeratum ex rosa iniiciendum est: adiiciendus que et puluis ex contrita testa: exqua faber ferrarius tingere candens ferum solitus est. Si id nimiū supercreuit: tentanda squama æris est. quae leniissima ex adurentibus est: eatenus nequid eminere patiatur. sed ita, si nihil exacerbauit. Si minus: eodem caerato cōtenti esse debebimus.

De Theriomate & eius curatione.

Thermoma

e Si etiam ulcus: quod therioma graeci uocant. Id & pse nascitur: & interdum ulceri ex alia causa facto supuenit. color est uel liuidus: uel niger. odor foedus: multus: & mucci similis humor. Ipsum ulcus neq; tactum: neq; medicamentum sētit. prurigine tantum mouetur. At circa, dolor est & inflāmatio. Interdum etiam febris oritur. Non nunq; exulcere sanguis erumpit. At id quoq; malum serpit. Quae omnia sæpe intenduntur. Fitq; ex his ulcus: quod herpeta eschiomenon graeci uocant: qa celeriter serpendo penetrādoq; usq; ossa corpus uorat. Id ulcus inæquale ē: coeno simile. inēq; multus humor glutinosus. odor intolerabilis: maiorq; q̄ pmō ulceris inflāmatio.

herpeta eschiomenō

Vtrunq; sicut omnis cancer: fit maxime insenibus uel iis: quo rũ corpa mali habitus sunt. Curatio utriusq; eadem est: sed in maiore malo magis necessaria. Ac primum a uictus ratione ordinandus est. ut quiescat in lectulo: ut primis diebus a cibo abstineat: aquã q̃ plurimam assumat. Aluus quoq; ei ducatur. Dein post inflammationem cibum boni succi capiat / uitatis omnibus acribus: potionis quantũ uolet: sic ut interdiu quidem aqua contentus sit. In cœna etiam uini austeri aliquid bibat. Non æque tamen fame in iis: quos herpes urgebit: atq; iis qui therioma adhuc habebunt: utendum erit. Et uictus quidem talis necessarius est. Super ulcus uero inspergenda arida aloe o enanthe est: et si parum proficiet: chalcitis. Ac siquis neruus exesa carne nudatus est: contegendus ante linteolo est: ne sub eo medicamento aduratur. Si ualidioribus etiam num remediis opus est: ad eas cõpositiones ueniendum est: quae uehementius aduruut. Quicquid autem inspergitur auerso specillo infundi debet. Super danda cum melle sunt uel linamenta: uel oleæ folia ex uino decocta: uel marrubium: eaq; linteolo conregenda in aqua frigida madefacto: dein bene expresso. Circaq; qua tumor exinflammatione est: imponenda quæ reprimant catapla smata. Si sub his nihil pficitur: ferro locus aduri debet: diligẽ ter neruis / siqui apparent / ante contectis. Adustum uel medica mentis uel ferro corpus / primum purgandum: deinde implendum esse: apparere cuilibet ex prioribus potest.

specillũ

De Sacro igne & eius curatione

sacer ignis

Sacer quoq; ignis malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ species sunt. Alterum est sub rubicundum: aut mixtũ rubore atq; pallore: exasperatumq; per pustulas continuas: quarum nulla / altera maior est: sed plurimae perexiguae. In his semper fere pus: et sæpe rubor cum calore est. serpitq; id non nunquam sanescente eo: quod primum uitiatum est: non nunquam etiam exulcerato. ubi ruptis pustulis ulcus continuatur: humorq; exit: qui esse iter saniẽ & pus uideri potest. Fit maxime

in pectore: aut lateribus: aut eminentibus partibus: præcipueq; in plantis. Alterum autem est in summae cutis exulceratione: sed sine altitudine: latum: subliuidum: inæqualiter tamen: medium q; saneſcit extremis procedentibus: ac saepe id quod iam sanum uidebitur: iterum exulceratur. At circa proxima cutis: quae uitium receptura est: tumidior & durior est: colorem que habet ex rubro subnigrum. Atque hoc quoque modo fere corpora seniora tentantur: aut quæ mali habitus sunt: sed incruribus maxime. Omnis autem sacer ignis ut minimum periculū habet ex iis quae serpunt: sic prope difficillime tollitur. Medicamentum eius fortuitum est. Vno die febris: quae humorē noxium absumat. Cuius quo crassius & albidius est: eo periculi minus est. Prodest etiam infra os ulcerum laedi: quo plus puris exeat: & id / quo ibi corrūptum corpus est: extrahat. sed tamen si febricula accessit: abstinentia: lectulo: alui ductione opus est. In omni uero sacro igni neq; lenibus & glutinosis cibis: neq; salsis & acribus utendum est: sed iis quæ inter utrunq; sunt. qualis est panis sine fermento: piscis: hedus: aues: excepto q; apro omnis fere uenatio. Si non est febricula: & gestatio utilis est: & ambulatio & uinum austerum & balneum. Atq; in hoc quoq; genere potio magis liberalis esse: quam cibus debet. Ipsa autem ulcera si mediocriter serpunt: aqua calida. Si uehementius: uino calido fouenda sunt. Deinde acu pustulae quaecunq; sunt aperiendæ. Tum imponenda ea: quae putrem carnem exedunt. Vbi inflammatio sublata: ulcusq; purgatum est: imponi lene medicamentum debet. In altero autem genere possunt proficere mala coronea in uino cocta atq; contrita. Potest emplastrum uel Hieræ: uel tetrapharmacum: cui quinta pars turis adiecta sit. Potest nigra hedera ex uino austero cocta. Ac si celeriter malum serpit: non aliud magis proficit. Purgato ulcere: quod in summa cute esse proposui: satis ad sanicatem eadem lenia medicamenta proficient.

Mala coronea.

De Chironeo ulcere & eius curatione.

chironeū

c Hironeū autem ulcus appellatur quod & magnum est & habet oras duas: callosas: tumentes. Exit sanies non multa: sed tenuis. Odor malus neq; in ulcere neq; in eius tumore est. Nulla inflammatio, dolor modicus est. nihil serpit: ideoq; nullum periculum affert. sed non facile sanescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur. deinde iterum tumpitur. ulcusq; renouatur. Fit maxime in pedibus & cruribus. Super id imponi debet quod & lene aliquid & uehemens & reprimens habeat. Quale eius rei causa fit ex his. Squamae aeris: plumbi eloti cō busti: singulorum. P. XIIII. Cadmiae: cerae: singulorum. P. XVIII. rosae quantum satis est ad caeram simul cum eis molliendam.

De ulceribus quae ex frigore in pedibus & manibus oriuntur & eorum curationibus.

f Iunt etiam ex frigore hiberno ulcera / maxime inpueris & praecipue pedibus digitisq; eorum: non nunq̄ etiam in manibus. Rubor cum inflammatione mediocri est. Interdum pustulae oriuntur. deinde exulcerario. Dolor autem modicus. Prurigo maior est. non nunq̄ humor exit: sed non multus: qui referre uel pus uel saniem uidetur. Inprimis multa calida aqua fouendum est: in qua rapa decocta: aut si ea non sunt: aliquae herbenae ex reprimentibus. Si non dum adapertum ulcus: aesq̄ maxime calidum quis pati potest admouendum est. Si iam exulceratio est: imponi debet alumen aequa portione cum cere contritum: cum uino adiecto. aut malicorium inaqua coctum: deinde contritum. Si summa detracta pellicula est: hic quoq; melius lenia medicamenta proficiunt.

De struma & eius curatione

struma

f Truma quoq; est tumor: in quo subter concreta quaedam ex pure & sanguine / quasi glandulae oriuntur. Quae uel praecipue fatigare medicos solent. quoniam & febres mouent: nec unq̄ facile matureſcunt: & siue ferro siue medicamentis curantur. Pleruncq; iterum iuxta cicatrices ipsas resurgunt: multoq; post medicamento est opus. Quibus id quoque accedit:

quod lõgo ſpatio detinent. Naſcuntur maxime in ceruice: ſed etiam in alis & inguinibus & inlateribus. In mammis quoq; foeminarum ſe repperiſſe chirurgicus Meges auctor eſt. Propter hæc & album ueratrum recte datur. atq; etiam ſæpius donec ea digerantur. Et medicamenta imponuntur: quae humorem uel educãt uel diſſipent: quorum ſupra mentio facta eſt. Adurentibus quoq; quidam utuntur: quae exedunt: cruſtaq; eum locum aſtringunt. tunc uero ut ulcus curant. Quaecunq; autem ratio curandi eſt: corpus puro ulcere exercendum atq; alendum eſt: donec ad cicatricem perueniat. Quae cum medici docẽt: quorundam ruſticorum experimento cognitum: quem ſtruma male habet: eum / ſi anguem edit: liberari.

Meges chirurgicus

ſerpentis eſu ſtruma liberari.

De furunculo & eius curatione.

Furunculus

F Vrunculus uero eſt tuberculum acutum cum inflatione & dolore: maximeq; ubi iam in pus uertit. Qui ubi adapertus eſt / & exit: ſuper apparet pars carnis in pus uerſa: pars corrupta ſubalbida ſubrubra. quem uentriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum eſt etiam ſi nulla curatio adhibeatur. Matureſcit enim per ſe atq; erumpit. Sed dolor efficit: ut potior medicina ſit: quae maturius liberet. Proprium eius medicamentum galbanum eſt. Sed alia quoq; ſupra comprehenſa ſunt. Si caetera deſunt: imponi debent primum non pingue emplaſtrum: ut id reprimat. deinde ſi non repreſſit: quodlibet puri mouendo accomodatum. Si neidquidem eſt: uel reſina: uel fermentum. Expreſſo pure / nulla ultra curatio neceſſaria eſt.

De phymate & eius curatione.

phyma

P Hyma uero nominatur tuberculum furunculo ſimile: ſed rotundius & planius: ſæpe etiam maius. Nam furunculus oui dimidii magnitudinem raro explet: nunquam excedit. Phyma etiam latius patere conſueuit. Sed inflammatio dolorque ſub eo minores ſunt. Vbi euulſum eſt pus: eodem modo apparet uentriculus. quod in furunculo non inuenitur. Verum omnis corrupta caro in pus uertitur. Id autem in pueris & ſae

pus

pius nascitur & facilius tollitur. in iuuenibus rarius oritur & difficilius curatur. Vbi ætas indurauit: ne nascitur quidem. Quibus uero medicamentis discuteretur, supra propositum ē.

De phlygetro & eius curatione.

Phlygetron autem est tumor non altus: latus in: quo quidam pustulae simile est. Dolor distentioq uehemens est & maior quam pro magnitudine tumoris. interdum etiam febricula. id que tarde maturescit: neque magnopere in pus conuertitur. Fit maxime aut in uertice: aut in alis: aut inguinibus. Panem ad similitudinem figuræ nostri uocant. Atq id ipsum quo medicamento tolleretur supra demōstraui. Sed cū omnes hi nihil nisi minuti abscessus sint: generale nomen trahit latius uitium ad suppurationem spectans. Idq fere fit aut post febres: aut post dolores partis alicuius: maxime que eos: qui uentrem infestarunt. Sæpius que oculis expositum est. Siq dem latius aliquid intumescit ad similitudinem eius: quod phyma uocari proposui: rubet que cum calore: & paulo post etiam cum duritia: magis que innocenter indolescit: & sitim uigiliā que exprimit. Interdum tamen nihil horum incute deprehendi potest: maximeq ubi altius pus mouetur. Sed cum sit uigilia que sentiuntur intus aliquae punctiones. & quod de subito durius non est: melius est. & quanuis non rubet: coloris tamen aliter mutati est. Quae signa iam pure oriente nascuntur. Tumor rubor que multo ante incipiunt. Sed si locus mollis est: auertendus is materiæ aditus est per cataplasmata: quae simul & reprimunt et refrigerant. qualia et alias et paulo ante in erisipela proposui. Si iam durior est: ad ea ueniendum est: quae digerant et resoluant. qualis est ficus arida contusa. aut fex mixta cum caerato: quod ex adipe suilla coactum sit. aut cucumeris radix: cui ex farina duæ partes adiectae sint ante ex mulso decoctæ. Licet etiam miscere æquis portionibus ammoniacum: galbanum: propolim: uiscum: pondusq adiicere myrræ dimidio minus: q̄ inprioribus singulis erit. Atq emplastra quoq & malagmata idem efficiunt: quae supra explicui. Quod

per hæc discussum non est: necesse est matureſcat, Idq; quo celerius fiat: imponenda est farina hordeacea. ex aqua cocta recte miscetur. Eadem autem haec in minoribus quoq; abscessi bus: quorum nomina proprietatesq; supra reddidi: recte fiūt: Eademq; omnium curatio. Tantum modo distat. Crudum est autem: in quo magis quasi nenarum motus est & grauitas & ardor & distentio & dolor & rubor & durities. Et si maior abscessus est: horror aut etiam febricula permanet: Penitusq; condita suppuratio. Si pro his, quæ alibi cutis ostendit: punctiones sunt: ubi ista se remiserunt: iamq; cutis prurit: et aut subliuidus aut subalbidus est: matura suppuratio est. eaq; ubi uel per ipsa medicamenta: uel etiam ferro aperta est: pus debet emitti Tum siqua in alis uel inguinibus sunt, sine linamento nutriendа sunt. In cæteris quoq; partibus: si una plaga exigua est: si mediocris suppuratio fuit: si non alte penetrauit: si febris non est: si ualet corpus: æque linamenta supuacua sunt. In reliquis parce tamen: nec nisi plaga est: imponi deberet. Commode uero uel super linamenta: uel sine his imponitur lenticula ex mele: aut malicorium ex uino coctum. Quæ & per se: et mixta, idonea sunt. Siqua circa duriora sunt: adea mollienda: uel malua contrita: uel foeni græci: lini ue semen ex passo coctum superdandum est. Quicquid deinde impositum est: non astrīgi sed modice deligari debet. Illo neminem decipi decet: ut ihoc genere cærato utatur. Cætera quae pertinent ad purgandum ulcus: adimplendum: ad cicatricem inducendam: conueniunt quæ in uulneribus exposita sunt.

De fistulis & earum generibus & curationibus

NOn nunquam autem ex eiusmodi abscessibus & ex aliis ulcerum generibus fistulæ oriuntur. Id nomen est ulceri alto: angusto: calloso. Fit in omni fere parte corporis: habetq; quædam insingulis locis propria. prius decommunibus dicam. Genera igitur fistularum plura sunt. Siquidem aliæ breues sunt: aliæ altius penetrant: aliæ recte intus feruntur: aliæ, mul

tocq plures transuerse. aliæ simplices sunt: aliæ duplices/triplices ue ab uno ore intus orsæ: quæ tres fiunt: aut etiam in plures sinus diuiduntur. aliæ rectae: aliæ flexae & tortuosæ sunt. Aliæ intra carnem desinunt. Aliæ ad ossa: aut cartilaginem pene trant: aut ubi neutrum horum subest: ad interiora perueniunt. Aliæ deinde facile: aliae cum difficultate curantur. Atque etiam quædam insanabiles reperiuntur. Expedita curatio est in fistula simplici recenti intra carnem: adiuuatq ipsum corpus si iuuenile: si firmum est. Inimica/contraria his sunt. Itē q si fistula os: uel cartilaginem: uel neruum: uel musculos læsit. si articulum occupauit. si uel aduesicam: uel adpulmonem: uel ad uuluam: uel ad grādes uenas: arterias ue: uel ad inania: ut guttur: stomachum: thoracem penetrauit. Ad intestina quoq eam tendere semper periculosum: saepe pestiferum est. Quibus multum mali accedit: si corpus: uel aegrum: uel senile: uel mali habitus est. Ante omnia autem demitti specillum infistulam conuenit: ut quo tendat & quam alte perueniat: scire possimus. Simul etiam protinus humida/an siccior sit. Quod ex tracto specillo patet. Si uero os in uicino est: id quod disci potest sic: iam nec ne eo fistula penetrauit/quatenus nocuerit. Nam si molle est: quod ultimo specillo contingitur: intra carnem adhuc uitium est. Si magis id renititur: ados uentum est. Ibi deiade si labitur specillum: non dum caries est. Si non labitur: sed aequali innititur: caries quidem/ uerum adhuc leuis est. Si inæquale quoq & asperum subest: uehementius os exesum est. At cartilago ubi subhaesit/ipsa sedes docet: peruentumq esse ad eam ex renixu patet. Sed ex his quidem colligūtur fistularum sedes: spatia: noxæ. Simplices uero hae sint: an in plures partes diducantur: cognosci potest ex modo puris: cuius si plus fertur/quam quod simplici spatio conuenit: plures sinus esse manifestum est. Cumq fere iuxta sint caro & neruus & aliqua neruosa: quales fere tunicae/membranæq sunt: genus quoq puris docebit: num plures sinus intus diuersa corporis genera perroserint. Siquidem ex carne pus leue: album: co

pioſius fertur. Ac ex neruoſo loco/coloris qdē eiuſdem: ſed tenuius & minus. Ex neruo/pingue & oleo non diſſimile. Deni q̄ etiam corporis īquinatio docet: num in plures partes fiſtu læ penetrarint: quia ſaepe cum quis aliter decubuit: aliter que membrum collocauit: pus ferri: quod iam deſierat: incipit. re ſtatur que non ſolum alium ſinum eſſe ex quo deſcendat: ſed etiam in aliam corporis partem eum tendere. Sed ſi & incarne & recens & ſimplex eſt: ac neq̄ rugoſa neque caua ſede: neque inarticulo: ſed in eo membro: quod per ſe immobile: non niſi cū toto corpore mouetur: ſatis proficiet emplaſtrum: quod re centibus uulneribus imponitur: dum habeat: uel ſalem: uel alu men: uel ſquamam æris: uel æruginem: uel ex metallicis aliq̄d. Exq̄ eo collirium fieri debet altera parte tenuius: altera paulo plenius. Id que ea parte qua tenuius eſt: altera antecedente de mitti oportet in fiſtulam: donec ſanguis purus ſe oſtendat. Quae in omnibus fiſtularum colliriis perpetua ſunt. Idem de inde emplaſtrum in linteolo ſuper imponendum: ſupraq̄ inii cienda ſpongia cum in acetum ante demiſſa. ſolui que quinto die ſatis eſt. Genus que uictus adhibendum eſt: quo carnem a li docui. Ac ſi longius a præcordiis fiſtula eſt: interuallo ieiu num radiculas ediſſe: deinde uomere/ neceſſarium eſt. Vetu ſtate calloſa fit fiſtula. Callus autem neminem fallit: quia du rus eſt: & aut albus: aut pallidus. Sed tum ualidioribus medi camentis opus eſt. Quale eſt: quod habet papaueris lacrimæ. P. I. gummi. P. III. cadmiæ. P. IIII. atramenti ſutorii. P. XVIII. Ex quibus aqua coactis collirium fit. Aut in quo ſūt gallæ. P. X. æruginis. ſandaracæ. aluminis ægyptii: ſingulo rum. P. XI. atramenti ſutorii combuſti. P. XII. Aut quod cō ſtat ex chalcitide & ſaxo calcis. quibus auripigmenti dimi dio minus/quam in ſingulis prioribus eſt: adiicitur. eaq̄ mel le cocto excipiuntur. Expeditiſſimum autem eſt ex præcepto Megetis: æruginis raſae. P. XII. conterere: deinde ammonia ci: thymiamatis. P. XII. aceto liquare: eo que infuſo ex ærugi ne colligere. Id qae ex primis medicamentis eſt. Sed ut hæc

maximi effectus sunt: sic cui ista non adsunt: facile tamen est callum quibuslibet adurentibus medicamentis prodere. aut quibus hæc maxime in effectu sunt erodere. Satius que est uel papirum intortum: uel aliquid ex penicillo in modum collirii astrictum eo illinire. Scylla quoq; cocta & mixta cum calce callum exest. Siquando uero longior & transuersa fistula est: demisso specillo contra principium huius incidi commodissimum est & collirium utrunq; demitti. At si duplicem esse fistulam aut multiplicem existimamus: sic tamen/ut breuis: intraq; carnem sit: collirio uti non debemus: quod unam partem curet: reliquas omittat. Sed eadem medicamenta arida in calamum scriptorium coiicienda sunt is que ori fistulæ aptandus: inspirandumq;: ut ea medicamenta intus compellantur. Aut eadem ex uino liquanda. Vel si sordidior fistula est: ex mulso. si callosior: ex aceto sunt. atq; intus infundendum quicqd inditum est. Superponenda sunt quae refrigerent & reprimãt. Nam fere quae circa fistulam sunt: habent aliquid inflammationis, Neq; alienum est ubi quis resoluerit: anteq̃ rursus alia medicamenta coiiciat: per oricularium clysterem fistulam eluere. Si plus puris fertur: uino. Si callus durior est: aceto Si iã purgatur: mulso/uel aqua in qua eruum coctum sit: sic ut huic quoq; mellis paulum adiiciatur. Fere uero fit: ut ea tunica: quae inter ferrumen & integram carnem est: uicta medicamentis tota exeat: infraq; ulcus purum sit. Quod ubi contigit: imponenda glutinantia sunt: præcipueq; spongia melle cocto illita. Neq; ignoro multis placuisse: linamentum in modum collirii compositum tinctum melle demitti. Sed celerius id glutinatur/quam impletur. Neque uerendum est ne purum corpus puro corpori iunctum non coeat: adiectis quoq; medicamentis ad id efficacibus: cum sæpe exulceratio digitorum: nisi magna cura prospeximus: sanescendo in unum cos iungat.

Calamus scriptorius.

calamus scriptorius

+

De melicera.

Melicera

e Est etiam ulceris genus: quod a faui similitudine melicera a græcis nominatur. id q̃ duas species habet. Alterum

subalbidum furunculo simile: sed maius & cum dolore maiore. Quod ubi matuerescit habet foramina per quae fertur humor glutinosus & purulentus. Nec tamen ad iustam maturitatem p uenit. Si diuisum est: multo plus intus corrupti / quam in furun culo apparet: altiusq; descendit. Raro fit nisi in scapulis. Al terum est minus super corpus eminens: durum: latum: subuiri de: subpallidum: magis exulceratum. Siquidem ad singulorum pilorū radiecs foramina sūt: per quæ fertur humor glutinosus subpallidus: crassitudinem mellis aut uisci referens. interdum olei. Si inciditur: uiridis intra caro apparet. Dolor autem & inflammatio ingens est: adeo ut acutam quoque febrem moue re consuerint. Super id quod minus crebris foraminibus exa speratum est: recte impònitur & ficus arida: & lini semen in mul so coctum: & emplastra ac malagmata materiam educentia: aut quae pprie huc pertinentia supra posui. Super alterum: et ea medicamenta & farina ex mulso coctā: sic ut ei dimidiū resinae terebinthinae misceatur. & ficus in mulso decocta: cu i paulum hysopi contriti sit adiectum: & quae timiniae pars quarta fico adiecta. Quod si parum in utrolibet genere medi camenta proficiunt: totum ulcus usque ad sanam carnem excidi oportet: et ulcere ablato super plagam medicamenta danda sunt: primū quæ pus citēt. deinde quæ purgent: tum quæ ipleāt. De acrochordone & Thymio & Myrmetio & Clauo cutationi busque eorum

sunt quædam uero uerrucis similia. quorum diuersa nomina ut uitia sunt. Acrochordona graeci uocant ubi sub cute coit aliquid durius & interdum paulo asperius coloris eiusdē: infra tenue: ad cutem latius. id que modicum est: quia raro fa bae magnitudinem excedit. Vix unum tantum eodem tempore nascitur. sed fere plura / maximeq; in pueris. eaq; non nunq̄ su bito desinunt: non nunquam mediocrem inflammationem exci tant. Sunt quæ etiam in pus conuertuntur. At thymion nomi natur quod super corpus quasi uerrucula eminet: ad cutem tenue: supra latius: sub durum: & in summo pet aspe

rum. Id que summum colorem floris thymi repræsentat. Vnde ei nomen est. Ibiq; facile finditur & cruentatur. non nunq̄ aliquantum sanguinis fundit. fereq; circa magnitudinem fabæ ægyptiæ est. raro maius: interdum per exiguum. modo unum: modo autem plura nascuntur: uel in talis: uel palmis: uel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscenis sunt: maximeq; ibi sanguinem fundunt. Myrmecia autem uocantur: humiliora thymio durioraq;: quae radicesaltius exigunt: maioremq; dolorem mouent: infra lata: super autem tenuia: minus sanguinis mittunt. magnitudine uix unq̄ lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoq; / aut in palmis / aut in inferioribus partibus pedum. Clauus autem non nunq̄ quidem etiam alibi: sed in pedibus tamen maxime nascitur: præcipue tamen exconcuso: quanuis interdum aliter: doloremq; etiam / si non alias / tamen ingredienti mouet. exhis acrocordon, siue thymium sæpe etiam perse finiuntur: & quo minora sunt: eo magis. Myrmecia & claui sine curatione uix unq̄ desinunt. Acrochordon si excisa est nullamradiculam relinquit: ideoq; ne renascitur quidem. Thymio clauoq; excisis subter rotunda radicula nascitur: quæ penitus descendit ad carnem: eaq; relicta idem rursus exigit. Myrmecia latissimis radicibus inhærent. ideoq; ne excidi quidem sine exulceratione magna possunt. Clauum subinde deradere commodissimum est. Nam sine ulla ui sic emollescit. ac si sanguinis quoq; aliquid emissum est: sæpe emoritur Tollitur etiã siqs eũ circum purgat: deinde iponit resinam: cui miscuit pulueris paulum: quem ex lapide molari cõtrito fecit. Cætera uero genera medicamentis adurenda sunt. Aliisq; id quod ex fece uini: myrmeciis id quod ex alumine & sandaraca fit: aptissimum. Sed ea: quae circa sunt: foliis contegi debent: ne ipsa quoq; exulcerentur. Deinde postea lenticula imponi solet. Tollit thymium etiam ficus in aqua cocta.

De pustularum generibus & earum curationibus.

a T pustulæ maxime uernis temporibus oriuntur. earũ plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus / partemue

aſpredo

aſpredo quædam fit ſimilis iis puſtulis: quæ ex urtica/uel ex ſudore naſcuntur. Exanthemata græci uocant: ea que modo rubent: modo colorem cutis non excedunt. Non nunq̃ plures ſimiles uaris oriuntur: non nunquam maiores puſtulæ liuidæ/ aut pallidæ/aut nigræ/aut aliter naturali colore mutato. Sub eſt q̃ his humor. Vbi hæ ruptæ ſunt: infra quaſi exulcerata caro apparet. helcodes græce nominatur. Fiunt uel ex frigore: uel exigni: uel ex medicamentis. Phyzacion autem paulo duri or puſtula eſt ſub albida: acuta. ex qua ipſa quod exprimitur humidum eſt. Ex puſtulis uero non nunquam etiam ulcuſcula ſunt aut aridiora aut humidiora: et modo tantum cum prurigi ne: modo etiam cum inflammatione aut dolore. Exitq̃ aut pus: aut ſanies: aut utrunq̃. Maximeq̃ id euenit in ætate puerili: ra ro in medio corpore. ſæpe in eminentibus partibus. Peſſima puſtula eſt. quæ epinyctis uocatur. Ea colore uel ſubluuida: uel ſub nigra: uel alba eſſe conſueuit. Circa hanc autem uehe mens inflammatio eſt: & cum adaperta eſt: reperitur intus e xulceratio muccoſa. Color eſt humori ſuo ſimilis. Dolor exea ſupra magnitudinem eius eſt. Neq̃ enim ea/faba maior eſt. Atq̃ hæc quoq̃ oritur in eminentibus partibus: & fere noc tu. Vnde nomen quoq̃ à græcis ei epinyctis impoſitum eſt.

exanthemata

helcodes

phyzacio

epinyctis

Cura. ¶ In õni uero puſtularum curatione primum eſt multũ ambulare atq̃ exerceri. Siqd iſta phibet: geſtari. Secundum eſt: cibum minuere: abſtinere ab õnibus acribus & extenuantibus. eadem q̃ nutrices facere oportet: ſi lactens puer ita affectus ẽ. Præ terea hæc is q̃ iã robuſtus eſt: ſi puſtulæ minutæ ſunt: deſudare ibi neo debet: ſimulq̃ ſup eas nitrum inſpgere: oleoq̃ uinum miſce re: & ſic ungi. Tum deſcendere in ſolium. Si nihil ſic profici tur: aut ſi maius puſtularum genus occupauit: imponenda len ticula eſt. detractaq̃ ſũma pellicula admedicamenta lenia trã ſeundum. Epinyctis poſt lẽticulã recte herba quoq̃ ſanguinali uel uiridi coriãdro curatur. Vlcera expuſtulis facta tollit ſpu ma argenti cum ſemine foeni græci mixta: ſic ut his ſuiciẽ ro ſa atq̃ intubi ſuccus adiiciatur: donec mellis craſſitudo fiat.

Proprie ad eas pustulas: quae infantes male habent: lapidis: quem pyriten uocant. P. XVIII. cum quinquaginta amaris nucibus miscetur: adiiciuntur que olei cyathi tres. Sed prius ungi ex caerussa pustulae debent. tum hoc illini.

De scabie & eius curatione

Scabies uero est durior cutis rubicundus: ex qua pustulae oriuntur: quaedam humidiores: quaedam sicciores. Exit ex quibusdam sanies: fit que exbis continuate exulceratio pruriens. serpitq; in quibusdam cito. Atq; in aliis quidem ex toto desinit: in aliis uero certo tempore anni reuertitur. Quo asperior est: quo'que prurit magis: eo difficilius tollitur. Itaq; eam: quae talis est: agrian/id est feram graeci appellant. In hac quoq; uictus ratio eadem: quae supra: necessaria est. Medicamentum autem ad incipientem banc idoneum est: quod fit ex spodii: croci: aeruginis: singulorum. P. XI. piperis albi: omphacii: singulorum. P. XI. cadmiae. P. XVIII. Aut ubi iam exulceratio est: id quod fit ex sulphuris. P. XI: cerae. P. XIIII. picis liquidae hemina: olei sextariis duobus. Quae simul incoquuntur dum crassitudo mellis fiat. Est etiã quod ad Protarchum auctorem referatur. Habet hoc farinae lupinorum sextarium: nitri cyathos quatuor: picis liquidae heminam: resinae humidae selibram: aceti cyathos tres. Crocum quoq; licii: aeruginis: myrrae: cinis: aequis portionibus recte miscentur: & ex passo coquuntur. Id que omnem pituitam ubiq; sustinet. At si nihil aliud est amurca ad tertiam partem decocta: uel sulphur pice liquida mixtum: sicut in pecoribus proposui: hominibus quoq; scabie laborantibus opitulantur.

De impetiginis speciebus & curationibus.

Impetiginis uero species sunt quattuor. Minime mala ē: quae similitudine scabiem representat. Nam & rubet & durior est: & exulcerata est & roditur. Distat autem ab ea quia magis exulcerata est: & uaris similes pustulas habet: uidentur que esse in ea quasi bullulae quaedam.

ex quibus interpoſito tempore ſquamulae reſoluuntur. certio
ribus que hoc temporibus reuertitur. Alterum genus peius eſt
ſimile papulæ fere: ſed aſperius rubicundius que: figuras uari
as habens. Squamulae exſumma cute diſcendunt. roſeo maior
eſt. celerius & latius procedit. certioribuſq; etiam non nunq̄
prior temporibus & fit & deſinit. rubrica cognominatur. Ter
tia etiam num deterior eſt. Nam & craſſior eſt & durior & ma
gis tumet. in ſumma cute findit̄: & uehementius rodit. Ipſa
quoque ſquamoſa: ſed nigra procedit: et late et tarde eminuſ
ſerpit. In temporibus/aut oritur: aut deſinit. neq; ex toto tol
litur. nigræ cognomen eſt. Quartum genus eſt: quod curatio
nem omnino non recipit: diſtans colore. Nam ſubalbidum eſt
& recenti cicatrici ſimile: ſquamulas que habet pallidas: quaſ
dam ſubalbidas: quaſdam lenticulæ ſimiles. quibus demptis
non nunquam profluit ſanguis. Alioquin uero humor eius al
bidus eſt: cutis dura atque fixa eſt: procedit que latius. Haec
uero omnia maxime genera oriuntur in pedibus & manibus: ac
que ungues quoq; infeſtant. Medicamentum non aliud ualenti
us eſt/q̄ quod ad ſcabiem quoq; pertinere ſub auctore Protar
cho retuli. Serapion autē nitri. P. XII. ſulphuris. P. XIIII.
excipiebat reſina cnpioſa: eoq; utebatur.

rubrica

Nigra.

De papulis & earum curatione.

papule

Papularum uero duo genera ſunt. Altera eſt in qua p mini
mas puſtulas cutis exaſperatur, et rubet leuiterq; roditur.
medium habet pauſillo leuius. tarde ſerpit. idque uitium maxi
me rotundum incipit: eademq; ratione in orbem procedit. Al
tera autem eſt. quam agriam; ideſt feram/græci appellant. In
qua ſimiliter quidem: ſed magis cutis exaſpatur: exulceratur
q; ac uehementius et roditur et rubet. interdum etiam pilos
remittit. Quæ minus rotunda eſt: difficilius ſeneſcit. niſi ſub
lata ē: in ipetiginem uertitur. ſed leuis papula: etiam ſi ieiuna
ſaliua quotidie defricatur: ſeneſcit. Maior cōmodiſſime mura
li herba tollitur: ſi ſub ea detrita ē. Vt uero adcōpoſita medi
camēta ueniamus: idē illud Protarchi tāto ualētius in his eſt:
q̄to minus in his uitii eſt. alterū ad idem Myronis. nitri rubri

Agra.

Saliua seneſcit.

turis: singulorum. P. XI. cantharidum purgatarum. P. XII. sulphuris ignem non experti tantundem: resinae terebinthinae liquidae. P. XXX. farinae lolii semis: gith cyathos tres: picis crudae unum.

De uitiliginis speciebus: idest de Alpho & Mela & Leuce & earum curatione

Vitiligo quoque quanuis per se nullum periculum affert: tamen foeda est: & ex malo corporis habitu fit. Eius tres species sunt. Alphos uocatur ubi color albus est fere sub aspersus & non continuus: ut quaedam quasi guttae dispersae esse uideantur. Interdum etiam latius & cum quibusdam intermissionibus serpit. Melas colore abhoc differt: quia niger est & umbrae similis. Cætera eadem sunt. Leuce habet quiddam simile alpho: sed magis albida est: & altius descendit: in eaq; albi pili sunt & lanugini similes. Omnia haec serpunt. Sed in aliis celerius: in aliis tardius. Alphos & melas in quibusdam uariis temporibus & oriuntur & desinunt. Leuce quem occupauit: non facile dimittit. Priora curationem non difficillimam recipiunt. ultimum uix unq; sanescit: ac siquid ei uitio demptum est: tamen non ex toto sanus color redditur. Vtrum autem aliquod horum sanabile sit: an non sit: experimento facili colligitur. Incidi enim cutis debet: aut acu pungi. Si sanguis exit. quod fere fit in duobus prioribus: remedio locus est. Si humor albidus: sanari non potest. Itaque ab hoc quidem abstinendum est. Super id uero: quod curationem recipit: imponenda lenticula mixta cum sulphure & ture: sic ut ea contrita exaceto sit. Aliud ad idem: quod ad Hireneum auctorem refertur. Alcyonium: nitrum: cuminum: fici folia arida paribus portionibus contunduntur adiecto aceto. His in sole uitiligo perungitur. deinde non ita multo post: ne nimis erodatur. eluitur. Proprie qdē Myrone auctore eos: quos alphos uocari dixi: hoc medicamento perungunt. sulphuris. P. XII. nitri. P. XIIII. myrrae aridae contritae acetabulum miscent. deinde in balneo super uitiliginem inspergunt farinam ex faba: cum hac indu

cunt. Ii uero: quos melanas uocari dixi: curantur. Cum simul contrita sunt alcyonium: tus: hordeum: faba sine oleo: in balneo ante sudorem insperguntur. tum genus id uitiliginis defricatur.

CORNELII CELSI DE MEDICINA

LIBER SEXTVS INCIPIT.

De uitiis singularum corporis partium. CAPVT. I.

De capillis fluentibus

Dixi de iis uitiis: quæ per totum corpus sortiencia/medicamentorũ auxilia desiderant. Nũc ad ea ueniam: quæ non nisi in singulis partibus incidere consuerunt: orsus a capite. In hoc igitur capillis fluentibus maxime quidẽ sæpe radendo succurritur. Adiicit enim uim quandam adcontinendum: ladanum cum oleo mixtum. Nunc de iis capillis loquor: qui post morbum fere fluunt. Nam quo minus caput quibusdam ætate nudetur: succurri nullo modo potest.

DE Porrigine & eius curatione. CAPVT. II.

Porrigo autem est ubi inter pilos quaedam quasi squamulæ surgunt: eæq; a cute resoluuntur: & interdum madẽt: multo sæpius siccæ sunt. Idq; euenit modo sine ulcere: modo exulcerato loco. huic quoq; modo malo odore: modo nullo accidente. fere que id in capillo fit: rarius in barba. aliquando etiam in supercilio. Ac neq; sine aliquo corporis uitio nascitur: neq; ex toto inutile est. Nam bene integro capite non exit. Vbi aliquid in eo uitium est: non incommodum est: summam cutem potius subinde corrumpi: q̃ id quod nocet in aliã

partem magis neceſſariam uerti. Commodius eſt ergo ſubin de pectendo repurgare: quam id ex toto prohibere. Si tamen ea res nimium offendit. quod humore ſequente fieri poteſt: magis que ſi id etiam mali odoris eſt: caput ſæpe radendum eſt: dein id ſuper adiuuandum aliquibus ex leuiter reprimenti bus. quale eſt nitrum cum aceto: uel ladanum cum myrteo ui no: uel myrobalanum cum uino. Si parum per hæc proficitur: uehementioribus uti licet: cum eo / ut ſciamus utiq; in recenti uitio id inutile eſſe.

De ſycoſi & eius curatione. CAPVT. III.

ſycoſis

e St etiam ulcus: quod a fici ſimilitudine Sycoſis a græcis nominatur. Caro excreſcit. et id quidem generale eſt. Sub eo uero duæ ſpecies ſunt. Alterum ulcus durum & rotun dum eſt. alterum humidum & inæquale. Ex duro exiguum quid dam & glutinoſum exit. ex humido plus: & mali odoris. Fit ue ro utrunq; in iis partibus: quae pilis conteguntur. Sed id qui dem quod calloſum & rotundum eſt / maxime in barba. Id ue ro quod humidum / præcipue eſt in capillo. Sup utrunq; opor tet imponere elaterium: aut lini ſemen contritum & aqua coac tum: aut ficũ inaqua decoctã: aut emplaſtrum, terrapharmacum ex aceto ſubactum, terra quoq; erycthia ex aceto liquata recte illinitur.

De areis & earum curationibus CAPVT. IIII.

areæ

alopecia

ophiaſis

a Rearum quoq; duo genera ſunt. Cõmune utriq; eſt: quod emortua ſumma pellicula pili primum extenuantur: dein de excidunt. ac ſi ictus is locus eſt: ſãguis exit liquidus & ma li odoris: increſcitq; utrunque in aliis celeriter: in aliis tarde. Peius eſt quod denſam cutem & ſubpinguem & ex toto glabrã facit. ſed ea quæ alopecia nominatur: ſub qualibet figura dilata tur. fit & in capillo & in barba. Id uero quod a ſerpentis ſimi litudine ophiaſis appellatur: incipit ab occipitio: duorum di

gitorum latitudinem non excedit. ad aures duobus capitibus serpit. quibusdam etiam ad frontem: donec se duo capita in priorem partem committant; Illud uitium in qualibet ætate ē: hoc fere infantibus. Illud uix unq̄ sine curatione. hoc per se sæpe finitur. Quidam haec genera arearum scalpello exasperant. Quidam illinunt adurentia ex oleo: maximeq̄ chartam combustam. Quidam resinam terebinthinam cum capsia inducunt. Sed nihil melius est / quam nouacula quotidie radere. qua cum paulatim summa pellicula excisa est: adaperiuntur pilorum radiculae. Neq̄ ante oportet desistere / quam frequentem pilum nasci apparuerit. Id autem: quod subinde raditur: illini atramento scriptorio satis est.

atramētū scriptoriū

Atramētū scriptoriū

DE Variis & lenticulis & ephelide & eorum curationibus. CAPVT. V.

PEne ineptiæ sunt: curare uaros & lenticulas & ephelidas. Sed eripi tamen foeminis cura cultus sui non potest. Ex his autem quas supra proposui: uari / lenticulae quę uulgo notæ sunt. quanuis rarior ea species est: quam xaenion græci uocant: cum sit ea lenticula rubicundior & inæqualior. Ephelis uero, a plerisq̄ ignoratur. quae nihil est: nisi asperitas quaedā & duricies mali coloris. Cætera non nisi in facie: lenticulæ etiam in alia parte non nunq̄ nasci solent. De qua per se scribere alio loco uisum operæ prætium non est. Sed uari cōmodissime tolluntur iposita resina: cui nō minus q̄ ipsa ē / aluminis scissilis. & paulum mellis adiectum est. Lenticulā tollunt galbanum & nitrum: cum pares portiones habent: contrita q̄ ex aceto sunt: donec ad mellis crassitudinem uenerint. His corpus illinendum: & interpositis pluribus horis mane eluendum est. oleoq̄ leuiter unguendum. Epheliden tollit resina: cui tertia pars salis fossilis & paulum mellis adiectum est. Ad omnia uero ista atq̄ etiam ad colorandas cicatrices potest ea compositio: quæ ad Tryphonem patrem auctorem refertur. In ea

Cn
uari
Xenion.
lenticule
ephelis

pares portiones sunt: myrobalani: magmatis: cretæ cimoliae subcæruleæ: nucum amararum: farinae hordei atque erui: strucii albi: sertulae campanae seminis. Quae omnia contrita/melle quam amarissimo coquuntur. Illitum que a uespere usque mane eluitur.

De oculorum morbis curationibusq; eorum: & primo de his morbis qui lenibus medicamentis curantur. CAPVT. VI.

Sed haec quidem mediocria sunt. In gentibus uero & uariis casibus oculi nostri patent. Qui cum magnam partem ad uitæ simul & usum & dulcedinem conferant: summa cura tuendi sunt. Protinus autem orta lippitudine quaedā notæ sūt: ex quibus quid euenturum sit: colligere possimus. Nam simul et lacrima et tumor et crassa pituita coeperint: si ea pituita lacrimae mixta est: et ea lacrima calida est: pituita uero alba et mollis: tumor non durus: longæ ualitudinis metus non est. At si lacrima multa et calida: pituita paulum: tumor modicus: idq; in uno oculo est: longum id: sed sine piculo futurum est. Idq; lippitudinis genus minime cum dolore est: sed uix ante uigesimum diem tollitur: non nunq̄ per duos menses durat: sed quandoque finitur. Si pituita alba et mollis esse icipit: lacrimæq; miscentur: aut si simel hæ utrunque oculum inuasserunt: potest esse breuior: sed periculum ulcerum est. Pituita autem sicca et arida dolorem quidem mouet: sed maturius desinit: nisi quid exulcerauit. Tumor magnus si sine dolore est et siccus: sine ullo periculo est. Si siccus quidem. sed cum dolore est: fere exulcerat: et non nunquam ex eo casu fit: ut palpebra cum oculo glutinetur. Eiusdem exulcerationis timor in palpebris/pupillis ue est: ubi sup magnum dolorem lacrimae salsæ calidæq; eunt: aut etiam si tumore infinito diu lacrima cum pituita profluit. Peius etiam num est: ubi pituita calida/aut liuida est: lacrima calida/aut multa profluit: caput calet: a temporibus ad oculos dolor peruenit: nocturna uigilia urget.

Siquidem sub his oculus plerunq; rumpitur. notumq; est: ut tantum exulceretur. Intus ruptum oculum febricula iuuat. Si foras iam ruptus procedit: sine auxilio est. Si de nigro aliquid albidum factum est: diu manet. At si asperum & crassum est: etiam post curationem uestigium aliquod relinquit. Curari uero oculos sanguinis detractione: medicamento: balneo: uino: uetustissimus auctor Hippocrates memoriæ prodidit. Sed eorum tempora & causas parum explicuit. In quibus medicinæ summa est. Neq; minus in abstinentia & alui ductione ſæpe auxilii est. Hos igitur interdum inflammatio occupat: ubi cum tumore in his dolor est: sequiturq; pituitæ cursus: non nunq; copiosior uel acrior: non nunq; utraq; parte moderatior. In eiusmodi casu prima omnium sunt quies & abstinentia. Ergo primo die loco obscuro cubare debet sic ut a sermone quoque abstineat. Nullum cibum assumere: si fieri potest ne aquam quidem. sin minus: certe quam minimum eius. Quod si graues dolores sunt: commodius secundo die. si tamen res urget: etiam primo sanguis mittendus est. utiq; si in fronte uenæ tument. Si firmo corpori materia supercst. Si uero minor impetus minus acrem curationem requirit: aluum / sed non nisi secundo tertio ue die duci oportet. At modica inflammatio neutrum ex his auxilium desiderat. Satisq; est uti quiete & abstinentia. Neq; tamen in lippientibus longum ieiunium necessarium est: ne pituita tenuior atq; acrior fiat. Sed secundo die dari debet id quod leuissimum uideri potest ex iis: quæ pituitam faciunt crassiorem. qualia sunt oua sorbilia. Si minor uis urget: pulticula quoq; / aut panis exlacte. In sequentibusq; diebus quantum inflammationi detrahetur: tantum adiici cibis poterit: Sed generis eiusdem. utiq; ut nihil salsum: nihil acre: nihil ex iis / quæ extenuant: sumatur: nihil potui præter aquam. Et uictus quidem ratio talis maxime necessaria est. Protinus autem primo die croci. P. XI. & farinæ candidæ quam tenuissimae. P. XII. excipere oportet oui albo: donec mellis crassitudinē habeat: idq; in linteolum illinire & fronti agglutinare:

ut compressis uenis pituitæ impetum cohibeat. Si crocum non est: tus idem facit. Linteolo an lana excipiatur: nihil interest. Super inungi uero oculi debent: sic ut croci quantum tribus digitis comprehendi potest: sumatur. myrræ/ad fabæ: papaueris lacrimæ/adlenticulæ magnitudinem: eaq; cum passo conterantur & specillo super oculum inducantur. Aliud ad idem. Myrræ. P. XI. mandragoræ succi. P. XII. papaueris lacrimæ P. XII. foliorum rosæ: cicutae seminis. singulorum. P. XIIII acaciæ. P. XIIII: gummi. P. XVIII. Et haec quidem interdiu. Noctu uero/quo commodior quies ueniat: non alienum est super imponere candidi panis interiorem partem ex uino sub actam. Nam & pituitam reprimit: & siquid lacrimæ processit: absorbet: et oculum glutinari non patitur. Si graue id & durum propter magnum oculorum dolorem uidetur: oui & album & uitellus in uas defundendum est: adiiciendumq; eo mulsi paulum. id que digito permiscendum. Vbi facta unitas est: demitti debet lana mollis bene carpta: quae id excipiat: superq; oculos imponi. Ea res & leuis est: et refrigerãdo pituitam coercet: & non exarescit: et glutinari oculum non patitur. Farina quoq; hordeacea cocta & cum malo cotoneo cocto mixta commode imponitur. Neq; ab ratione abhorret etiam penicillo potissimum uti expresso. si leuior impetus est/ex aqua: si maior/ex posca. Priora fascia deliganda sunt: ne per somnum cadant et hoc super imponi satis est: quia & reponi ab ipso commode potest: et cum inaruit: iterum madefaciendum est. Si tantum mali est: ut somnum diu prohibeat: eorum aliquid dandum ẽ: quæ anodyna graeci uocant. Satisq; est puero/quod erui: uiro/quod fabæ magnitudinem impleat. In ipsum uero oculum primo die nisi modica inflammatio est: nihil recte coniicitur. Sæpe enim potius concitatur eo pituita/quam minuitur. A secundo die graui quoq; lippitudini per indita medicamenta recte succurritur: ubi uel iam sanguis missus: uel aluus ducta est: aut ubi neutrum necessarium esse/manifestum est.

anodyna

De diuersis oculorum collirijs

m Vlta autem multorumq; auctorum collitia ad id apta
sunt: nouis que etiã nunc mixturis temperari possunt
cum lenia medicamenta & modice reprimentia facile & uarie
misceantur. Ego nobilissima exequar.

Philonis collirium

e ST igitur Philonis quod habet cæussae elotae: spodii:
gummi: singulorum P.XI. papaueris lacrimae combu
stae. P.XI. Illud scire oportet: hic quoq; omnia medicamen
ta: singula primum per se terii: deinde mixta iterum adiecta
paulatim uel aqua uel alio humore. gummi cum quasdam alias
facultates habeat: hoc maxime præstare: ut ubi collitia facta
inaruerunt: glutinata sint, neq; fricentur.

Dionysii collirium

d Ionysii uero collirium est: papaueris lacrimae combustæ
donec tenerescat. P.XI turis combusti: gummi: singu
lorum. P.XII. spodii. P.XIIII. Cleonis collirium.

c Leonis nobile admodum. papaueris lacrimae frictae. p.
.XI. croci. P.XI. gummi. P.XI quibus: cum teruntur:
adiicitur rosae succus. Aliud eiusdem ualentius. squamae aeris
quod stomoma appellant. P.XI. croci P.XII. spodii. P.X
IIII. plumbi & eloti & combusti. P.XI. gummi tantundem.
Eius aliud quoq; ad idem est. maxime ubi multa pituita pro
fluit. Castorei. P.XZ. aloes. p.xI. croci. p. xI. myrrae. p.
XII. lycii. p.xIII. cadmiæ curatæ. p. xVIII. stibis tantum
dem. acaciæ succi. P.XXII. quod cum miscuit: liquidum in pi
xidicula seruatur. Theodotus uero huic cõpositioni adiecit
papaueris lacrimæ cõbustæ. p. x. aeris combusti & eloti. p.xII
nucleos palmarum cõbustos. P.XX. gummi. P.XXII.

pixidicula

stomoma collirii.

pixidicula.

Theodoti collirium Acharistum appellatum

a T ipsius theodoti: quod agbusdã Acharistum nomiatur:
euismõi ẽ. Castorei: nardi indici: singulorũ. p.xI. lycii. p
.x. papaueris lacrimæ tãtundẽ: myrrae. p.xII. croci cæruleae
elotae: aloes singulorũ. p.xIII. cadmiae botryodis elotae: ae
ris cõbusti singulorũ. p.xVIII. gũmi p.xxVIII. acaciae succi
.P.XXX.

acharistũ

ſtibis tantundem, quibus aqua pluuialis adiicitur.

Cythion uel tephrion collirium

Cythion tephrion á Cirenæo colore τεφρίαι simil

p Ræter hæc ex frequentiſſimis collirii e id quod quidã cythi on, quidam a cireneo colore tephrion appellant. amyli: tragacanthae: acaciae ſucci: gummi: ſingulorum. P. XI. papa ueris lacrimae. P. XII. caeruſſae elotae. P. XIIII. ſpumae e lotae. P. XVIIII. Quae aeque exaqua pluuiatili cõteruntur.

Euelpidis collirium trygodes nominatum.

euelpides ocularij medicj

e Velpides autem qui aetate noſtra maximus fuit oculari us medicus utebatur eo: quod ipſe compoſuerat: trygo des nominabat. Caſtorei. P. XII. lycii: nardi: papaueris lacri mæ: ſingulorum. P. XI. croci: mirræ: aloes: ſingulorum. P. XIIII. æris combuſti. P. XVIIII. cadmiae & ſtibis: ſingu lorum. P. XXII. acaciae ſucci. P. XXXVI. gummi tantum dem. Quo grauior uero quaeq; inflammatio eſt: eo magis le niri medicamentum debet: adiecto uel albo uel muliebri lacte At ſi neq; medicus neq; medicamentum praeſto eſt: ſaepius u trunlibet horum in oculis penicillo ad id ipſum facto ĩfuſum id malum lenit. Vbi uero aliquis reuelatus eſt: iamq; curſus pi tuitae conſtitit: reliquias fortaſſe leniores futuras diſcutiunt balneum & uinum. Igitur lauari debet leuiter ante ex oleo per fricatus: diutiuſque incruribus & feminibus: multaque calida aqua fouere oculos: deinde per caput prius calida tum egelida perfundi: a balneo cauere nequo frigore afflatu ue laedatur. poſt haec cibo paulo pleniore quam ex eorum dierum conſue tudine uti: uitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus. Vinum bibere lene: ſubauſterum: modice uetus neque effuſe ne que timide: ut neque cruditas ex eo & tamen ſomnus fiat: leui anturq; intus latentia acria. Sed ſiquis in balneo, ſenſit maio rem oculorum perturbationem quam attulerat. quod incidere iis ſolet: qui manente adhuc pituitae curſu feſtinarunt: quam primum diſcedere debet: nihil eo die uini aſſumere. cibi minus etiã quam pridie. Deide cum primũ ſatis pituita ſubſtitit: iterũ

ad usum balnei redire. Solet tamen euenire non nunquam si ue tempestatum uitio / siue corporis: ut pluribus diebus neque dolor neque inflammatio & minime pituitae cursus finiatur. Quod ubi incidit: iamq; ipsa uetustate res matura est: ab his hisdem auxilium petendum est: id est balneo ac uino. Hæc enim ut in recentibus malis aliena sunt: quia concitare ea possunt & accendere. sic in ueteribus: quæ nullis aliis auxiliis cesserunt: admodum efficacia esse consuerūt. Videlicet hic quoq; ut alibi: cum secunda uana fuerint: contrariis adiuuantibus. Sed ante tonderi ad cutem conuenit. Deinde in balneo aqua calida quam plurima caput atq; oculos fouere. tum utrunq; pe nicillo detergere: et unguere caput irino unguento: continere q; in lectulo se donec omnis calor qui conceptus est finiatur: desinatq; sudor: qui necessario incapite collectus est. Tum ad idem cibi uiniq; genus ueniendum: sic uti potiones meracæ sint: obtegendumq; caput & quiescendum: Sæpe enim post hæc grauis somnus: sæpe sudor: sæpe alui deiectio pituitæ cursum finit. Si leuatum malum est: quod aliquanto sæpius fit: per plures dies idem fieri oportet: donec ex toto sanitas restituatur. Si diebus iisdem aluus nihil reddit: ducenda est: quo magis superiores partes leuentur. Non nunquam autem ingens inflammatio tanto impetu erumpit: ut oculos sua sede propellat. Proptosin id: quoniam oculi procidunt: græci appellant. Proptosis.
Iis utiq; si uires patiuntur sanguinem mitti. si id fieri non potest: aluum duci: longioremque inediam idici necessarium est Opus autem leniſſimis medicamentis est. Ideoque Cleonis collirio quidam quod ex duobus ante positum est: utuntur. Sed optimum est Nilei. Neque de ullo magis inter omnes auctores conuenit.

Nilei collirium omnium optimum

i D habet nardi indici: papaueris lac: imæ: singulorum. P. .X gummi. P. XI. croci. P. XII. foliorum rosæ recentiū p. xIIII. Quæ uel aqua pluuiatili uel uino leni subaustero

coguntur. Neq; alienum est malicoriū uel sertulam campanam exuino coquere: deinde conterere. aut myrtam nigram cum rosae foliis miscere: aut hyoscyami folia cum oui cocti uitello: aut farinam cum acaciae succo: uel passo aut mulso. Quibus si folia quoq; papaueris adiiciuntur aliquanto ualentiora sunt. Horum aliquo praeparato penicillo fouere oculos oportet ex aqua calida expresso: in qua ante uel myrti uel rosae folia decocta sint. Deinde ex illis aliquid imponi. Praeter haec ab occipitio incisa cute cucurbitula admouenda est. Quod si per haec restitutus oculus in sedem suam non est: eodemq; modo prolapsus permanet: scire oportet lumen esse amissum. Deinde futurum ut aut inarescat is aut in pus uertatur. Si suppuratio se ostendit: ab eo angulo qui propior tempori est: incidi oculus debet: ut effuso pure & inflammatio ac dolor finiatur: et intus tunicae resident: quo minus foeda postea facies sit. Vtendum deinde uel iisdem collyriis est ex lacte aut ouo uel croco: cui album oui misceatur. Ac si induruit & sic emortuus est: ne in pus uerteretur: quatenus foede prominebit excidendum erit: sic ut hamo summa tunica apprehendatur: infra id deinde scalpellus incidat. tū eadem medicamenta erunt coniicienda: donec omnis dolor finiatur. Hisdem medicamentis in eo quoq; oculo utendum est: qui primum procidit: deinde per plura loca fissus est.

De carbunculis oculorum & eorum curatione

Olent etiā carbunculi exiflammatiōe nasci: nō nunq; in ipsis oculis nō nunq; in palpebris. & in his ipsis modo ab interiore: modo ab exteriore. In hoc casu aluus ducenda ē: cibus minuēdus: lac potui dandum: ut acria quae laeserunt: leniantur. Quod ad cataplasmata & medicamenta pertinet: iis utendum quae aduersus inflammationes proposita sunt. Acq; hic quoq; nihil est collyriū optimū ē. si tamen carbunculus in exteriore palpebrae parte est: ad cataplasmata aptissimum est

lini semen ex mulso coctum. aut si id non est: tritici farina eodem modo cocta.

Depustulis oculorum & curatione earum

Pustulæ quoq; ex inflammationibus interdum oriuntur. Quod si inter initia protinus incidit: magis etiã seruanda sunt quae desanguine & quiete supra posui. Sin seruus quam ut sanguis mitti possit: aluus tamen ducenda est. Si id quoq; aliqua res inhibet: utique uictus ratio seruanda est. Medicamentis autem hic quoq; lenibus opus est. Est quale Nilei: quale Cleonis est.

Phylætos collirium ad pustulas oculorum.

Id quoq; quod phylætos uocatur: huic aptũ est. Myrræ: papaueris lacrimæ: singulorum. P. XI. plumbi eloti: terræ samiæ: quæ altera uocatur: tragacanthæ: singulorum. P. XIIII. stibis cocti: amyli: singulorum. P. XVI. spodii eloti: cæruſſae elotae: singulorum. P. XVIII. Quae aqua pluuiatili excipiuntur. Vsus collirii. uel ex ouo uel ex lacte est

Terra samia altera

De ulceribus oculorum & eorum curatione & de Diabalanu collirio.

Ex pustulis ulcera interdum fiunt: ea quae recentia aeque lenibus medicamentis nutrienda sunt: et hisdem fere quae supra in pustulis posui. Fit quoq; proprie ad haec quod diabalanu uocatur. Habet aeris combusti & eloti papaueris lacrimae fric̃tae: singulorum. P. XI. spodii eloti: turis: stibis cõbusti & eloti: myrræ gummi: singulorum. P. XII.

Curatio oculorum aliquo casu imminutorum

Venit etiam ut oculi uel ambo uel singuli minores fiant: quam esse naturaliter debeant. Idq; & acer pituitæ cursus in lippitudine efficit: et continuati fletus: et ictus parum bene curati. In his quoque hisdem lenibus medicamentis ex muliebri lacte utendum est. Cibis uero iis qui maxime corpus alere & implere consuerunt. Vitandaq; omni modo causa: quæ lacrimas excitet: curaq; domesticorũ. quorũ etiã siqd tale icidit: eius noticiæ subtraeḋũ: atq; acria quoq; medicamenta

& acres cibi non alio magis nomine his nocent: quam quod lacrimas mouent.

phthiriasis

De pediculis palpebrarum

g Enus quoq; uitii est: qui inter pilos palpebrarum pediculi nascuntur. Id phthiriasin graeci nominant. Quod cum ex malo corporis habitu fiat: raro non ultra procedit: Sed fere tempore interposito pituitae cursus acerrimus sequitur: ex ulceratisq; uehementer oculis aciem quoq; ipsam corrumpit. His aluus ducenda: caput ad cutem tondendum: diuq; quoti die ieiunis pfricandum. His/ambulationibus aliisq; exercitationibus diligēter utendum: gargarizandumq; ex mulso: inquo nepeta & pinguis ficus decocta sit. sæpe in balneo multa calida aqua fouendum caput. Vitandi acres cibi: lacte uinoq; pingui utendum. bibendumq; liberalius quam edendum est. Medicamenta uero intus quidem lenia danda sunt: ne acriorem pituitam concitent. Super ipsos uero pediculos alia: quæ necare eos & prohibere: ne similes nascantur: possint. Ad id ipsum spumæ nitri. P.XI. Sandaracæ. P.XI. uuae timiniæ. P.XI. simul teruntur: adiicitur q; uetus oleum pari portione atque acetum donec ei mellis crassitudo sit.

De oculorum grauioribus morbis: qui ex inflammationibus oriuntur: et ualidioribus medicamentis curantur. et de Andreae collirio & de Diacerato.

h Actenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur. Genera deinde alia sunt: quæ diuersam curationem desiderant: fereq; ex inflammationibus nata sunt: sed finitis quoq; his manentia. Atq; in primis in quibusdam perseuerat tenuis pituitae cursus: quibus aluus ab inferiore parte euocanda est. demendum aliquid ex cibo: Neque alienum est illini frontem compositione Andreae. Quae habet gummi. P.XI. cæruſſae: stibis singulorum. P.XII. spumæ argenti & coctae & elotæ P.XIIII. Sed & ea spuma ex aqua pluuiatili coquitur: et arida hæc medicamenta ex succo myrti cōteruntur. His illita fronte/cataplasma quoq; super iniiciendum est ex fari

na : quæ frigida aqua coacta sit: cuique aut acaciæ succus aut cupressus adiecta sit. Cucurbitula quoque inciso uertice recte accommodatur. aut ex temporibus sanguis emittitur. Inungui uero eo debet quod habet squamæ æris : papaueris lacrimae: singulorum. P. X. ceruni cornus combusti: et eloti plumbi: e loti gummi: singulorum. P. XIIII. turis. P. XXII. Hoc collirium : quia cornum habet: diaceratos nominatur. Quotiens cunq; non adiicio quod genus humoris adiiciendum sit: aquã intelligi uolo. Diacerntos

Memigmenon Euelpidis collirium

a Idem Euelpidis: quod memigmenon nominabat. In eo papaueris lacrimæ & alibi piperis singulæ unciæ sunt: gummi libra: æris combusti. P. XI. Inter has autẽ curationes post ītermissionem aliquam prosunt balneum & uinum. Cumq; omnibus lippientibus uitandi cibi sunt qui extenuant: tum præcipue quibus tenuis, humor diu fertur. Quod si iam fastidium est eorum quæ pituitam crassiorem reddunt: sicut in hoc genere materiae maxime promptum est: confugiendum est ad ea: quæ quia uentrem corpus quoq; astringunt.

De oculorum ulceribus supercrescentibus: sordidis: cauis: ueteribus: et de curationibus singulorum.

a Ulcera si cum inflammatione finita non sunt: aut supercrescentia : aut sordida: aut caua: aut certe uetera esse cõsuerunt. Ex his supercrescentia collirio : quod memigmenon uocatur: optime reprimuntur. Sordida purgantur & eodem : et eo, quod Smilion nominatur.

Smilion collirium

b Abet æruginis. P. XIIII. gummi tantundem : ammoniaci: minii sinopici: singulorum. P. XXVI. Quæ quidam ex aqua: quidam, quo uehementiora sint: ex aceto terunt.

Phynon Collirium Euelpidis

i Idquoq; Euelpidis: quod phynona appellabat: huic utile ẽ Croci. P. XI. papaueris lacrimæ : gummi: singulorum P. XII. æris combusti et eloti: mirrae: singulorũ. P. XIIII.

piperis albi. P. XVI. Sed ante linitum hoc unguendum est.

Sphaerion collirium Euelpidis

i D quoq; eiusdem: quod sphærion nominabat: eodem ualet.

Lapidis hæmatitis eloti. P. XII. piperis grana sex'. cad miæ elotae: mirræ: papaueris lacrimae: singulorum. P. XIII. croci. P. XIIII. gummi. P. XVIII. Quæ cum uino amineo conteruntur'.

Liquidum Euelpidis collirium]

l Iquidum quoq; medicamentum ad idem componebat: in quo erant hæc. Eruginis. P. X. minii cõbusti: atramenti sutorii: cynnamomi: singulorum. P. XIII. croci: nardi: papaueris lacrimae: singulorum. P. XI. myrrae. P. XII. aeris combusti. P. XIII. cineris ex odoribus. P. XIIII. piperis grana. XV. Haec ex uino austero teruntur. Deinde cum passi tribus heminis decoquuntur: donec corpus unum sit. Idq; medicamentum uetustate efficacius fit.

Atramenti sutorii.

Decauis oculorum ulceribus & curationibus

c Aua uero ulcera commodissime implent ex his quæ supra posita sunt Spherion: et id quod phylaetos uocatur. Idem Sphærion uetustis ulceribus & uix ad cicatricem uenientibus optime succurrit.

Hermonis collirium.

e ST etiam collirium quod cum adplura ualeat: plurimum tamen proficere in his ulceribus uidetur. Refertur ad Hermonem auctorem. Habet piperis longi. P. XIZ albi. P. X. cynnamomi. costi: singulorum. P. XI. atramenti sutorii: nardi: casiæ: castorei: singulorum. P. XII. gallæ. P. XV. myrræ: croci: turis: lycii: cæruleæ: singulorum. P. XVIII. papaueris lacrimæ. P. XXII. aloes: æris combusti: cadmiae singulorum. P. XXVI. acaciae: stibis: gummi: singulorum. P. XXXV.

De cicatricibus oculorum quae exulceribus factae sunt: et quo modo curari debeant. et de Asclepia et Canopite et Pixinocollirio.

f Actae uero exulceribus cicatrices duobus uitiis periclitantur: ne aut cauae: aut crassae sint. Si cauae sunt: potest eas implere id quod sphærion uocari dixi: uel id quod asclepias nominatur. Habet papaueris lacrimæ. P. XII. sagapeni: opopanacis: singulorum. P. XIII. eruginis: P. XIIII. cumini. P. XVIII. piperis. P. XXII. cadmiæ elotae/caerusse: singulorum. P. XXVI. At si crassae cicatrices sunt: extenuant uel Zmilion: uel Canopice collirium. quod habet cynnamomi: acaciae: singulorum. P. XI. cadmiae elotae: croci myrrae: papaueris lacrimae: gummi: singulorum. P. XII. piperis albi: turis: singulorum. P. XIII. aeris combusti. p. XVIIII: cum aqua pluuiatili. Vel Euelpidis Pixinū quod ex his constat. Salis fossilis. p. XIIII. ammoniaci: thymiamatis p. XVIII. papaueris lacrimae. p. XXII. caerussae. p. XXV. piperis albi: croci siculi: singulorum. p. XXXX. II. gūmi. p. XXIII. cadmiae elotae. p. XVIIII. Maxime tollere cicatricem uidetur id quod habet gummi. p. XIII. aeruginis. p. XI. croci: magmatis. p. XIIII.

De alio genere inflammationis oculorum.

e ST etiam genus inflāmationis: in qua sicui tument ac distenduntur cum dolore oculi: sanguinem ex fronte emitti necessarium est: multaq; aqua calida caput atq; oculos fouere: gargarizari ex lenticula uel ex fici cremore: inungui acribus medicamentis quæ supra comprehensa sunt: maximeq; eo quod sphærion nominatur. quod lapidem haematitē habet. Atq; alia quoq; utilia sunt: quae adextenuandam aspritudinem fiunt. de qua protinus dicam. Hanc autem inflammatio oculorum fere sequitur: interdum maior: interdum leuior: non nunquam etiam ex aspritudine lippitudo fit. deinde aspritudinem ipsam auget. fitq; ea in aliis breuis: in aliis longa & quae uix unquam finiatur. In hoc genere ualitudinis quidā crassas durasq; palpebras & ficulneo folio & asperato specillo & interdum scalpello eradunt. uersasq; quotidie medicamentis suffricant. Quae neque nisi in magna uetustaq; aspritudine

sphærio

aspritudo

neq; sæpe faciendæ sunt. Nam melius eodem ratione victus & idoneis medicamentis peruenitur. Ergo exercitationibus utemur & balneo frequentiore: multaq; oculorum palpebras aqua calida fouebimus. Cibos autem sumemus acres & extenuantes

Cæsarianum collirium

a T medicamentum id quod cæsarianum uocatur habet a tramenti sutorii. P. XI. mysi. P. X. piperis albi. P. XV papaueris lacrimae: gummi: singulorum. P. XII. cadmiæ lotæ. P. XIII. stibis. P. XVI. Satisq; constat hoc collirium aduersus omne genus oculorum ualitudinis idoneum esse: exceptis iis quæ lenibus nutriuntur.

Hieracis collirium.

i D quoq; quod Hieracis nominatur ad asperitudinem pōt. Habet myrræ. p. XI. āmoniaci: thymiamatis. p. XII. æruginis rasæ. p. XIIII. cū aqua pluuiatili. Adidē idoneū ē etiā id quod Canopite est: et id quod zmiliō uocatur: et id quod pixinum, et id quod Sphaerion. Si composita medicamenta non adsunt: felle caprino uel quam optimo melle satis commode asperitudo curatur.

Xyrophthalmia.

De Xyrophthalmia: genere aridae lippitudinis

e Sed etiam genus aridæ lippitudinis: Xerophthalmiam graeci appellant. neq; tument: neq; fluunt oculi: sed rubent tantum & cum dolore quodam grauescunt & noctu prægraui pituita inhærescunt. quantoq; minor generis huius impetus: tanto finis minus expeditus est. In hoc uitio multum ambulare: multum exerceri: lauari sæpe: ibiq; desudare: multaq; frictione uti necessarium est. Cibi qui neq; implent: neq; nimium acres apti sunt: sed inter hos medii. Mane ubi concoxisse manifestum est: non alienum est ex sinapi gargarizare. tum deinde caput atq; os diutius defricare

Rhinion collirium

e Ollirium uero aptissimum est: quod rhinion uocatur Habet myrræ. P. X. papaueris lacrimae: acaciae succi: piperis: gummi: singulorum. P. XI. lapidis hæmatitis: lapidis

phrygii: lycii: lapidis sciſſilis: singulorum. P. XII. æris com busti. P. XIIII. Ac pixinum quoq; eodem accommodatum est.

Ad oculos scabros colliria

s I uero scabri oculi sunt: quod maxime inangulis esse con sueuit: potest prodesse Rhinion id quod supra positum est. potest similiter prodesse id quod habet æruginis rasæ: pi peris longi: papaueris lacrimæ: singulorum. P. XII. piperis albi: gummi: singulorum. p. xIIII. cadmiæ lotæ: caerussæ: sin gulorum. P. XVI. Nullum tamen melius est quam Euelpidis quod basilicon nominabat. Habet papaueris lacrimæ: cærus sæ: lapidis asii: singulorum. P. XII. gummi. P. XIII. pipe rie albi. P. XIIII. croci. P. XVI. psorici. P. XXIII. Nulla autem per se materia est: quæ psoricum nominetur. sed chalci tidis aliquid & cadmiæ dimidio plus ex aceto simul conterun tur: idq; in uas fictile additum & contectum ficulneis foliis sub terra reponitur: sublatumq; postdies uiginti rursus teritur & sic appellatur. Verum inbasilico quoque collirio cõuenit ad omnes affectus oculorum id esse idoneum: qui non leuibus medicamentis curantur. Vbi non sunt autem medicamenta cõ posita scabros angulos leuant & mel & uinum. Succurritque & his & aridae lippitudini siquis panem ex uino subactum su per oculum imponit. Nam cum fere sit humor aliquis: qui mo do ipsum oculum modo angulos aut palpebras exasperat: sic & siquid prodit humoris: extrahitur: et siquid iuxta est: repel litur.

Ad caligationem oculorum quæ propter lippitudinem ori tur remedia & colliria

c Aligare uero oculi non nunquam ex lippitudine: non nun quam etiam sine hac propter senectutem imbecillitatem ue aliam consuerunt. Si exreliquiis lippitudinis id uitium est: adiuuat collirium: quod asclepias nominatur. Adiuuat id qu od ex croci magmate fit.

Diacrocu collirium

Diacrocu.

Proprie etiam ad id componitur: quod diacrocu uocant. Habet piperis. P. XI. croci cilicis: papaueris lactimæ: cæruſſæ: ſingulorum. P. XII. pſorici: gummi: ſingulorum. P. XIIII.

Ad caligationem oculorum quæ propter ſenectutem aut aliam imbecillitatem fit.

a Si ex ſenectute / aliaue imbecillitate id eſt: recte inungui poteſt & melle quam optimo & cyprino & oleo uetere. Commodiſſimum tamen eſt balſami partem unam: et olei ueteris: aut cyprini partes duas: melliſ qnã acerrimi partes tres miſcere. Vtilia quoq; huic medicamenta ſunt: quæ ad caliginẽ proxime: quæq; ad extenuandas cicatrices ſupra compre henſa ſunt. Cuicunq; uero oculi caligabunt: huic opus erit multa ambulatione atq; exercitatione: frequenti balneo. ubi tutum quidem corpus perfricandum eſt: præcipue tamen caput: et quidem irino / donec inſudet. uelandumq; poſtea: nec detegendum antequam ſudor & calor domi conquierint. Tum cibis utendum acribus & extenuantibus. interpoſitiſq; aliquibus diebus ex ſinapi gargarizandum.

De ſuffuſione oculorum.

Hypochyſis.

s Vffuſio quoq; quam græci hypochyſin nominant: interdũ oculi potentiæ: qua cernit: ſe opponit. Quod ſi inueterauit: manu curandum eſt. Inter initia non nunquam etiam certis obſeruationibus diſcutitur. Sanguinem ex fronte uel naribus mittere: in temporibus uenas adurere. gargarizãdo pituitã euocare: ſuffumigare oculos acribus medicamẽtis: inunguere expedit. Victus optimus eſt qui pituitam extenuat.

De reſolutione oculorum: quæ paralyſis dicitur.

paralyſis

a Cne reſolutio quidem oculorum: quam paralyſim græci nominant: alio uictus modo: uel aliis medicamentis curanda eſt. Expoſuiſſe tantum genus uitii ſatis eſt. Igitur interdum euenit modo in altero oculo: modo in utroq; aut ex ictu aliquo: aut ex morbo comitiali: aut ex diſtentione neruorum: qua uehemẽter oculus ipſe concuſſus eſt: ut is neq;

quoquam intendi possit: nec omnino consistat: sed huc illuc ue sine ratione moueatur. ideoque ne conspectum quidem re rum præstet.

De mydriasi oculorum

n On multum ab hoc malo distat id: quod mydriasin græ ci uocãt. Pupilla effunditur et dilatatur: aciesque eius he bescit: ac pene difficillime genus id imbecillitatis elicitur. In utraque uero idest et paralysi et mydriasi pugnandum est per eadem omnia: quæ in caligine oculorum præcepta sunt: pau cis tantum mutatis. Siquidem ad caput itrino interdum acetũ interdum nitrum adiiciendũ est. melle inungui satis est. Qui dam in posteriore uitio calidis aquis usi. releuatique. Quid ã sine ulla manifesta causa subito obcæcati sunt. Exquibus non nulli cum aliquandiu nihil uidissent: repentina profusione al ui/lumen receperunt. Quo minus alienum uidetur/ex recenti re & interposito tempore medicamentis quoq; moliri deiectio nes: quæ omnem noxiam materiam in inferiora depellant.

mydriasis

De imbecillitate oculorum.

p Præter hæc imbecillitas oculorum est. ex qua quidam in ter diu satis: noctu nihil cernunt. Quod in foeminam be ne respondentibus menstruis non cadit. Sed sic laborantes in ungui oportet sanguine rocineris/maxime hircini. sin minus/ caprini: ubi id assum coquitur/excepto. aeq; edi quoq; ipsum iecur debet. Licet tamen etiam iisdem medicamentis non inu tiliter uti: quæ uel cicatrices: uel asperitudinem extenuant. Qui dam contrito semine portulacæ mel adiiciunt eatenus ne id ex specillo destillet. eoq; inungunt. Exercitationibus: balneo: fri ctionibus: gargarizationibus iisdem/his quoq; utendum est. Ad oculos qui extriusecus offenduntur: cũ sanguine suffusi sũt

asperitudo

e T hæc quidem in ipsis corporibus oriuntur. Extrinsecus uero interdum si ictus oculum lædit: ut sanguis ineo suf fundatur: nihil commodius est/q̃ sanguine uel columbæ/uel palumbi/uel hirundinis inunguere. Neq; id sine causa fit:

hirundo
Fabula horbg chelidonig circ orta.

cum horum acies extrinsecus laesa interpositō tempore in antiquum statum redeat: celeberrimeq; hirundinis. Vnde etiam locus fabulae factus est: per parentes: id herba restitui: quod per se sanescit. Eorum ergo sanguis nostros quoq; oculos ab externo casu commodissime tuetur: hoc ordine / ut sit hirundinis optimus: deinde palumbi: minime efficax columbae & illi ipsi & nobis. Supra percussum uero oculum adinflammationem intendam non est alienum imponere etiam cataplasma. Sal ammoniacus / uel quilibet alius quam optimus teri debet / sic ut ei paulatī oleum adiiciatur: donec crassitudo strigmenti fiat. Id deinde miscendum est cum hordeacea farina: quæ ex mulso decocta sit. Facile autem recognitis omnibus: quæ medici quoq; prodiderunt / apparere cuilibet potest uix ullum ex iis: quæ supra comprehensa sunt: oculi uitium esse: quod non simplicibus quoq; & promptis remediis subremoueri possit.

De aurium morbis & curationibus. Caput. VII.

Aurium dolores ad dementiā mortēq; precipitat.

h Hactenus in oculis ea reperiuntur: in quibus medicamenta plurimum possint. Ideoq; ad aures transeundum est. quarum usum proximum a luminibus natura nobis dedit. Sed in his aliquanto maius periculum est. Nam uitia oculorum intra ipsos nocent. Aurium inflammationes doloresq; / interdum etiam ad dementiam mortemq; præcipitant. Quo magis initia protinus succurrendum est: ne maiori periculo locus sit Ergo ubi primum / dolorem aliquis sensit: abstinere & continere se debet. Postero die / si uehementius malum est: caput tondere idq; irino unguento calido perunguere & operire. At magnus cum febre uigiliaq; dolor exigit: ut sanguis quoq; mittatur. Si id aliquæ causæ prohibent, aluus soluenda est. Cataplasmata quoq; calida subīde mutata pficiūt: siue foeni græci siue lini / siue alia farina ex mulso decocta est. Recte etiam

subinde admouentur spongiae ex aqua calida expressae. Tum leuato dolore caeratum circundari debet exirino aut cyprino factum. Inquibusdam tamen melius: quod exrosa factum est proficit. Si uehemens inflammatio somnum ex toto prohibet adiici cataplasmata debent papaueris corticis fricti atq; contriti: sic ut ex his pars dimidia sit: eaq; tum simul ex passo mixto decoquatur. In aurem uero infundere aliquod medicamentum oportet/quod semper ãte tepefieri conuenit. commodissimeq; perstrigilem instillatur. Vbi auris repleta est: super lana mollis addenda est: quae humorem intus contineat. Et haec quidem communia sunt. Medicamentum uero est & rosae et radicum harundinum succus: et oleum in quo lumbrici cocti sunt: et humor ex amaris nucibus: aut ex nucleo mali persici expressus. Composita uero ad inflammationem doloremq; leniendum haec fere sunt. Castorei/papaueris lacrimae pares portiones conteruntur. deinde adiicitur his passum. Vel papaueris lacrimae: croci: mirrae par modus sic teritur/ut inuicem modo rosa/modo passum instilletur. Vel id quod amarum in ægyptia faba est: conteritur rosa adiecta. Quibus myrrae quoq; paulum aquibusdam miscetur: uel papaueris lacrimae: aut tus cum muliebri lacte: uel amararum nucum cum rosae succo. Vel castorei/myrrae: papaueris lacrimae pares portiones cum passo. Vel croci. P. XI. myrrae alumis scissilis: singulorum. P. XX. quibus dum teruntur/paulatim miscentur passi cyathi tres: mellis minus cyatho. Idq; ex primis medicamentis est. Vel papaueris lacrima ex aceto. Licet etiam compositione uti Themisonis. quae habet castorei: opopanacis/papaueris lacrimae ex aceto: singulorum. P. XII. spumae licii. P. X. IIII. Quae contrita passo excipiuntur donec caerati crassitudinem habeant. Atq; ita reponuntur. Vbi usus requiritur: rursus idẽ medicamentũ adiecto passo/specillo teritur. Illud ppetuũ est: quotienscũq; crassius medicamentũ ẽ/quãut ī aurem instillari possit adiiciendũ eũ esse humorẽ: exquo id cõponi debet

donec satis liquidum sit. Si uero pus quoque aures habent recte lycium per se infunditur: aut irinum unguentum: aut portri succus cum melle: aut centaureæ succus cum passo: aut dulcis punici mali succus in ipsius cortice tepefactus/ adiecta myrræ exigua parte. Recte etiam miscentur myrræ: quam stacten cognominant. P. XI. croci tantundem: nuces amaræ. XXV. mellis sesquicyatus. Quæ contrita: cum utendum ē in cortice punici mali tepefiant. Ea quoq; medicamenta: quæ oris exulcerati causa cōponuntur: æque ulcera aurium sanāt. Quæ si uetustiora sunt: et multa sanies fluit: apta compositio est: quæ ad uctorem Erasistratum refertur. Piperis. P. XI croci. P. XI. myrræ: mysi cocti: singulorum. P. XII. æris combusti. P. XII. Hæc ex uino teruntur. Deinde ubi inaruerunt: adiiciuntur passi heminae tres & simul coquuntur. Cum utendum est: adiicitur iis mel et uinum. Est etiam Ptolemaei chirurgi medicamentum: quod habet lentisci. P. XI. gallæ. P. XI. omphacii. P. XI. succum punici mali. Est Menophili ualidum admodum: quod ex his costat. Piperis longi. P. XI castorei. P. XII. myrræ: croci: papaueris lacrimæ: nardi/ syriaci: turis: malicorii: ex ægyptia faba partis interioris: nucum amararum: mellis quam optimi: singulorum. P. XIIII: Quibus: cum teruntur: adiicitur acetum quam acerrimum: donec crassitudo in his passi fiat. Est Cratonis. cynnamomi: casiæ: singulorum. P. XI. lycii: nardi: myrræ: singulorum. P. XI. aloes. P. XII. mellis cyathi tres. uini sextarius. Ex quibus uinum cum lycio decoquitur. deinde his alia miscentur. At si multum puris: malusq; odor est. aeruginis rasæ: turis: singulorum. P. XII. mellis cyathi duo: aceti quattuor/ simul incoquuntur. Vbi utendum est: dulce uinum miscetur. Aut aluminis scissilis/ papaueris lacrimæ: acaciæ succi par pondus miscetur. bisq; adiicitur hyoscyami succi dimidio minor/ quam unius ex superioribus portio. Eaq; trita ex uino diluuntur. Per se quoq; hyoscyami succus satis pficit. Cōmune uero auxilium

aduersus omnes aurium casus: iamq; usu comprobatum Asclepiades composuit. In eo sunt cynnamomi: casiae: singulorum .P.XI. flores iunci rotundi: castorei albi piperis longi: amomi: myrobalani: singulorum scripuli duo. turis masculi: nardi syriaci: myrrae pinguis: croci: spumae nitri: singulorum .P. XIII. Quæ separatim contrita: rursus mixta ex aceto conteruntur. atq; ita condita: ubi utendum est: aceto diluuntur. Eodem modo commune auxilium auribus laborantibus est Polybi sphragis ex dulci uino liquata. Quæ compositio priore libello continetur. Quod si & sanies profluit & tumor est: non alienum est: mixto uino per oricularium clysterem eluere: & cum infundere unum austerum cum rosa mixtum: cui spodii paulum sit adiectum: aut lycium cum lacte: aut herbæ sanguinalis succum cum rosa: aut mali punici succum cum exigua parte myrræ. Si sordida quoq; ulcera sunt: melius mulso eluuntur & tum aliquod ex iis quæ supra scripta sunt: quod mel habeat: infunditur. Si magis pus profluit: et caput uticq; tondendū est et multa calida aqua perfundendum: et gargarizandum: et usq; ad lassitudinem ambulandum: et cibo modico utendū est. Si cruor quoq; ex ulceribus apparuit: lycium cum lacte debet infundi: uel aqua/in qua rosa decocta sit: succo aut herbæ sanguinalis/aut acaciæ adiecto. Quod si super ulcera caro increuit: eaq; mali odoris sanguinem fundit: aqua tepida elui debet. tum infundi id: quod ex ture & ærugine & aceto & melle fit. aut mel cum ærugine incoctum. Squama quoq; æris cum sandaraca contrita per fistulam recte instillatur.

Cōe auxilium aduersus oēs aurium casus.

Aduersus aurium uermes

Bi uero uermes orti sunt: si iuxta sunt: protrahendi oriculario specillo sunt. Si longius: medicamentis enecandi Cauendumq; ne postea nascantur. Ad utrunq; proficit album ueratrum cum aceto contritum. Elui quoque aurem oportet uino. in quo marrubium decoctum sit. Sic/ emortui uermes

in primam auris partem prouocabuntur. unde facillime educi possunt.

Ad compressa aurium foramina

s In foramen auris compressum est: et intus crassa sanies subest: mel quā optimū addendum est. Si id̄ pū proficit: mellis cyatho & dimidio/æruginis rasæ. P. XII. adiiciendum est: incoquendumq; et eo utendum. Iris quoq; cum melle idem proficit. Item mellis: et rosae: scripuli duo. Item galbani. P. XII. myrrae cum melle: & fellis taurini: singulorum. P. XII: uini quantum satis est ad myrram diluendam.

Ad grauem auditum

u Si uero grauius aliquis audire coepit: Quod maxime post longos capitis dolores euenire consueuit: in primis aurem ipsam considerare oportet. Apparebit enim aut crusta qualis super ulcera innascitur: aut sordiū coitus. Si crusta est: infundendum est aut oleum calidum: aut cum melle æruginis: uel porri succus: aut cum mulso/nitri paulum. Atq; ubi crusta a corpore iam recedit: eluenda auris aqua tepida est: quo facilius ea p se diducta/auriculario specillo protrahatur. Si sordes æque molles sunt: eodem specillo eximendæ sunt. At si durae sunt: acetum & cum eo nitri paululum coiciendum est. Cumq; emollitæ sunt: eodem modo elui aurem: purgari que oportet: Quod si capitis grauitas manet: attrondendum idem: & leniter: sed diu perfricandum est: adiecto uel irino uel laureo oleo: sic ut utrilibet paulum aceti misceatur. tum diu ambulandum: leniterque post unctionem/aqua calida caput fouendum. Cibisque utendum ex imbecillissima & media materia: magisque assumendæ dilutæ potiones. non nunquam gargarizandum est. Infundendum autem in aurem castoreum cum aceto & laureo oleo & succo radiculae corticis. Aut cucumeris agrestis succus adiectis contritis rosæ foliis. Immaturæ quoque uuæ succus cum rosa instillatus aduersus sordiditatem satis proficit.

Ad sonitum aurium intra se ipsas.

a Aliud uitii genus est: ubi aures intra seipsas sonant. Ac q̃hoc quoque fit: ne externum sonum accipiant. Leuissimum est: ubi id ex grauedine est. Peius: ubi exmorbis: capitis ue longis doloribus incidit. Pessimum: ubi magnis morbis ue nientibus: maximeque comitiali/ prouenit. Si ex grauedine est: purgare aurem oportet: & spiritum continere donec inde humor aliquis expumet. Si exmorbo/uel capitis dolore, quod ad exercitationem: frictionem: perfusionem: gargarizationē q̃ pertinet: eadem facienda sunt. Cibis non utendum/nisi extenuantibus. In aurem dandus radiculæ succus cum rosa: uel cum succo radicis ex cucumere agresti: uel castoreum ex aceto & laureo oleo. Veratrum quoq̃ cum aceto conteritur. deinde melle cocto excipitur: et inde collirium factum ī aurem demittitur. Si sine his cepit: ideoque nouo metu terret: in aurem dari debet castoreum cum aceto uel irino uel laureo oleo: aut huic mixtum castoreum cum succo nucum amararum: aut myrra & nitrum cum rosa & aceto. Plus tamen in hoc quoque profecit uictus ratio. Eademque facienda sunt: quæ supra comprehendi: cum maiore quoq̃ diligentia: et præterea donec is sonus finiatur: a uino abstinendum. Quod si simul & sonus et inflammatio: laureum oleum cōiecisse abunde est. aut id quod ex amaris nucibus exprimitur. Quibus quidam uel castoreum uel myrram miscent.

Adea quae in aurem inciderunt extrahenda.

s Olet etiam interdum in aurem aliquid incidere: ut calculus: aliquodue animal. Si pulex intus est: compellendum eo lanae paulum est: quo ipse is subit & simul extrahitur. Si non est secutus: aliud ue animal est: specillum lana inuolutum in resinam, quam glutinosissimam/maximeq̃ terebinthinam demittendum: idq̃ in aurem coiciendum: ibiq̃ uertendum est Vtiq̃ enim comprehendet et eximet. Sin aliquid ex anime est: specillo oriculario protrahendum est: aut hamulo retuso paulum recuruato. Si ista nihil proficiunt: potest eodem modo resina protrahi. Sternutamenta quoq̃ admota id commo

specillū

Y 4

de elidunt: aut oriculario clyſtere aqua uehementer intus compulſa. Tabula quoq; collocatur media inhærens capitibus utrinque pendentibus: ſuperque eam homo deligatur in id latus uerſus: cuius auris eo modo laborat: ſic ut extra tabulam emineat. Tum malleo caput tabulæ: quod a pedibus eſt: feritur. atque ita concuſſa aure, id quod inest: excidit.

De narium morbis & curationibus. Caput. VIII.

Nares uero intus exulceratas fouere oportet uapore aquæ calidæ, id eſt ſpongia expreſſa atque admota. fit & ſubiecto uaſe oris anguſti calida aqua repleto. Poſt id fomentum illinenda ulcera ſunt, aut plumbi recremento, aut cæruſſa. Aut argenti ſpumam cum quolibet horum aliquis cõterit. eique dum tericut inuicem uinum & oleum myrteum adiicit: donec mellis craſſitudinem fecerit. ſin autem ea ulcera circa nares ſunt: pluresque cruſtas & odorem foedum habent: quod genus graeci ozenan appellant: ſciri quidem debet: uix ei malo poſſe ſuccurri. Nihilominus tamen hæc tentari poſſunt: ut caput ad cutem tondeatur: aſſidueque uehementer perfricetur: multa calida aqua perfundatur: multa ei deambulatõ ſit. cibus modicus: neque acer neque ualentiſſimus. Tum inna rem ipſam mel cum exiguo modo reſinæ terebinthinæ coiicia tur. Quod ſpecillo quoq; inuoluto lana ſit: attrahaturq; ſpiritu is ſuccus donec in ore guſtus eius ſentiatur. ſub his enim cruſtæ reſoluuntur: quæ tum per ſternutamenta elidi debent. Puris ulceribus uapor aquæ calidæ ſubiiciendus eſt. Deinde adhibendum aut lycium ex uino dilutum: aut amurca: aut omphacium: aut mentæ: aut marrubii ſuccus: aut atramentum ſutorium: quod candens factum deinde contritum ſit: aut interior ſcyllae pars contrita: ſic ut horum cuilibet mel adiiciatur. Cuius in cæteris admodum exigua pars eſſe debet. in atramẽto ſutorio tanta: ut ea mixtura liquida fiat. cum ſcylla utique pars maior. inuoluendumq; lana ſpecillum eſt & in eo medicamento intinguendum: eoq; ulcera implenda ſunt. Rurſuſq; lina

mentum inuolutum & oblongum eodem medicamento illinendum: demittendumq; in narem est: et abinferiore parte leniter deligandum. Idq; per hyemem & uer/bis die: per æstatem & autumnum/ ter die fieri debet. Interdum uero etiam in naribus carunculæ quaedam similes muliebribus mammis nascuntur: haecq; imis partibus quae carnosissimae sunt inhaerent. Has curare oportet medicamentis adurentibus sub quibus ex toto consumuntur. Polypus uero est caruncula modo alba modo sub rubra: quae narium ossi inhæret: et modo ad labra pendens narem implet. modo retro per id foramen: quo spiritus anaribus ad fauces descendit: adeo increscit: uti post uuam cõspici possit: strangulatque hominem maxime austro aut euro flante. fereque mollis est: raro dura: eaque magis spiritum impedit & nares dilatat. quæ fere carcinodes est. Itaque attingi non debet. Illud aliud genus fere quidem ferro curatur: interdum tamen inarescit. si addita in narem per linamentum aut penicillum ea compositio est/quae habet minii sinopici/ chalcitis: calcdiis: sandaracæ: singulorum. P. XI. atramenti sutorii. P. XII.

polypus.

Carcinodes.

De dentium dolore & curationibus. Caput. IX.

IN dentium autem dolore: qui ipse quoq; maximis tormentis annumerari potest: uinum ex toto circuncidendũ est. Cibo quoq; primo abstinendum: deinde eo modico molliq; utendum: ne mandentis dentes irritet. tum extrinsecus admouendus per spongiam napor aquae calidae: imponendum quae caeratum excyprino aut irino factum: lanaque id comprehendendum: caputque uelandum est. Quod si grauior is dolor est. utiliter & aluus ducitur: et calida cataplasmata super maxillas iniiciuntur: et ore humor calidus cum medicamẽtis aliquibus continetur: saepiusque mutatur. Cuius rei causa & quinque folii radix in uino mixto coquitur: et hyoscyami radix uel in posca uel in uino mixto coquitur: sic ut paulum

his salis adiiciatur: et papaueris non nimium aridi corticis: et mandragoræ radix eodem modo. Sed in his tribus utiq; uitã dum est: ne quod haustum erit: deuoretur. Ex populo quoq; alba cortex radicis in hunc usum in uino mixto recte coquitur & in aceto cornu ceruinum rasum & nepeta cum teda pingui: ac ficus item pinguis uel in mulso uel in aceto & melle. ex quibus cum ficus decocta est: is humor percolatur. Specillum quoq; lana inuolutum in calidum oleum demittitur: eoq; ipso dens fouetur. Quin etiam quædam quasi cataplasmata in dentem ipsum illinuntur. In quem usum ex malo punico acido atq; arido / malicorii pars interior cum pari portione & gallæ & pinei corticis conteritur: miscenturque his minium: eaque contrita / aqua pluuiatili coguntur. Aut panacis: papaueris lacrimae: pucedani: uuae timiniae sine seminibus pares portiões conterun tur. Aut galbani partes tres: papaueris lacrimae pars quarta. Quicquid dentibus admotum est: nihilo minus supra maxillã: caeratum: quale supra posui: esse debet / lana obtectum. Quidam etiam myrrae: cardamomi: singulorum. P. XI. croci: pyretri: ficorum partes: singulorum. P. XIIII. Sinapis. P. XVIII. contrita linteolo illinunt: imponuntq; in humero partis eius qua dens dolet. Si is superior est: a scapulis. Si inferior: a pectore. Idq; dolorem leuat. et cum leuauit: protinus submouendum est. Si uero exesus est dens: festinare adeximẽ dum eum: nisi res coegit: non est necesse. Sed cum omnibus fomentis: quae supra posita sunt: adiiciendae quaedam ualentiores compositiones sunt: quae dolorem leuant. quales hae sunt. Habet autem papaueris lacrimæ. P. XI. piperis. P. XII. psoreos. P: XX. quæ contrita galbano excipiuntur: idq; circunda tur. Aut Menemachi maxime admaxillares dentes. in qua sunt croci. P. XI. cardamomi: turis fuliginis: ficorum partes: pyretri: singulorum. P. XIIII. sinapis. P. XVIII. Quidam autẽ immiscent pyretri: piperis: elaterii: singulorum. P. XI. aluminis scissilis. papaueris lacrimæ. uuæ timiniae. sulphuris ignem

non experti: bituminis: lauri baccarum: sinapis : singulorum .P.XII. Quod si dolor eximi eum cogit : et piperis semen cortice liberatum: et eodem modo bacca hederæ coniecta in id foramen, dentem findit. isq; forte stans excidet. Et plani pisces quam pastinacam nostri: trygona græci uocant: aculeus torretur: deinde conteritur: tesinaq; excipitur. quae denti circumdata hunc soluit. Et alumen scissile in id foramen coniectum dentem citat: Sed id tamen inuolutum in lanula demitti commodius est. quia sic dente seruato dolorem leuat. Haec a medicis accepta sunt. Sed agrestium experimento cognitum est: cum dens dolet: herbam mentastrum cum suis radicibus uelli debere & in peluem conici supraq; aquam infundi: collocariq; iuxta, sedentem hominem undique uelle contectum. tum inpelluem candentes silices demitti, sic ut aqua tegantur: hominemq; eum hiante ore uaporem excipere: ut supra dictum est: undique inclusum. Nam & sudor plurimus sequitur: et per hos continens pituita defluit. idque sæpe lõgiorem: sæpe annuam ualitudinem bonam præstat.

pastinaca trygona græci uocat.

Mentastrũ ualet dẽtiũ dolori.

De tonsillis & earum cura. Caput. X.

Tonsile

Si uero tonsillæ sine exulceratione per inflammationem intumuerunt: caput uelandum est extrinsecus. is locus uapore calido fouendus. multa ambulatione utendum. caput in lecto sublime habendum: gargarizandumque est ex reprimentibus. Radix quoque ea: quam dulcem appellant: contusa & inpasso, mulsoue decocta idem præstat. Leniterque quibusdam medicamentis eas illini non alienum est. quæ hoc modo fiunt. Ex malo punico dulci succus exprimitur: et eius sextarius in æneo igne coquitur: donec ei mellis crassitudo sit, tum croci: myrrhæ: aluminis scissilis: singulorũ. P. XII. per se conteruntur: paulatimque his adiiciuntur uini lenis cyathi duo: mellis unus. deinde priori succo ista miscentur: et rursus leniter

Radix dulcis.

incoquuntur. Aut eiusdem succi sextarius eodem modo coquitur: atque eadem ratione trita ei adiiiuntur haec. Nardi. P. X. omphacii. P. XI. cynnamomi: myrrae: casiae/ singulorum P. XI. Eadem autem haec & auribus & naribus purulentis accomodata sunt. Cibus quoque in hac ualitudine lenis esse debet ne exasperet. Quod si tanta inflammatio est: ut spiritum impediat/in lecto conquiescendum: a cibo abstinendum: neque assumendum quicquam praeter aquam calidam est. Aluus quoque ducenda est. Gargarizandum ex fico & mulso. Illinendum mel cum omphacio. Intrinsecus admouendus: sed aliquanto diutius/uapor aquae calidae donec ea suppurent & per se aperiantur. Si pure substante non rumpuntur ii tumores: incidendi sunt. deinde ex mulso calido gargarizandum ex fico At si modicus quidem tumor et exulceratio est: furfurum cremori ad gargarizandum paulum mellis adiiciendum est: illinendaque ulcera hoc medicamento. Passi quamdulcissimi tres heminae adunam coquuntur. tum adiicitur turis. P. XI. croci: myrrae: singulorum. P. X: leniterque omnia rursus feruescunt. Vbi pura ulcera sunt: eodem furfurum cremore: uel lacte gargarizandum est. Atque hic quoque cibis lenibus opus est. quibus adiici dulce uinum potest.

De oris ulceribus & curatoribus & quae antherae sint. Caput: XI.

Vlcera autem oris si cum inflammatione sunt: et parum pura ac rubicunda sunt: optime iis medicamentis curantur quae supra posita ex malis punicis fiunt. Continenduque sape ore reprimens cremor: est cui paulum mellis sit adiectum. Vtendum ambulationibus et non acri cibo. Simulatque uero pura ulcera esse coeperunt: lenis humor: interdum etiam quam optima aqua ore continenda est. Prodestque assumptum purum uinum: plenioreque cibus: dum acribus uacet. Inspergique ulcera debent alumine sciffilli: cui dimidio plus gallae inma

turæ ſit adiectum. Si iam cruſtas habent: quales in aduſtis eſſe conſuerunt: adhibendæ ſunt ex compoſitiones: quas graeci antheras nominant. Iunci quadrati: myrræ: ſandaracae: ſingulorū P. XIIII. aluminis pares portiones. Aut croci: myrræ: ſingulorum. P. XII. iridis: aluminis ſciſſilis: ſandaracæ: ſingulorum. P. XIIII. iunci quadrati. P. XVIII. Aut gallæ. myrræ: ſingulorum. P. XII. aluminis ſciſſilis. P. XII. roſæ foliorum P. XIIII. Quidam autem croci. P. X. aluminis ſciſſilis: myrrae: ſingulorum. P. XI. ſandaracae. P. XII. iunci quadrati. P. XIIII. miſcent. Priora arida inſperguntur. Hoc cum melle illinitur. neq; ulceribus tantum: ſed etiam toniſillis. Verum ea longe periculoſiſſima ulcera ſunt: quas apthas græci appellant: ſed in pueris. Hos enim ſaepe conſumunt. In uiris & mulieribus idem periculum non eſt. Haec ulcera gingiuis incipiunt: deinde palatum totumq; os occupant: tum ad uuam fauceſq; deſcendunt. Quibus obſeſſis non facile fit: ut puer conualeſcat. Ac miſerius etiam eſt. ſi lactans adhuc infans eſt. quo minus imperari remedium aliquod poteſt. Sed inprimis nutrix cogenda eſt exerceri ambulationibus / iiſq; operibus: quae ſuperiores partes mouent. Mittenda in balneum: iubendaq; ibi calida aqua mammas perfundere. tum alenda cibis lenibus & iis qui facile non corrumpuntur. Potiones: ſi febricitat puer: aquae. ſi ſine febre eſt: uini diluti. Ac ſi aluus nutrici ſubſticit: ducenda eſt. Si pituita eius in os coit: uomere debet. Tum ipſa ulcera perunguenda ſunt melle: cui ros: quē ſyriacum uocant: aut amarae nuces adiectae ſunt. Vel mixtis inter ſe roſae foliis aridis: pineis nucleis: mentae coliculo: melle. Vel eo medicamento: quod ex moris fit. quorum ſuccus eodem modo quo punici mali ad mellis craſſitudinem coquitur. eademq; ratione ei crocum: myrra: alumen: uinum: mel / miſcetur. Neq; quicquam dandum: adquod humor euocari poſſit. Si uero iam firmior puer eſt: gargarizare debet iis fere: quæ ſupra comprehenſa ſunt. At ſi lenia medicamenta in eo parum proficiūt: adhibenda ſunt ea / quae adurendo cruſtas ulceribus iducāt. Quale eſt ſciſſile alumen: uel chalcitis: uel atramentum ſutorium.

Antheræ uide ſupra.

apthas

Prodeſt etiam fames et abſtinentia quāta maxime imperari poteſt. Cibus debet eſſe lenis. Ad purganda tamen ulcera interdum caſeus ex melle recte datur

De linguæ ulceribus. Caput. XII.

LInguae quoque ulcera non aliis medicamentis egent: quam quae prima parte ſuperioris capitis expoſita ſunt. Sed quae in latere eius naſcuntur: diutiſſime durant. Videndumq; eſt num contra dens aliquis acutior ſit: qui ſaneſcere ſaepe ulcus eo loco non ſinit. ideoq; limandus eſt.

De parotidibus gingiuarum tuberculis deque aliis ulceribus gingiuarum. Caput. XIII

SOlent etiam interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quaedam oriri dolentia: parotidas graeci appellant. Haec initō leniter ſale contrito perfricare oportet. aut interſe mixtis ſale foſſili: combuſto cupreſſo. nepeta. deinde eluere os cremore lenticulæ. et inter haec hiare: donec pituitæ ſatis profluat. In maiore uero inflammatione iiſdem medicamentis utēdum eſt: quæ ad ulcera oris ſupra poſita ſunt: & mollis linamenti paulum inuoluendum aliqua compoſitione exiis: quas ātheras uocari dixi: demittendumque id inter dentem & gingiuam. quod ſi durior erit & id prohibebit: extrinſecus admouendus erit ſpongiae uapor calidus: imponendumq; cæratum. Si ſuppuratio ſe oſtendet: diutius eo uapore utendum erit: & continendum ore calidum mulſum: inquo ficus decocta ſit Itemq; ſub crudum incidendum: ne ſi diutius ibi pus permanſerit: os laedat. Quod ſi maior is tumor eſt: commodius totus exciditur: ſic ut exutraq; parte dens liberetur. Pure exempto/ ſi leuis plaga eſt: ſatis eſt ore calidam aquam continere: et extrinſecus fouere eodem uapore. Si maior eſt: lenticulae cremore. Vti iiſdem medicamentis: quibus cætera ulcera oris curantur. Alia quoq; ulcera ingingiuis plerunq; oriuntur: quibus eadem quæ in reliquo ore ſuccurrunt. Maxime tamen mandere liguſtrum oportet: ſuccumque eum ore continere.

Fit etiam interdum: ut ex gingiuae ulcere: ſiue parotides

fuit: siue non fuit: diutius pus feratur. Quod aut dente corru pto: aut fracto/uel aliter uitiato osse: maximeq; id per fistu lam uenire consueuit. Vbi incidit: locus aperiendus: dens exi mendus: testa ossis siqua excessit recidenda est. siquid uitiosi est radendum. Post quae quid fieri debeat supra in aliorum ul cerum curatione comprehensum est. Si uero a dentibus gingi uae recedunt: eisdem antherae succurrunt. Vtile est etiam pira aut mala non permatura mandere: et ore eum humorem conti nere. Idemq; praestare non acre acetum inore retentum pōt.

Denuae morbo & curatione. Caput. XIIII.

u Vae uehémens inflammatio terrere quoq; debet. Itaq; in hac & abstinentia necessaria est: & sanguis recte mitti tur: et si id aliqua res probibet: aluus utiliter ducitur: caputq; supra haec uelandum & sublimius habendum est. tum aqua gar garizandum: in qua simul rubus & lenticula decocta sit. Illi nendū autem ipsa uua uel omphacio: uel galla: uel alumine sci stili: sic ut cuilibet eorum mel adiiciatur. Est etiam medica mentum huic aptum: quod andronium appellatur. Constat ex bis. alumine sciffili: squama aeris tubti: atramento sutorio: galla: myrra: mysi. Quae per se contrita mixtaq; rursus paula tī adiecto uino austero terūtur: donec bis mellis crassitudo sit ubi horum aliquo illita uua ē: celidoniae quoq; succo per co chear illita uua maxime prodest. Fere multa pituita decurrit: cumque ea quieuit/ex uino calido gargarizandum. Quod si minor in ea inflammatio. laser terere: eiq; adiicere frigidam a quam satis est: eamque aquam cochleario exceptam ipsi uuae subiicere. Ac mediocriter eam tumentem aqua quoq; frigida eodem modo subiecta reprimit. Ex eadem autem aqua; garga rizandum quoq; est: quae uel cum laser: uel sine eo hac curatio ne uuae subiecta est.

De cancro oris. Caput XV.

s Iquando autem ulcera oris cancer inuaſit: primum conſi derandum eſt: num malus corporis habitus ſit: eique occurrendum. deinde ipſa ulcera curanda. Quod ſi in ſumma parte id uitium eſt. ſatis proficit anthera humido ulceri arida inſperſa: ſicciori cum exigua parte mellis illita. Si paulo altius: chartae combuſtae partes duae: auripigmenti pars una. Si penitus malum deſcendit: chartae combuſtae partes tres: auripigmenti pars quarta. Aut pares portiones ſalis fricti & iridis fricte. Aut item pares portiones chalcitidis: calcis: auripigmenti. Neceſſarium autem eſt linamentum in roſa tingere. et ſuper adurentia medicamenta imponere: ne uicinum & ſanū locum laedant. Quidam etiam inacris aceti heminam frictum ſalem coiciunt: donec tabeſcere deſinat. deinde id acetum coquunt: donec exiccetur: eumq; ſalem contritum inſpergunt. quotiens autem medicamentum iniicitur: et ante & poſt os diluendum eſt uel cremore lenticulæ / uel aqua inqua aut eruum / aut oleæ. aut uerbenæ decoctæ ſint: ſic ut cuilibet eorum paulum mellis miſceatur. Acetum quoq; ex ſcylla retentum ore / ſatis aduerſus hæc ulcera profiſit. Ex aceto cocto ſali: ſicut ſupra demonſtratum eſt: rurſus mixtum acetum. Sed & diu continere utrunlibet: et id bis aut ter die facere / prout uehemens malum eſt: neceſſarium eſt. Quod ſi puer eſt: cui id incidit. ſpecillum lana inuolutum in medicamentum demittendum eſt: & ſuper ulcus tenendum: ne per imprudentiā adurentia denoret. Et ſi dolor ingingiuis eſt: mouenturq; aliqui dentes: refici eos oportet. Nam curationes uehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficient: ulcera erunt adurenda. Quod tamen in labris ideo non eſt neceſſarium. quoniam excidere cōmodius eſt. Et id quidem æque aduſtum atq; exciſum ſine ea curatione; quæ corpori manu adhibetur / impleri non poteſt. Gingiuarum uero oſſa / quæ hebetia ſunt / in perpetuum uſtione nudantur. Neq; enim poſtea caro increſcit. Imponenda tamen aduſtis lenticula eſt: donec ſanitatem; qualis eſſe poteſt recipiant.

De parotidibus: quae sub auribus oriuntur. Caput. XVI.

h Aec in capita fere medicamentis egent. Sub ipsis uero auribus oriri parotides solent: modo in secunda ualitudine ibi inflammatione orta: modo post longas febres / illuc impetu morbi conuerso. Id abscessus genus est. Itaq; nullam nouã curationem desiderat. Animaduersionem tantummodo hanc habet necessariam. quia si sine morbo id intumuit: primum rei primentium / experimentum est. Si exaduersa ualitudine illud inimicum est: maturariq; & quam primum aperiri cõmodius ẽ.

De umbilici prominentis curatione Caput. XVII.

a D umbilicos uero prominentes: ne manu / ferroq; utendum sit: ante tentandum est: ut abstineat. aluus is ducatur, imponatur super umbilicum id: quod ex his constat. Cicutæ & fuliginis: singulorum. P. XI. cærussæ elotae. P. XIIII. plumbi eloti. P. XVIII: ouis duobus. quibus etiam solani succus adiicitur. Hoc dilutius impositum esse oportet: et interim conquiescere hominem. cibo modico uti: sic / ut uitentur omnia inflantia.

De obscenarum partium uitiis & curationibus. Caput. XVIII

p Roxima sunt ea: quæ ad partes obscenas pertinent: quarum apud graecos uocabula & tolerabilius se habent: et accepta iam usu sunt. cum omni fere medicorum uolumine atq; sermone iactentur apud nos foediora uerba: ne consuetudine quidem aliqua uerecundius loquentium commendata sunt. ut difficilis haec explanatio sit simul & pudorem et artis praecepta seruantibus. Neq; tamen ea res a scribendo deterrere me debuit. Primum ut omnia: quae salutaria accepi: comprehenderem. dein quia inuulgus eorum curatio etiam praecipue cognoscenda est. quae inuitissimus quisq; alteri ostendit.

De colis / morbis et curationibus

i Gitur si ex inflammatione coles intumuit: reducique summa cutis: aut rursus induci non potest multa calida aqua fouendus locus est: Vbi uero glans contecta est: oriculario quoque clystere inter eam / cutemque aqua calida

inſerenda eſt. Si mollita ſic & extenuata cutis ducenti paruit: expeditior reliqua curatio eſt. Si tumor uicit: imponenda eſt uel lenticula uel marrubium uel oleæ folia ex uino cocta: ſic ut cuilibet eorum dum teritur / mellis paulum adiiciatur. Sur ſumq; coles aduentrem deligandus eſt. Quod in omni curatio ne eius neceſſarium eſt. Iſq; homo continere ſe debet: et abſti nere a cibo: et potione aquæ tantum aſiti uindicati. Poſtero die rurſus adhibendum hiſdem rationibus aquæ fomentum eſt & cum ui quoq; experiundum: an cutis ſequatur. Eaq; ſi non parebit: leuiter ſumma ſcalpello concidenda erit. Nam cum ſa nies profluxerit: extenuabitur is locus & facilius cutis ducetur. Siue autem hoc modo uicta erit: ſiue nunquam repugnauerit: ulcera uel in cutis ulteriore parte: uel in glande: ultra ue eam in cole reperientur. Quæ neceſſe eſt: aut pura ſiccaue ſint: aut humida & purulenta. Si ſicca ſunt: primum aqua calida fouen da ſunt. deinde imponendum lycium ex uino eſt. aut amurca cocta cum eodem: aut cum roſa butyrum. Si leuis is humor eſt uino eluenda ſunt. tum butyri & roſæ mollis paulum & reſinæ terebinthinæ pars quarta adiicienda eſt: eoq; utendum. Aut ſi pus ex his profluit: ante omnia elui muſſo calido debet. Tum imponi piperis. P. XI. myrrae. P. XII. croci: myſi cocti: ſin gulorum. P. XII. Quæ ex uino auſtero coquuntur, donec me llis craſſitudinem habeant. Eadem autem compoſitio tonſi lis: uuæ madentioris: nariumq; ulceribus accommodata eſt. Aliud ad eam. piperis. P. XI. myrrae. P. XI. croci. P. XII. myſi cocti. P. XI. æris combuſti. P. XII. Quæ primum ex ui no auſtero conteruntur: deinde ubi inaruerunt / iterum teru ntur ex paſſi tribus cyathis & incoquuntur: donec uiſci craſſitu dinem habeant. Aerugo quoq; cum cocto melle: et ea quæ ad oris ulcera ſupra comprehenſa ſunt: curant. Aut Eraſiſtrati compoſitio: aut Cratonis recte ſuper puruleuta naturalia im ponitur. Folia quoq; oleæ ex nouem cyathis uini coquuntur. His adiicitur aluminis ſciſſilis. P. XIIII. lycii. P. XVIII. mellis ſeſquicyathus. Ac ſi plus puris eſt: id medicamentum

ex melle. ſi minus: ex uino diluitur. Illud ꝑpetuum eſt. poſt curationem dum inflammatio manet: quale ſupra poſitum eſt cataplaſma ſupra dare: et quotidie ulcera eadem ratione curare. Quod ſi pus & multum & cum malo odore coepit profluere: eſui cremore lenticulae debet: ſit ut ei mellis paulum adiiciatur: aut oleae: uel lentiſci folia: uel marrubium decoquendū eſt. Eoq; humore eodem modo cum melle utendum: imponendaq; eadem. aut etiam omphacium cum melle. aut id quod ex aerugine & melle ad aures fit. aut compoſitio Andronis. aut anthera: ſic ut ei paulum mellis adiiciatur: . Quidam ulcera omnia: dequibus adhuc dictum eſt: lycio ex uino curant. Si uero ulcus latius atq; altius ſerpit: eodem modo elui debet. Imponi uero: aut æruginem: aut omphacium cum melle: aut Andronis compoſitio: aut marubii: myrrae: aut croci: aluminis ſciſſilis cocti: roſæ foliorum aridorum: gallæ: ſingulorum. P XI. minii ſinopici. P. XII. Quae per ſe ſingula primum teruntur: deinde iūcta iterum melle adiecto: donec liquidi cæterā craſſitudinē habeant. tum in æneo uaſe leniter coquuntur neſu per fluant. Cum iam gutte indureſcunt: uas ab igne remouetur. idque medicamentum tum / pro ut opus eſt / aut ex melle aut exuino liquatur. Idem autem per ſe etiam ad fiſtulas utile eſt. Solet etiam interdum ad neruos ulcus deſcendere: profluitq; pituita multa: ſanies tenuis maliq; odoris: non cocta: aut aquæ ſimilis: inqua caro rectē lota eſt. Doloreſq; is locus & pūctiones habet. Id genus quanuis inter purulenta eſt: tamen lenibus medicamentis curandum eſt. quale eſt emplaſtrum tetrapharmacum / ex roſa liquatum: ſic ut curis quoq; paulum ei miſceatur. Aut id quod ex butyro: roſa: reſina: melle fit. Supra uero ame poſitum eſt. Præcipueq; id ulcus multa calida aqua fouendum eſt: uelandumq;: neq; frigori committendum. Interdum autem per ipſa ulcera coles ſub cute exeſus: ſic / ut glans excidat. Sub quo caſu cutis ipſa circuncidenda eſt. Perpetuūq; eſt: quotiens glans: aut excole aliquid: uel excidit: uel abſcinditur: hanc nō eſſe ſeruandam: ne conſidat: ulcerique agglu

tinetur: ac neq; reduci possit postea, et fortasse fistulam quo que urinæ cludat. Tubercula etiam: quæ phymata græci uocãt circa glandem oriuntur: quae uel medicamentis uel ferro aduruntur: et cum crustæ exciderunt, squama æris inspergitur: ne quid ibi rursus increscat.

phymata

De cancri: qui in cole nascitur: curatione

h Haec citra cancrum sunt, qui cum in reliquis partibus: tum in his quoque uel praecipue ulcera infestat. Incipit ani gritie: quae si cutem occupauit: protinus specillum subiicien dum: eaque incidenda est. deinde orae uulsella prehendendae. tum quicquid corruptum est: excidendum: sic ut ex integro quoque paulũ demat: idque adurendum. Quotiens quid ustũ est: id quoq; sequitur: ut ipotenda lenticula sit. deinde ubi crustæ exciderunt: ulcera sic ut alia curentur. At si cancer ipsum colem occupauit: inspargenda aliqua sunt ex adurentibus: maximeq; idquod ex calce: chalcitide: auripigmento conponitur. Si medicamenta uincuntur: hic quoque scalpello quicqd corruptum est: sic ut aliquid etiam integri trahat: praecidi debet. Illud quoque æque perpetuum est: excisso cancro uulnus esse adurendum. Sed siue ex medicamentis, siue ex ferro crustæ occalluerunt: magnum periculum est: ne his decidentibus ex cole profusio sanguinis insequatur. Ergo longa quiete & immobili pene corpore opus est, donec ex ipso, crustae puræ leniter resoluantur. At si uel uolens aliquis uel imprudens dum ingreditur immature crustas diduxit & fluit sanguis: frigida aqua adhibenda est. Si haec parum ualet: decurrendum est ad medicamenta: quae sanguinem supprimunt. Si ne haec quidem succurunt: aduri diligenter et timide debet neque ullo postea motu dandus eidem periculo locus est.

Depphagedænae incole nascentis curatione

n On nunquam etiam id genus ibi cancri: quod phagedæna a graecis nominatur: oriri solet, in quo minime differendum: sed protinus hisdem medicamentis occurrendum est: & si parum ualent: ferro adurendum. Quaedam etiam nigri-

phagedæna

ties est: quæ non sentitur & serpit: ac si sustinuimus usq; ad ue sicam tendit: neq; succurri postea potest. Si id in summa gla nde circa fistulam urinæ est: prius in ea tenue specillum demit tendum est: ne claudatur. deinde id ferro adurendum. Si uero alte penetrauit: quicquid occupatum est: præcidendum est. Cæ terum eadem: quae in aliis cancris: facienda sunt.

De carbunculo qui in cole nascitur.

o Ccalescit etiam in cole interdum aliquid: idq; omni pe ne sensu caret. Quod ipsum quoq; excidi debet. Carbun culus autem ibi natus ut primum apparet / oriculario, clystere eluendus est. Deinde ipse quoq; medicamentis urendus: maxi meq; chalcitide cum melle: aut ærugine cum cocto melle. aut o uillo stercore frícto & contrito cum eodem melle. Vbi is exci dit: liquidis medicamentis utendum est: quæ ad ora ulceris cõ ponuntur.

De testiculorum morbis & eorum curatione

i Ntestículis uero siqua inflammatio sine ictu orta est: sa nguis ex talo mittendus est. a cibo abstinendum. impo nendum ex faba farina ex mulso cocta cum cumino contrito ex melle cocto: Aut contritum cuminum cum cærato ex rosa facto. Aut lini semen frictum contritum & in mulso coctum aut tritici farina ex mulso cocta cum cupresso. aut lilii radix contrita. aut si iidem indurauerunt: imponi debet lini uel foeni graeci semen ex mulso coctum: aut ex cyprino cæratum: aut similia ex uino contrita: cui paulum croci sit adiectum. Si ue tustior iam durities est: maxime proficit cucumeris agrestis radix ex mulso cocta: dein contrita. Si ex ictu tument: sangui nem mitti necessarium est: magisq; si etiam liuent. Imponen dum uero utrunlibet exhis quæ cum cumino componuntur: su praq; proposita sunt. aut ea compositio: quae habet nitri coc ti. P. XI. resinæ pineæ: gummi: singuloum. P. XII. uuae ti miniæ sine seminibus. P. XIIII. mellis quantum satis sit a ea cogenda. Quod si ex ictu testiculis aliquid defit: fere pus quoq; increscit: neque aliter succurri potest: quam si inciso

scroto & pus emissum: et ipse testiculus excisus est.

De ragadiis & Condilomate & hæmorroidis: aliisq; ani morbis & curationibus eorum & primo de ragadiis.

ragadia

a Nus quoque multa tediique plena mala recipit: nec in se multum abhorrentes curationes habet. At primū intro sæpe & quidem pluribus locis / cutis excidit. Ragadia græci uocant. Id si recens est: quiescere homo debet iaqua calida desidere. Columbina quoque ouа coquenda sunt et ubi aduruerunt / purganda. deinde alterum iacere in aqua bene calida debet: altero calido foueri locus: sic / ut inuicem utroque aliquis utatur. Tum tetrapharmacum: aut rhypodes / rosa diluendum est: aut hysopum recens miscendum cum cærato liquido ex rosa facto. Aut eidem caerato liquido plumbum elotum adiiciendum. Aut resinæ terebinthinae myrra. aut spumae argenti uetus oleum. Et quolibet ex his id perunguendū. Si quicquid laesum est: extra est: neque intus reconditum / eodem medicamento tinctum linamentum superdandum est: et quicquid ante adhibuimus cærato contegendum. In hoc autē casu neque acribus cibis utendum: neque asperis: nec aluum cōprimentibus. ne aridum quidem quicquam satis utile est: nisi admodum paulum. Liquida: lenia: pīgua: glutinosa meliora sunt. Vino leni uti nihil prohibet.

De condilomate.

condiloma

c Ondiloma autem est tuberculum: quod ex quadam inflammatione nasci solet. Id ubi ortum est: quod ad quietem: cibos: potionesque pertinet: eadem seruari debent: quæ proxime scripta sunt. Iisdem etiam ouis recte tuberculum id fouetur Sed desidere ante homo in aqua debet: in qua uerbenæ decoctae sunt exreprimentibus. Tum recte imponitur & lenticula cū exigua mellis parte: et sertula campana ex uino cocta: et rubi folia contrita cum cærato exfosa facto. et cum eodem cærato contritum / uel cotoneum malum: uel malicorii ex uino cocti

pars interior: & chalcitis cocta atq; contrita: deinde hysopo ac rosa excepta. Et ex ea compositione: quæ habet turis. P. XI. aluminis sciſſilis. P. XII. cæruſſæ. P. XIII. ſpumæ argenti P. XV. Quibus dum teruntur: inuicem rosa & uinum inſtillatur. Vinculum autem ei loco linteolum: aut pāniculus quadratus est: qui ad duo capita duas ansas: ab altera uero parte totidem fascias habet: cumq; subiectus est: ansis ad uentrem datis a posteriore parte ineas adductae fasciæ coiciūtur: atq; ubi artatæ sunt: dexteriori sinistra: sinisteriori dextera procedit. circundataeq; circa aluum inter se nouissime nodo deligantur. Sed si uetus condiloma iam induruit neq; subbis curationibus desidit: aduri medicamento potest: quod ex his constat. æruginis. P. XII. myrræ. P. XIIII. gummi. P. XVIII. turis. P. XXII. stibis: papaueris lacrimæ: acaciæ: singulorum. P. XXVI. quo medicamento quidam etiam ulcera: deq; bus proxime dixi: renouant. Si hoc parum incondilomate profecit: adhiberi possunt etiam uehementius adurentia. Vbicō sumptus est tumor: ad medicamenta lenia transeundum est.

De hæmorroidis

hæmorroidæ

Certum autem uitium est: ora uenarum tanquam ex capitulis quibusdam surgentia: quae sæpe sanguinem fundunt: haemorroidas graeci uocant. Idque etiam inore uuluae foeminarum incidere consueuit. Atque in quibusdam parum tuto supprimitur: qui sanguinis profluuio imbecilliores non fiunt. Habent enim purgationem hanc non morbum. Ideoq; curati quidam cum sanguinis exitum non haberent: inclinata in praecordia ac uiscera materia subitis & grauissimis morbis correpti sunt. Sicui uero id nocet: is desidere in aqua ex uerbenis debet. imponere maxime malicorium cum aridis rosae foliis contritum. aut ex his aliqua: quae sanguinē supprimunt. Solet autem oriri inflammatio maxime ubi dura aluus eum locum laesit. Tum in aqua dulci desidendum est: et id foue-

dum ouis. imponendi uitelli cum roſae foliis ex paſſo ſubac tis. Idq; : ſi intus eſt: digito illinendum. ſi extra ſuper illitum panniculum imponendum eſt. Ea quoq; medicamenta: quae re centibus ſciſſuris poſita ſunt: hic idonea ſunt : Cibis uero in hoc caſu iiſdem quibus inprioribus utendum eſt. Si iſta partē iuuant: ſolent impoſita medicamenta adurentia ea capitula ab ſumere. Ac ſi iam uetuſtiora ſunt: ſubauctore Dionyſio inſpa rgenda ſandaraca eſt. deinde imponendum: quod ex his con ſtat. Squamae aeris: auripigmenti: ſingulorum. P. XV. ſaxi calcis. P. XVIII. poſtero die acu compungendum. Aduſtis capitulis fit cicatrix: quae ſanguinem fundi prohibet: Sed qu otiens is ſuppreſſus eſt: nequid periculi afferat multa exercita tione digerenda materia eſt. Praetereaq; & uiris & foeminis quibus menſtrua nō proueniunt: interdum exbrachio ſanguis mittendus eſt.

Si anus uel os uuluae procidit qua curatione utendum ſit.

a TSi anus ipſe uel os uuluae procidit. nam id quoq; inter dum fit: conſiderari debet purum ne id ſit: quod prouo lutum eſt: an humore muccoſo circundatum. ſi purum eſt: in a qua deſidere homo debet: aut ſalſa: aut cum uerbenis, uel mali corio incocta. ſi humidum: uino auſtero ſubluendum eſt: illi nendumq; fece uini combuſta. Vbi utrolibet modo curatum eſt: intus reponendum eſt: imponendaq; plantago contrita: uel folia ſalicis in aceto cocta, tum linteolum, et ſuper lana æ que deliganda: cruribus inter ſe deuinctis.

De ulcere fungo ſimili in ano.

f Vngo quoq; ſimule ulcus in eadem ſede naſci ſolet. Id ſi hyems eſt: egelida: ſi aliud tempus: frigida aqua fouen dum eſt. deinde ſquama æris inſpergenda: ſupraq; cæratum ex myrteo factum. cui paulum ſquamæ: fuliginis: calcis ſit adiec tum. ſi in hac ratione non tollitur: uel medicamentis uehemen tioribus: uel ferro adurendum eſt.

De digitorum ulceribus. Caput. XIX

Digitorum autem uetera ulcera commodissime curantur aut lycio aut myrra cocta: cum utrilibet uinum adiectum est. Inhisdem recedere abungue caruncula cum magno dolore consueuit. Pterygion graeci appellant. Oportet alumen melinum rotundum in aqua liquare: donec mellis crassitudinem habeat. cum quantum eius aridi fuit: tantundem mellis infundere & radicula miscere: donec similis croco colore fiat: eoq; illinire. Quidam adeundem usum decoquere simul malunt cum paria pondera aluminis aridi & mellis miscuerint. Si hac ratione ea non excidерunt.: excidenda sunt: deinde digiti foueendi aqua ex uerbenis: imponendumq; super medicamentum ita factum. Chalcitis: malicorium: squama aeris excipiuntur fico pingui leniter cocto exmelle. Aut chartae combustae: auripigmenti: sulphuris ignem non experti par modus caerato miscetur ex myrteo facto. Aut æruginis rasae. P. XI. squamae. P. XII. mellis cyatho coguntur. Aut pares portiones miscentur: Saxi calcis: chalcitidis: auripigmenti. Quicquid horum impositum est: tegendum linteolo aqua madefacto est: tertio die digitus resoluendus est. Siquid aridi est: iterum excidendum Similiterq; adhibenda curatio est. Si non uincitur: purgandus scalpello: tenuibusq; ferramentis adurendus ē, & sicut reliqua usta curandus est. At ubi scabri ungues sunt: circum aperiri debent: qua corpus contingunt. tunc super eos ex hac compositione aeque imponi sandaracae: sulphuris: singulorum. P. XII. nitri / auripigmenti: singulorum. P. XIIII. resinae liquidae. P. XVIII. Tertioq; id die resoluendum est. Subquo medicamento uitiosi ungues cadunt & in eorum locum meliores renascuntur.

pterygion.

FINIT LIBER SEXTVS.

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER SEPTIMVS INCIPIT.

DE chirurgica et qui inea claruerint: & qualis esse chirurgus debeat & quid hoc in libro describatur.

Ertiam esse medicinæ partem: quæ manu curet: & uulgo notum: & a me propositum est. Ea non quidem medicamenta atq; uictus rationem omittit: sed manu tamen plurimū præstat. estq; eius effectus inter ōnes medicinæ partes euidentissimus. Siquidem in morbis cum mītum fortuna conferat: eademq; sæpe salutaria / sæpe uana sint: potest dubitari / secunda ualitudo medicinæ an corporis beneficio contigerit. In iis quoq; in quibus medicamentis maxime nitimur: quanuis profectus euidentior est: tamen sanitatem et per hæc frustra quæri et sine his reddi sæpe manifestum est. Sicut in oculis quoque deprehendi potest: qui a medicis diu uexati: sine his interdū sanescunt. At in ea parte: quæ manu curata euidens est: omnem profectum: ut aliquid ab aliis adiuuetur: hinc tamen plurimum trahere. Hæc autem pars cū sit uetustissima. magis tamen a illo pene ōnis medicine Hippocrate / quam a prioribus exculta est. Deinde posteaq; ducta ab aliis habere professores suos coepit: in ægypto quoque increuit: Philoxemo maxime auctore: qui plurib⁹ uolumi nibus hanc partem diligentissime comprehendit. Gorgias quoque & Sostratus & Hieron & apollonii duo & Hammonius alexandrinus: multique alii celebres uiri / singuli quaedam repperiet unt. Ac romae quoque non mediocres professores: maximeque nuper Tryphon pater: & Euelpistus & ut ex scriptis eius intelligi potest horum eruditissimus Meges: qui busd im in melius mutatis: aliquantum ei disciplinae adiecerunt

Esse autem chirurgus debet adolescens: aut certe adolescentiae propior: manu st renua stabili: nec unquam intremescente: ea q; non minus sinistra / quam dextra promptus: acie oculorum acri clara q;: animo intrepidus: misericors: sic ut sanari uelit eum quem accipit: non ut clamore eius motus: uel magis quam res desiderat / properet: uel minus quam necesse est: secet: sed perinde faciat omnia ac si nullus ex uagitibus alterius affectus oriatur. Potest autem requiri: quid huic parti proprie uendicã dum sit. quia uulnerum quoq; ulce: uinq; multorum curationes: quas alibi executus sum: chirurgi sibi uendicant. Ego eundem quidem hominem posse omnia ista præstare concipio. Atque ubi se diuiserunt: eum laudo: qui q̃ plurimum percipit. Ipse autem huic parti ea reliqui: inquibus uulnus facit medicus: non accipit: & in quibus uulneribus ulceribus ue plus perfici manu: quam medicamento credo. tum quicquid ad ossa pertinet: quæ deinceps exequi aggrediar. dilatisq; in aliud uolumẽ ossibus: in hoc cætera explicabo: præpositisq; iis: quæ in qualiebt pte corporis fiunt: ad ea: quæ proprias sedes habent: transibo.

De luxatis CAPVT I

Luxata igitur inquacunque parte corporis sunt quam primum sic curari debent: ut qua dolor est ea scalpello cutis crebro incidatur: detergeatutq; eodem aduerso profluens sanguis. Quod si paulo tardius subuenitur: iamq; etiam rubor est: qua rubet corpus: si tumor quoque accessit: quacunque is est: id optimum auxilium est. Tum super danda reprimentia sunt: maxime quelana sucida ex aceto & oleo. Quod si leuior is casus est: possunt etiam sine scalpello inposita eadem mederi, Et si nihil aliud est: cinis quoque maxime ex sarmentis. Si is non est: quilibet alius ex aceto uel etiam ex aqua coactus.

De iis quæ per se intumescunt quomodo excidenda & curanda sunt, CAPVT II

Tunica oſ neruoſa eſt.

Callus tunica nõiat.

Rum hoc quidem ꝓmptũ eſt. Iniis autẽ negociũ maius ẽ: quæ ꝑſe uitio intus orto intumeſcunt: et ad ſuppurationem ſpectant Ea õnia genera abſceſſuum eſſe alias propoſui: medicamentaque eis idonea executus ſum. Nunc ſupereſt ut dicã in iſdem quæ manu fieri debeant. Ergo priuſquam indureſcant: cutem incidere & cucurbitulam accommodare oportet. quae quicquid illuc malæ corruptæque materiæ coiit: extrahat idq; iterum, tertioq; recte fit donec õne indicium inflammationis excidat. Neque tamen fas non eſt nihil cucurbitula agere. Interdum enim ſed raro quicquid abſcedit uelamento ſuo includitur. id antiqui tunicam nominabant. Meges quia tunica omnis neruoſa eſt: dicit non naſci ſub eo uitio neruum. quo caro conſumeretur: ſed ſubiecto iam uetuſtiore pure callum circundari. Quod ad curationis rationẽ nullo loco pertinet: quia quicquid dixi ſi tunica eſt: idem ſi callus eſt fieri debet. Neq; ulla res prohibet etiam ſi callus eſt: tamen quia cingit: tunicam nominari. Tum pure quoq; maturior hæc interdum eſſe conſueuit. Ideoq; quod ſub ea eſt: extrahi per cucurbitulam non poteſt. Sed facile id intelligitur ubi nihil admota illa mutauit. Ergo ſiue id incidit ſiue iam duricies eſt: in hac auxilii nihil eſt. Et ut alias ſcripſi uel auertenda concurrens eo materia: uel digerenda: uel ad maturitatem perducenda eſt. Si priora contigerunt: nihil præter ea neceſſarium eſt. Si pus maturuit inalis quidem & inguinibus raro ſecandum ẽ. Itẽ ubicũq; mediocris abſceſſus eſt. Item quotiens in ſumma cute uel etiam carne uitium eſt: niſi feſtinare curãtis imbecillitas cogit. Satiſq; eſt cataplaſmatis efficere: ut ꝑ ſe pus aperiatur. Nam fere ſine cicatrice poteſt eſſe is locus: qui expertus ferrum non eſt. Si autem altius malum eſt: conſiderari debet neruoſus ne is locus ſit: an non ſit. Nam ſi ſine neruis eſt: candenti ferramento aperiri debet. Cuius hæc gratia eſt: quod exigua plaga diutius ad pus euocãdũ patet: paruaq; poſtea cicatrix fit. At ſi nerui iuxta ſunt: ignis alienum eſt: ne uel diſtendantur

bi: uel membrum debilitent. Necessaria uero opera scalpelli est. Sed cætera etiam sub cruda aperiri possunt. Inter neruos uero ultima expectanda maturitas est: quæ cutem extenuet: eiq; pus iungat: quo propius reperiatur. Itemq; aliam rectam plagam desiderant incarne: quia fere uehementer cutem extenuat. tota ea super pus excidenda est. Semper autem ubi scalpellus admouetur, id agendum est: ut & quam minimæ & quam pauciſſimae plagae sint. cum eo tamen ut necessitati succurramus & in modo & in numero. Nam maiores sinus latius: interdum etiam duabus aut pluribus lineis incidendi sunt. Dandaque opera ut imus sinus exitum habeat: nequis humor intus subsidat: qui proxima & adhuc sana rodendo sinuet. Est etiam in rerum natura: ut cutis latius excidenda sit. Nam ubi post longos morbos totus corporis habitus uitiatus est: late que se sinus diffudit & in eo pars cutis pallet: scire licet eam iam emortuam esse & inutilem futuram. Ideo que excidere commodius est: maxime si circa articulos maiores id euenit: cubantemque ægrum fluens alius exaruit: neque per alimenta quicquam corpori accedit. Sed excidi ita debet: ut plaga adsimilitudinem myrtei folii fiat: quo facilius sanescat. Id que perpetuum est. Vbicunque medicus exquacunque causa cutem excidit: pure effuso inalis uel inguinibus: linamento opus non est. Spongia exuino imponenda est. In cæteris partibus si aeque ea linamenta superuacua sunt: purgationis causa paulum mellis infundendum: dein glutinantia super danda. Si illa necessaria sunt: super ea quoque similiter dari spongia eodem modo ex uino expressa debet. Quando autem linamentis opus sit. quando non sit: alias dictum est. Cætera eadem in cisa suppuratione facienda sunt. quæ ubi per medicamenta rupta est: facienda esse proposui.

De bonis malis ue signis exulceratorum.

Caput. III.

p Rotinus autem quantum curatio efficiat: quantumq; aut sperari aut timeri debeat, ex quibusdam signis intelligi potest: fereque iisdem quae in uulneribus exposita sunt. Nã bona signa sunt: somnum capere: facile spirare: siti non conflci: cibum non fastidire: si febricula fuit, ea uacare. Itemque habere pus album, leue, non foedi odoris. Mala sunt, uigilia, spiritus grauitas, sitis, cibi fastidium: febris: pus nigrum aut feculentum & foedi odoris. Item procedente curatione eruptio sanguinis: aut si antequam sinus carne impleatur orx cicatrices fiunt. Illa quoque ipsa carne hebete nec firma deficere tamen animam uel ipsa curatione uel postea, pessimum omnium est. Quin etiam morbus ipse siue subito solutus est: deinde suppuratio exorta est: siue effuso pure permanet: non iniuste terret. Estque inter causas timoris: si sensus in uulnere rodentium non est. Sed ut hxc ipsa fortuna huc illuc ue discernit: sic medici partium est: eniti ad reperiendam sanitatem. Ergo quotiens ulcus resiluerit: eluere id, siue premendus humor uidebitur, uino ex aqua pluuiatili mixto: uel aqua in qua lenticula cocta sit: debebit. Si purgandum erit: mulso, rursusque imponere eadem. Vbi iam repressus uidebitur humor ulcusque purũ erit produci carnem conueniet & foueri uulnus pari portione uini ac mellis: superque imponi spongia exuino & rosa tincta. Per quæ cum caro producatur: plus tamen: ut alias quoq; dixi uictus ratio eo confert. id est solutis iam febribus & cibi cupiditate reddita: balneum rarum, quotidiana, sed lenis gestatio cibi potioneque corpori reficiendo. Atque omnia per medicamenta quoque, suppuratione rupta sequuntur: sed quia magno malo uix sine ferro mederi licet: in hunc locum reseruata sunt.

Desistulis. Caput IIII.

a Duersus fistulas quoque si altius penetrant: ut ad ultimas demitti collirium non possit: si tortuosae sunt: si multiplices: maius in manu quam in medicamentis præsidium est.

minusq; operæ est: si sic sub cute transuersæ feruntur: quam si recte intus tendunt. Igitur si sub cute transuersa fistula est: demitti specillum debet: supraque id ea incidi. si flexus reperiuntur: hi quoque simul specillo & ferro persequendi sunt. Idemque faciendum: si plures se quasi ramuli ostendunt. Vbi ad fines fistulæ uentum est: excidendum ex toto callus est: superq; fibulae dandæ: & medicamentum quo glutinetur. At si recta subter tendit: ubi quo maxime ferat specillo exploratum est: excidi is sinus debet: dein fibula oris cutis iniicienda est: & æque glutinantia medicamenta super danda sunt. Aut si corruptius ulcus: quod interdum osse uitiato fit: ubi id quoq; curatum est: pus mouentia. solent autem inter costas fistulæ subter exire. quod ubi incidit, eo loco costa ab utraque parte decidenda & eximenda est, nequid intus corruptum relinquatur. solēt ubi costas transierunt: septum id quod transuersum a superioribus uisceribus intestina discernit: uiolare. Quod intelligi & ex loco & ex magnitudine doloris potest, et quia non nunquam spiritus eo, cum humore quasi bullante prorumpit: maximeq; si hunc ore ille continuit. In eo medicamini locus nullus est. In cæteris uero quæ circa costas sanabilia sunt: pinguia medicamenta inimica sunt, cæteris quæ ad uulneta accommodantur: uti licet. Optime tamen sicca linamenta: uel si purgādum aliquid uidetur: in melle tincta imponuntur. Ventri nullum os subest: sed ibi pernitiosæ admodum fistulae fiunt: adeo ut Sostratus insanabiles esse crediderit. Id non ex toto ica se habere usus ostendit. Et quidem: quod maxime mirum uideri potest: tutior fistula est contra iecur & lienem & uentriculū quam contra intestina: non quo pernitiosior res ibi sit: sed quo alteri periculo locum faciat. Cuius experimento moti quidam auctores: parum modum rei cognouerunt. Nam uenter sæpe etiam telo perforatur: prolapsaq; intestina conduntur: & oras uulneris futuræ comprehendunt. quod quemadmodum fiat mox indicabo. Itaq; etiam ubi tenuis fistula abdomen perrumpit: excidere eam licet: futuraq; oras coniungere. Si uero

ea fistula intus patuit: excisa necesse est latius foramen relin quat: quod nisi magna ui utiq; abinteriore parte sui non pote qua quasi membrana quædam finit abdomen: quam peritone on græci uocant. Ergo ubi aliquis ingredi ac moueri coepit. rumpitur illa futura atq; intestina soluuntur. Quo fit ut pere undum homini sit. Sed non omnimodo res ea desperationem habet, Ideoq; tenuioribus fistulis adhibenda curatio est.

peritoneos

De ani fistulis.

PRopriam etiamnum animaduersionem desiderant ea: quæ in ano sunt. In has demisso specillo ad ultimum ei us caput incidi cutis debet. dein nouo foramine specillum edu ci lino sequente: quod in aliam eius partem ob id ipsum perfo ratum coniectum sit: Ibi linum prehendendum: uinciendumq; cum altero capite est: ut laxe cutem: quæ superfistulam est: te neat. Idq; linum esse debet crudum & duplex triplex ue: sic to rum ut unitas facta sit. Interim autem licet negotia agere: am bulare: lauari: cibum capere perinde atq; sanissimo. Tantum modo id linum bis die saluo nodo ducendum est: sic ut sube at fistulam pars quæ superior fuerit. Neq; committendum est ut id linum putrescat. Sed tertio quoque die nodus resoluen dus est: & ad caput alterum recens linum alligandum est: edu ctoq; uetere: id in fistula cum simili nodo relinquendum. Sic .n. id paulati cutem: quæ suprafistulā est: incidit: simulq; & id sanescit quod a lino relictum est: et id quod ab eo mordetur: inciditur. Hæc ratio curationis longa, sed sine dolore est. Qui festinat: astringere cutem lino debet: quo celerius secet: noctuq; penicillo tenuia quædam intus demittere: ut cutis hoc ipso extenuetur: quo extenditur. Sed hæc dolorem mouent. Adiicitur celeritati sic ut tormento quoq;: si & linum et id quod expenicillo est: aliquo medicamento illinitur exiis quibus callum exedi possit. Poterit tamen fieri ut ad scalpelli cura

tionem etiã illo loci uenendum sit: si intus fistula fert: si multiplex est. Igitur in hæc genera demisso specillo duabus lineis incidenda cutis est: ut media inter eas babenula tenuis admodum eiiciatur: ne protinus ora coeant: sitq; locus aliquis linamentis. quæ quam paucissima super iniicienda sunt: omniaque eodem modo facienda: qui in abscessibus positus est. Si uero abuno ore plures sinus erunt: recta fistula scalpello erit incidẽda: ab eo cæterae quæ iam patebunt lino excipiendae. si intus aliqua procedet: quo ferrum tuto peruenire non poterit: collirium demittendum erit. Cibus autem in omnibus eiusmodi casibus: siue manu: siue medicamentis agetur: dari debet humidus: potio liberalis: diuq; aqua ubi iam caro increscit. tum demum & balneis raris utendum erit: et cibis corpus implentibus

De telis ecorpore extrahendis. Caput. V.

Tela quoq; quæ illata corporibus intus hæserunt: magno negocio sæpe eiiciuntur. Suntq; quaedam difficultates ex generibus eorum: quædã ex iis sedibus in quas illa penetrarũt Omne autem telum extrahitur: aut ab ea parte qua uenit: aut ab ea in qua tetendit. Illic uiam qua redeat / ipsum sibi fecit. Hic a scalpello accipit. Nã cõtra mucrõem caro inciditur Sed si non alte telum insedit: et in summa carne est: aut certe magnas uenas & loca neruosa non transiit: nihil melius est / quam qua uenit id euellere. Si uero plus est per quod telo reuertendum: quam quod perrumpendum est: iamq; uenas nerusq; id transit; commodius est aperire quod supereſt: eaq; extrahere Nam & propius petitur & tutius euellitur: et in maiore membro si medium mucro transiit: facilius sanescit quod peruium est. quia utrinque medicamento fouetur. Sed si retro telum recipiendum est: ampliãda scalpello plaga est: quo facilius id sequatur: quoque minor oriatur inflammatio: quæ maior fit. si abillo ipsoteso dum redit corpus laniatur. Item si exalia

parte uulnus aperitur: laxius esse debet: quam ut telo postea transeunte amplietur. Summa autem utraq; parte ita habenda cura est: ne neruus: ne uena maior: ne arteria incidatur: Quorum ubi aliquid detectum est: excipiendum hamo retuso est: abducendumq; scalpello. Vbi autem satis incisum est: telum eximendum est: tum quoq; eodem modo & eadem cura habita: ne sub eo quod eximetur: aliquid eorum laedatur: quæ tuenda esse proposui. Hæc communia sunt. Propria quædam in singulis telorum gẽeribus subiicienda sunt. quæ protinus subiiciam. Nihil tam facile in corpore q̃ sagicta conditur: eademque altissime insedit. Hæc autem eueniunt & quia magna ui fertur illa: et quia ipsa in angusto est. Sepius itaque abaltera parte quam ex qua uenit recipienda est: præcipueque / quia fere spiculis cingitur: quæ magis laniant si retro q̃ si contra trahuntur. Sed inde aperta uia caro diduci debet ferramento ad similitudinem facto græcæ litteræ ψ. Deinde ubi apparuit: si mucro: si harundo in haeret: propellenda est: donec abaltera parte apprehendi & extrahi possit. Si iam illa decidit: solumque intus ferrum est: mucro uel digitis apprehendi uel forfice: atque ita educi debet. Neque alia ratio extrahendi est: ubi abea parte / qua uenit: euelli magis placuit. Nam ampliato uulnere aut harundo / si inest: euellenda est: aut si ea non est: ferrum ipsum. Quod si spicula apparuerunt: eaque breuia & tenuia sunt: forfice ibi comminui debent: uacuumque ab his telum educi: si ea maiora ualentioraque sunt: fixis scriptoriis calamis contegenda: ac nequid lacerent / sic euellenda sunt. Et in sagictis quidẽ hæc obseruatio est. Latum uero telum si conditum est: abaltera parte educi non expedit. ne ingenti uulneri ipsi quoque ingens uulnus adiiciamus. Euellendum est ergo genere quodam ferramenti: quod diocris græci belulcum uocant: quoniam auctorem Dioclen habet. quem inter priscos maximosque medicos fuisse iam posui. Lamina uel ferrea uel abenea etiam ab altero capite duos utrinque deorsum conuersos uncos habet: abaltero duplicata alteribus: leuiterque extrema in eam partem

sagitta

ψ

latũ telũ q̃ mõ euellat

diocles belulcũ.

lamina ferrea uel abenea.

inclinata: quæ sinuata est. insuper ibi etiam parte inclinata: quæ perforata est Hæc iuxta telum transuersa demittitur. Deinde ubi adimum mucronem uentum est: paulum torquetur: ut telum foramine suo excipiat. Cum incauo mucro est: illico duo digiti subiecti partis alterius/uncis simul & ferramentum id extrahunt & telum. Tertium genus telorum est: quod interdum euelli debet: plumbea glans: aut lapis: aut simile aliquid: quod perrupta cute integrum intus insedit. In omnibus his latiusuulnus aperiendum: id que quod ineſt/ea qua uenit forfice extrahendum est. Accedit uero aliquid difficultatis sub omni ictu si telum uel ossi inhaesit: uel in articulo se inter duo ossa demersit. inosse usq; eo mouendum est donec is locus laxetur qui mucronem momordit: et tum uel manu uel forfice telum extrahendum est. quæ ratio in dentibus quoque eiiciendis est: Et uix unquam ita telum non sequitur. Sed simorabitur excuti quoque ictum aliquo ferramento poterit. Vltimum est ubi non euellitur: terebra iuxta forare: ab eo quoq; foramine ad speciem litteræ ψ cōtra telum os excidere: sic ut lineæ quæ diducuntur ad telum spectent. eo facto id necesse est labet & facile auferatur. Inter duo uero ossa si p ipsum articulum pruperit: circa uulnus duo membra fasciis habenis ue deliganda: & per basin diuersas partes diducenda sunt ut neruos distendant. Quibus extentis laxius inter ossa spatium est: ut sine difficultate telum recipiatur. Illud uidendum est: sicut in aliis locis posui: ne quis neruus aut uena aut arteria a telo lædatur: dum id extrahitur: eadem scilicet ratione quæ supra posita est. At si uenenato quoque telo quis ictus est: hisdem omnibus si fieri potest etiam festinantius actis adiicienda curatio est quae uel epoto ueneno uel a serpente ictis adhibetur. Vulneris autem ipsius extracto telo medicina non alia est: quam quae esset si corpore icto nihil inhaesisset. De qua satis alio loco dictum est.

De gangliis & meliceride & heromate & steathomate Capitis tuberculis. Caput. VI.

gangilia
melicerides
heromata
steathomata

h Accuenire in qualibet parte corporis possunt. Reliqua certas sedes habẽt. dequibus dicam/orsus a capite. Inhoc multa uariaq; tubercula oriuntur. gangilia: melicerídas: et heromata nominant: aliiſq; etiam num uocabulis quædam alii discernunt: quibus ego steathomata quoq; adiiciam. Quae quanuis & in ceruice & in alis & in lateribus oriri solent: per se tamen non posui: cum omnia ista mediocres differentias habeant: ac neq; periculo terreant: neq; diuerso genere curentur. Omnia autem ista et exparuulo incipiunt. et diu paulatimque increscunt. et tunica sua includuntur. Qædam ex his dura ac renitentia: quædam mollia cedentiaq; sunt/quædam spatio nudantur: quædam tecta capillo suo permanent: fereq; sine dolore sunt. Quid intus habeant ut coniectura præsagiri potest: sic ex toto cognosci nisi cum eiecta sunt: non potest. Maxime tamen in iis quæ renituntur: aut lapillis quædam similia: aut concreti conferticq; pili reperiuntur. In iis uero quæ cedunt: aut melli simile aliquid: aut tenui pulticulæ: aut quasi rasæ cartilagini: aut carni hebeti et cruentæ. quibus aliqui colores esse consuerunt. fereq; gangilia renituntur. At heromati sub est quasi tenuis pulticula. Meliceridi liquidior humor: ideoq; pressum circunfluit. Steathomati pingue quiddam: idq; latissime patere consuerit: resoluitq; totam cutem superpositam: sic/ut ea labet/cum inæteris sit astrictior. Omnia derasa ante si capillis conteguntur per medium oportet icidere: sed steathomatis tunica quoq; secanda est: ut effundatur quicquid intus coit: quia non facile a cute subiecta carne ea separaretur. In cæteris ipsa tunica inuiolata seruanda est. Protinus autem alba & intenta se ostendit. Tum scalpelli manubriolo diducenda a cute & carne est: eiiciendaq; cum eo quod intus tenet: Si quando tamen ab inferiore parte tunicae musculus inhaesit: ne is lædatur: superior pars illius decidenda: alia ibidem relinquenda est. Vbi tota exempta est: committendae orae: fibulaq; his iniicienda: et super medicamentum glutinans dandum est. Vbi uel tota tunica: uel aliquid exea relictum est: pus ma

uentia adhibenda sunt.

De oculorum uitiis quae scalpello & manu curantur

Caput. VII

SEd uthaec neq; genere uitii / neque ratione curationis inter se multum distant: sic in oculis quae manum postulant & ipsa diuersa sunt: & aliter aliterq; curantur. Igitur insuperioribus palpebris uesicae nasci solent pingues graueſq; : quae nix attollere oculos sinunt: leuesq; pituitæ cursus / sed assiduos in oculis mouent. Fere uero in pueris nascuntur. Oportet compresso digitis duobus oculo atq; ita cute intenta scalpello transuersam lineam incidere suspensa leuiter manu ne uesica ipsa uulneretur: & ut locus ei patefactus est ipsa prorumpat. tum digitis eam aprehendere oportet & euellere. Facile autem sequitur. Dein super ungui collirio debet exiis aliquo / quo lippientes oculi super inunguntur. pauciſſimiſque diebus cicatricula inducitur. Molestius est ubi incisa uesica est. Effundit enim humorem. neque postea quia tenuis admodum est: pōt colligi. Si forte id incidit: eorum aliquid imponendum est : quae puri mouendo sunt.

De crithe tuberculo palpebrarum

IN eadem palpebra super pilorum locum tuberculum paruulum nascitur: quod a similitudine ordei agraecis crithe nominatur. Tunica quiddam quod difficulter matureſcit comprehensum est. Id uel calido pane: uel caera subinde cale facta foueri oportet: sic ne nimius is calor sit. sed facile ea parte sustineatur. Hac enim ratione sæpe discutitur. interdum concoquitur. Si pus se ostendit: scalpello diuidi debet: et qd quid ineus humoris est: exprimi. Eodem deinde uapore postea quoque foueri & super ungui: donec adsanitatem ueniat.

crithe

De chalazia palpebrarum.

ALia quoque quædam in palpebris huic non dissimilia nascuntur: sed neq; utique figuræ eiusdē & mobilia simul atq; digito huc uel illuc impellūtur. Ideoq; ea chalazia uocāt. hæc incidi debēt si sub cute sūt: abexteriore pte. si sub cartilagine

chalazia

ab interiore. Dein scalpelli manubriolo diducenda abintegris partibus sunt. Ac si intus plaga est: inunguendum primo lenibus: deinde acrioribus. Si extra: sup dādū ēplastrū quo id glutinetur. De ungue oculorū: quod pterigiō agræcis uocatur.

pterigio

Unguis uero: quod pterigion græci uocant: est membranula neruosa oriens abangulo: quæ non nunq̄ ad pupillam quoq; peruenit. eiq; officit. Sæpius anarium: interdum etiam a temporum parte nascitur. Hunc recentem non difficile est discutere medicamentis: quibus cicatrices inoculis extenuantur. Si inueterauit: iamq; ei crassitudo quoq; accessit: excidi debet. Post abstinentiam uero unius diei: uel aduersus insedili contra medicum is homo collocandus est: uel sic aduersus: ut ingremium eius caput resupinus effundat. Quidam si insinistro oculo uitium est: aduersum. Si indextro: resupinum collocari uolunt. Alteram autem palpebram aministro diduci oportet: alteram amedico. Sed ab hoc: si ille aduersus est. inferiorem, si supinus. superiorem. Tum idem medicus hamulum acutum paulum mucrone intus recuruato subiicere extremo ungui debet: eumq; infigere; atque eam quoq; palpebram tradere alteri. ipse hamulo apprehenso leuare unguem: eumq; acu traicere linum trahente. deinde acum ponere: lini duo capita apprehendere: & per ea erecto ungue siqua parte oculo inhæret manubriolo scalpelli diducere: donec ad angulum ueniat. Deinde inuicem modo remittere: modo attrahere: ut sic & initiū eius & finis anguli reperiatur. Duplex enim periculum est: ne uel exungue aliquid relinquatur: quod exulceratum uix ullam recipiat curationem: uel exangulo quoq; caruncula abscidatur quæ si uehementius unguis ducitur: sequitur. Ideoq; decipit: & si abscissa est: patescit foramen: p quodpostea sæper humor

descedit hypada

[illegible]ypada græci uocant. Verus ergo anguli finis uti gnoscendus ē. qui ubi satis constitit: nonnimium adducto ungue scalpellus adhibendus est: deinde excidenda ea membranula. nequid exangulo lædatur. Eo deinde ex melle linamentum super dandum est: supra que linteolum &

& aut ſpongia aut lana ſucida. proximiſque diebus diducendus quotidie oculus eſt: ne cicatrice inrer ſe palpebrae glutinentur. Siquidem id quoque tertium periculum accedit: eodē que modo linamentum imponendum: ac nouiſſime inunguendum collirio: quo ulcera adcicatricem perducuntur: Sed ea curatio uere eſſe debet: aut certe ante hyemem. De qua re adplura loca pertinente ſemel dixiſſe ſatis erit. Nam duo genera curationum ſunt. Alia in quibus eligere tempus non licet: ſed utendum eſt eo/quod incidit: ſicut in uulneribus & infiſtulis. Alia in quibus nullus dies urget: & expectare tutiſſimum & facile eſt: ſicut euenit in iis quæ & tarde increſcunt & dolore non cruciant: in his uer expectandum eſt. Aut ſiquid magis preſſit: melior tamen autumnus uel æſtas: q̄ hyems eſt. Atq; is ipſe medius: iam fractis æſtatibus: non dum ortis frigoribus. Quo magis autem neceſſaria pars erit quæ tractabitur: hoc quoq; maiori periculo ſubiecta eſt. et ſaepe quo maior plaga facienda: eo magis hæc temporis ratio ſeruabitur

duo gña curationū ſunt.

.De enchanti tuberculo.

EX curatione uero unguis ut dixi uitia naſcuntur: quæ ipſa aliis quoq; decauſis oriri ſolent. Interdum enim fit inangulo/parum ungue exciſo uel aliter/tuberculum: quod palpebras parum diduci patitur. enchantis græce nominatur. Excidi hamulo & circuncidi debet: hic quoq; diligenter temperata manu/nequod ex ipſo abſcidat. Tum exiguum linamentum reſpergendum eſt uel cadmia uel atramento ſutorio/inq; eum angulum diductis palpebris inſerendum: ſuprag; eodem modo deligandum. proximiſq; diebus ſimiliter nutriendum: tantum ut primis aqua egeliga uel etiam frigida foueatur.

enchantis

De ancyloblepharo oculorum uitio.

INterdum inter ſe palpebræ coaleſcunt: apeririq; non poteſt oculus. Cui malo ſolet etiam illud accedere: ut palpebræ cum albo oculi cohaereſcant. ſcilicet cum in utroq; fuit ulcus negligenter curatum. Saneſcendo

ancyloblepharos

enim quod diduci potuit & debuit: glutinabit, ancyloblepharos sub utroq; uitio græci uocant. Palpebrae tantum inter se cohaerentes non difficulter diducuntur: sed interdum frustra nam rursus glutinantur. Experiri tamenoportet: quia bene res saepius cedit. Igitur aduersum specillū in serendum: diducendaeque eo palpebrae sunt: deinde exigua penicilla interponenda donec exulceratio eius loci finiatur. At ubi albo ipsius oculi palpebra inhaesit: Heraclides tarentinus auctor est: aduerso scalpello subsecare magna cum moderatione: ut neque ex oculo neque expalpebra quicquam abscidatur. acsi necesse est expalpebra potius. Post hæc inunguatur oculus medicamentis quibus aspritudo curatur: quotidieq; palpebra uertatur non solum ut ulceri medicamentum inducatur: sed etiam ne rursus inhaereat: ipsique etiam præcipiatur: utsæpe eam duobus digitis attollat. Ego sic restitutum esse neminem memini. Meges se quoque multa tentasse: neque unq̄ profuisse: quia semper iterum oculo palpebra inhaeserit: memoriæ prodit

De ægylopa fistula oculorum

ETiam num inangulo qui naribus propior est exaliquo uitio quasi parua fistula aperitur: perquam pituita assidue destillat. aegylopa græci uocant. idque assidue male habet oculum. non nunquam etiam exeso osse usque adnares penetrat idque interdum naturam carcinomatis habet. Vbi intentae uenae & recuruatae sunt: color pallet: cutis dura est & leui tactu irritatur: inflammationemque ineas partes: quae coniunctæ sunt: cuocat. Ex his eos qui quasi carcinoma habent curare: periculosum est. Nam mortem quoque ea res maturat. Eos uero quibus ad nares tendit: supervacuum. Neque enim sanescunt. At quibus id inangulo est: potest adhiberi curatio cum eam non ignotum sit esse difficilem. quantoque angulo propius id foramen ē: tāto difficilior ē. quoniā p anguſtū ēin quouersari manus possit. Recenti tamen re mederi facilius est. Sed hamulo summū eius foraminis excipiēdū deinde totū id cauū: sicut

aegylopa

in fistulis dixi: usq; ad os excidendum: oculoq; et cæteris sanctis partibus bene obtectis osferramento adurendum est uehementius. Quod si iam carie uexatum est: quo crassior his squama accedat: quidam adurentia imponunt: ut atramentum sutorium uel chalcitidem uel æruginem rasam. Quod & tardius & non idem facit. Osse aduſto curatio sequitur eadem: quæ in cæteris ustis. De pilis palpebrarum oculum inritantibus

Pli uero qui in palpebris sunt duabus decausis oculum inritare consuerunt. Nam modo palpebræ superioris summa cutis relaxatur & procidit, quo fit ut eius pili ad ipsum oculum conuertantur: quia non simul cartilago quoque se remittit. Modo sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit: qui protinus intus ad oculum tendit. Curationes hæ sunt. Si pili nati sunt qui non debuerunt: tenuis acus ferrea ad similitudinem hastæ lata inignem coicienda est. Deinde candens subiata palpebra sic, ut eius pernitiosi pili inconspectum curantis ueniant. subipsis pilorum radicibus abangulo immittenda est: ut ea tertiam partem palpebræ transueat. Deinde iterum tertioq; usque adalterum ãgulum. Quo fit ut omnes pilorum radices aduſtæ emoriantur. Tum super imponendum medicamentum est: quod inflammationem prohibeat. atque, ubi crustæ exciderunt: ad cicatricem perducendum. facillime autem id genus sanescit, quidam aiunt acu transui iuxta pilos in exteriorem partem palpebræ oportere: eamque transmitti duplicem capillum muliebrem ducentem: atq; ubi acus transiit in ipsius capilli sinum qua duplicatur pilum esse coiciendum & per eum insuperiorem palpebræ partem attrahendũ: ibique corpori agglutinandum & imponendum medicamentum quo foramen quoque glutinetur. sic enim fore ut is pilus inexteriorem partem postea spectet. Id primum fieri non potest nisi in pilo longiore: cũ fere breues eo loco nascãtur. Deinde si plures pili sunt: necesse ẽ longũ tormentũ cũ totiens acus transuet magnam inflammationem moueat. Noniſſime cum humor aliquis ibi subsit: oculo & ante per pilos & tum per palpebrae

foramina affecto: uix fieri potest ut gluten quo uinctus est pilus non resoluatur. Eoq; fit ut is eo unde ui abductus est: redeat. Ea uero curatio: quæ palpebræ laxioris ab omnibus frequentatur: nihil habet dubii. Siquidem oportet contecto oculo mediam palpebræ cutem: siue ea superior: siue inferior ē: apprehendere digitis ac leuare. tum considerare quantulo detracto futurum sit: ut naturaliter sehabeat. Siquidem hic quoq; duo pericula circunstant. Si nimium fuerit excisum: ne contegi oculus non possit. Si parū: ne nihil actum sit: & frustra sectus aliquis sit. Quadeinde incidendum uidebitur: per duas lineas atramento notandum est: sic ut de interiore quae pilos continet & propiore ei linea aliquid relinquatur: quod apprehendere acus postea possit. His constitutis scalpellus adhibēdus est. et si superior palpebra est: ante. si inferior: postea/ propius ipsis pilis incidendum. initiumq; faciendum in sinistro oculo: abeo angulo qui tempori indextro: abeo qui naribus propior est: idq; quod interduas lineas est excidendum. Deinde orae uulneris inter se simplici sutura committendae: operiendusq; oculus est: et si parum palpebra descendet: laxanda uticq;. si nimium: aut astringenda: aut etiam rursus tenuis habenula abulteriore ora excidenda. Vbi secta est: aliae suturae adiiciendae: quae supra tres esse non debent. Praeter hæc in superiore palpebra subpilis ipsis incidenda linea est: ut ab inferiore parte diducti pili sursum spectent. Idq; si leuis inclinatio est: etiam solum satis tuetur. Inferior palpebra eo nō eget. His factis spongia exaqua frigida expressa super deliganda est. Postero die glutinans emplastrum iniiciendum. Quarto sutura tollenda est: et collirio quod inflammationes reprimit super inunguendum.

Deglaucophthalmo oculorum

glaucophthalmos

Non nunq; autem nimium sub hac curatione excisa cute euenit ut oculus non contegatur. Idq; interdum etiam alia decausa fit glaucophthalmos græci appellant. In quo si

nimium palpebræ deest: nulla id restituere curatio potest. Si exiguum mederi licet: paulum infra supercilium cutis incidenda est lunata figura cornibus eius deorsum spectantibus. Altitudo esse plagae usq; ad cartilaginem debet ipsa illa nihil laesa. Nam si ea incisa est: palpebra concidit: neq; attolli postea potest. Cute igitur tantum diducta fit: ut paulum infima oculi ora descendat: hiantes scilicet super plagam: inquam linamentum coiciendum est: quod & coniungi diductam cutem prohibeat: & in medio caruunculam citet. quae ubi eum locum impleuit: postea recte oculus operitur.

De ectropio

a T superioris autem palpebræ uitium est: quod parum descendit: ideoq; oculum non contegit: sic inferioris: quod parum sursum attollitur: sed pendet & hiat neq; potest cum superiore committi. Atq; id quoq; euenit interdum ex simili uitio curationis: interdum etiam senectute. ectropion graeci uocant. Si exmala curatiõe est: eadem ratio medicinae est. quae supra posita est: plagæ tantum cornua admaxillas non adoculum conuertenda sunt. Si exsenectute est: tenui ferramento id totum extrinsecus adurendum est deinde melle inunguendum at quarto die uapore aquae calidæ fouendum: inunguendumq; medicamentis ad cicatricem perducentibus.

ectropiõ

De Staphylomate oculi.

b Haec fere circa oculum inangulis palpebrisque incidere consuerunt. In ipso autem oculo non nunquam summa attollitur tunica: siue ruptis intus membranis aliquibus siue laxatis & similis figura acino fit. Vnde id staphyloma graeci uocant Curatio duplex est. Altera adipsas radices per medium transuere acu duo lina ducente. Deinde alterius lini duo capita ex superiore parte: alterius ex interiore astringere inter se. quæ paulatim secando id excidunt. Altera in summa parte eius ad

staphyloma

lenticulæ magnitudinem excidere. deinde spodium aut eadmi am infricare. Vtrolibet autem facto album oui lana excipien dum & imponendum, posteaque uapore aquæ calidæ fouendus oculus & lenibus medicamentis unguendus est.

De clauis oculorum.

clauus

c Laui autem uocantur callosa in albo oculi tubercula: quæ bus nomen a figuræ similitudie est. Hos ad imam radicē perforare acu commodissimum est: infraq; eam excidere: dein de lenibus medicamentis inunguere

De natura oculorum & de eorum suffusione

Oculus qualis sit

ceratoides

choroides

s Vffusionis iam alias: feci mentionem: quia cum recens incidit medicamentis quoq; saepe discutitur. Sed ubi ue tustior facta est: manus curationem desiderat, quae inter sub tilissimas haberi potest. De qua ante q̄ dico: paucis ipsius o culi natura indicanda est. Cuius cognitio cum ad plura loca pertineat: tum uel praecipue ad hunc pertinet. Is igitur sum mas habet duas tunicas: ex quibus superior a graecis ceratoi des uocatur. Ea qua parte alba est satis crassa pupillae loco ex tenuatur. Huic inferior adiuncta est media parte: qua pupilla est, modico foramine concaua: circa tenuis: ulterioribus par tibus ipsa quoq; plenior. quae choroides a graecis nominatur Hae duae tunicae cum interiora oculi cingant: rursus sub his coeunt: extenuataq; et inunum coactae per foramen quod in ter ossa est: ad membranam cerebri perueniunt, eoque inhae rescunt. Sub his autem qua parte pupilla est: locus uacuus est Deinde infra rursus tenuissima tunica. quam herophilus arac noiden nominauit. Ea media subsidit: eoq; cauo continet qui ddam quod a uitri similitudine hyaloides graeci uocant. Idne q; liquidum, neq; aridum est: sed quasi concretus humor: ex cuius co'ore pupillæ color uel niger est, uel cæsius: cum summa tunica tota alba sit. Id autem superueniens ab interiore parte membranula includit. sub his gutta humoris est oui albo simi lis: aqua uidendi facultas proficiscitur. cristalloides a graecis

aracnoides

hyaloides

uitreus ũde cristaloides

nominatur. Igitur uel ex morbo uel ex ictu concrescit humor sub duabus tunicis: qua locum uacuum esse proposui. isque paulatim indurescens interiori potentiae se opponit. Vitiique eius plures species sunt. quedam sanabiles. quaedam quae curationem non admittunt. Nam si exigua suffusio est: si immobilis: colorem uero habet marinæ aquæ/uel ferri nitentis: et alatere sensum aliquem fulgoris relinquit. spes superest. Si magna est: si nigra pars oculi amissa naturali figura inaliam uertit: si suffusioni color cæruleus est: aut auro similis: si labat & hinc atq; illinc mouetur: uix unquam succurritur. Fere uero peior est: quo ex grauiore morbo. maioribusue capitis doloribus: uel ictu uehementiore orta est. Neq; idonea curatio/si senilis ætas est: quæ sine nouo uitio tamen aciem hebetem habet At ne puerilis quidem: sed inter hæc media aetas. Oculus quoq; curationi neq; exiguus/neq; concauus satis oportunus est. atque ipsius suffusionis quædam maturitas est. Expectandum igitur est donec iam non fluere: sed duricies quædam concreuisse uideatur. Ante curationem autem modico cibo uti: bibere a quam triduo debet: pridie abomnibus abstinere. Post hæc inaduerso sedili collocandus est loco lucido: lumine aduerso: sic ut contra medicus paulo altius sedeat. Aposteriore autem parte caput eius/qui curabitur/ministet contineat: et immobile id præstet. Nam leui motu eripi acies inperpetuum potest. Quin etiam ipse oculus qui curabitur/immobilior faciendus est: super alterum lana imposita & deligata. Curari uero sinister oculus dextra manu: dexter sinistra debet. Tum acus admouenda est/aut acuta/aut forte non nimium tenuis: eaq; demittenda. Sed recta est per summas duas tunicas medio loco inter nigrum oculi & angulum tempori propiorem e regione mediæ suffusionis/sic nequa uena laedatur. Neque tamen timide demittenda est: quia inani loco excipitur. Ad quem cum uentum est/ne mediocriter quidem peritus falli potest: quia prementi nihil renititur. Vbi eo uentum est: inclinanda acus adipsam suffusionem est. Leuiterq; ibi uerti & paulatim eam de

ducere infra regionem pupillæ debet. Vbi deinde eam transie uehementius imprimi: ut inferiori pti insidat. Si haesit: curatio expleta est. Si subinde redit: eadem acu magis concidenda: & inplures partes dissipanda est, quae singulæ & facilius conduntur & minus late officiunt. Post haec educenda acus recta est: imponendumque est lana molli exceptum oui album: & supra, quod inflammationem coerceat: atque ita deuinciendum. Post hæc opus est quiete: abstinentia: leniuo medicamento tum inunctionibus: cibo: qui postero die satis mature datur: primum liquido, ne maxillæ laborent: deinde inflammatione finita tali, qualis inuulneribus propositus est. Quibus. ut à qua quoque diutius bibatur: necessario accedit.

De pituita oculorum

DE pituitæ quoque tenuis cursu: qui oculos infestat: quatenus medicamentis agendum est: iam explicui. Nunc ad ea ueniam: quæ curationem exmanu postulant. Animaduertimus autem quibusdam nunquam siccescere oculos: sed semper humore tenui madere: quæ res aspritudinem continuat: exleuibus momentis inflammationes & lippitudines excitat: totam denique uitam hominisinfestat. Idque inquibusdam nulla ope adiuuari potest: inquibusdam sanabile est. Quod primum discrimen est: nosse oportet: ut alteri succurratur: alteri manus non iniiciatur. Ac primum superuacua curatio est iniis, qui ab infantibus id uitium habent: quia necessario mansurum est usque mortis diem. Deinde non necessario etiam in iis: quibus non multa: sed acris pituita est. Siquidem manu nihil adiuuantur. medicamentis & uictus ratione: quæ crassiorem pituitam reddit: ad sanitatem perueniunt. Lata etiam capita uix medicinae patent. Tum interest uenae pituitam emittant, quae inter caluariam & cutem sunt: an quae inter membranam cerebri & caluariam. Superiores fere per tempora oculos rigant. inferiores per eas membranas: quae aboculis ad cerebrum tendunt

Potest autem adhiberi remedium iis / quae supra os fluunt: nō potest iis / quae sub osse. Ac ne iis quidem succurritur: quibus pituita utrinq; descendit: quia leuata altera parte nihilominus altera infestat. Quid sit autem hac ratione cognoscitur. Raso capite ea medicamenta: quibus inlippitudine pituita suspenditur: a superciliis usq; aduerticem illini debent. Si sicci oculi esse coeperunt: apparet per eas uenas: quæ sub cute sunt / itrigari. Si nihilominus madent: manifestum est sub osse descendere. Si est humor: sed leuior: duplex uitium est. Plurimi tamen ex laborantibus reperiuntur: quos superiores uenæ exerceant ideoq; pluribus etiam opitulari licet. Idq; non ingræcia tantummodo: sed inaliis quoq; gentibus celebre est: adeo ut nulla medicinæ pars magis per nationes quoq; exposita sit. Reperti ingræcia sunt qui nouem lineis cutem capitis inciderent: duabus inoccipitio rectis: una super eas transuersa: dein duabus super aures: una inter eas item transuersa: tribus inter uerticem & frontem rectis. Reperti sunt qui acapite recte eas lineas ad tempora diducerent: cognitisq; exmotu maxillarum musculorum initiis / leuiter super eos cutem inciderent: inductisq; per retusos hamos oris insererent linamenta: ut neq; inter se cutis antiqui fines committerentur & inmedio caro increscceret: quæ uenas exquibus humor ad oculos transiret: astringeret. Quidam etiam atramento duas lineas duxerunt a media aure ad mediam alteram aurem: deinde a naribus ad uerticem. Tum ubi lineæ committebantur / scalpello inciderunt / & post sanguine fuso os ibidem adusserunt. Nihilominus autem & intē poribus & inter frōtem atq; caluariam eminentibus uenis idem candens ferrum admouerunt. Frequens curatio est uenas item poribus adurere: quæ fere quidem in eiusmodi malo tument. sed tamen ut inflentur: magisq; se ostendant: ceruix ante modice deliganda est: tenuibusq; ferramentis & retusis uenæ adurendæ: donec inoculis pituitæ cursus conquiescat. Id enim signum est quasi excæcatorum itinerum per quæ humor ferebatur. Valentior tamen medicina est: ubi tenues conditaeq; uenæ

ideoq; legi non possunt. Eodem modo ceruice deligata: retentoq; abipso spiritu quo magis uenæ prodeant: atramento notare eas contra tempora & inter uerticem ac frontem, deinde ceruice resoluta qua notæ sunt uenas incidere & sanguinem mittere. Vbi satis fluxit: tenuibus ferramentis adurere. Contra tempora quidem timide: ne subiecti musculi quimaxillas tenent sentiant. inter frõtem uero & uerticem uehementer: ut sic squama ab osse recedat. Efficacior tamen etiam nunc est a frontium curatio: qui uerticem usq; ad os adurunt: sic ut squamam remittat. Sed nihil melius est quam quod ingallia quoq; comata fit. ubi uenas intemporibus & in superiore capitis parte legunt. Adusta quomodo curanda sint iam explicui. Nunc illud adiicio: neq; ut crustæ decidant. neq; ut ulcus impleatur adustis uenis esse properandum. ne uel sanguis erumpat: uel cito pus supprimatur: cum per hoc siccescere eas partes opus sit (per illud exhauriri opus non sit. Siquando tamen sanguis eruperit: infricanda medicamenta esse: quæ sic sanguinem supprimant: ne adurant. Quemadmodum autem uenae deligandæ sint: quidq; lectis his faciendum sit cum uenero ad crurum uarices dicã.

De aurium morbis: qui manu et scalpello curantur. Caput. VIII

Verum ut oculi multiplicem curationem etiam manus exigunt, sic inauribus admodum pauca sunt: quæ in hac medicinæ parte tractentur: Solet tamen euenire uel a primo natali die protinus: uel postea facta exulceratione. deinde percicatricem aure repleta: ut foramen inea nullum sit: ideoq; audiendi usu careat. Quod ubi incidit: specillo tentandum est: alte ne id repletum: an insummo tantum glutinatum sit. Nam si alte est: prementi non cedit. Si insummo, specillum protinus recipit Illud attingi non oportet, ne sine effectus spe distentio oriatur neruorum: et exea mortis periculum sit. Hoc facile curatur. Nam qua cauum esse debet: uel medicamentum a

liquod imponendum est exaurentibus uel candente ferro aperiendum: uel etiam scalpello incidendum. Cumq; id patefactum. & iam ulcus purum est: coicienda eo pinna est illita medicamento cicatricem inducente: circaq; idem medicamentum dandum: ut cutis circa pinnam sanescat. quo fit ut ea remota postea facultas audiendi sit. At ubi aures, inuito puta: perforatæ sunt & offendunt: traiicere id cauum celeriter candente acu satis est: ut leniter eius ora exulcerentur: aut etiam aduẽte medicamento idem exulcerare: postea deinde imponere id quod purget: tum quod eum locum repleat, et sic cicatricem inducat. Quod si magnum id foramen est: sicut solet esse in iis: qui maiora pondera auribus gesserunt: incidere quod superest adextremum oportet: supra deinde oras scalpello exulcerare: & postea suere: ac medicamentum: quo id glutinetur: imponere. tertium est: siquid ibi curti est: sarcire. quae res cum inlabris quoq; & naribus fieri possit: eandem etiam rationem habeat: simul explicanda est.

Curta in auribus labrisq; ac naribus quomodo sarciri & curari possint. Caput. IX.

CVrta igitur in his tribus: ac siquapua paria sũt: curari possunt. Siqua maiora sunt aut non recipiunt curationem: aut ita per hanc ipsam deformantur: ut minus indecora ante fuerint Atq; in aure quidem & naribus deformitas sola timeri potest. In labris uero si nimium contracta sunt: usus quoq; ne cessarii iactura fit: quia minus facile & cibus assumitur & sermo explicatur. Neq; enim creatur ibi corpus: sed ex uicino adducitur. quod inleui mutatione & nihil eripere & fallere oculum potest. in magna non potest. Neq; senile autem corpus: neque quod mali habitus est: neque inquo difficulter ulcera sanescunt: huic medicinae idoneum est. quia nusquam celerius cancer occupat aut difficilius tollitur. Ratio curationis eiusmodi est. Id quod curatum est inquadratum redigere: ab interioribus eius angulis lineas trãsuersas incidere: quae citeriorẽ ptẽ abulteriore extoto diducant: deinde ea quae sic resoluimus in

 unũ adducere.

Si non satis iunguntur: ultra lineas quas ante fecimus/alias duas lunatas & ad plagam conuersas immittere: quibus summa tantum cutis diducatur. sic enim fit ut facilius quod adducitur sequi possit. quod non ui cogendum est: sed ita adducendum: ut ex facili subsequatur: et dimissum non multum recedat. Interdum autem altera pars: cutis haud omnino adducta: deformem quem reliquit locum: reddit. Huiusmodi loci altera pars incidenda: altera intacta habenda est. Ergo neque eximis auribus: neq; exmedio naso imis uenarum partibus: neque exangulis labrorum quicquā attrahere tentabimus. Vtrinque autem peremus: siquid summis auribus: siquid imis: siquid aut medio naso: aut mediis naribus. aut mediis labris deerit. Quæ tamen interdum etiam duobus locis curata esse consueuerunt. Sed eadem ratio curandi est: si cartilago ineo quod incisum est eminet: excidenda est. Neq; enim aut glutinatur. aut a acu tuto traiicitur. Neque longe tamen excidi debet. ne inter duas oras liberæ cutis/utrinq; coitus puris fieri possit. Tum iunctæ oræ inter se suendæ sunt utrinq; cute apprehensa: & quæ priores lineæ sunt: ea quoq; suturae iniiciendae sunt. Siccis locis/ut innaribus/illita spuma argenti satis proficit. In ulteriores uero lunatasq; plagas linamentum dandum est: ut caro increscens/uulnus impleat. summaq; cura quod ita sutum est: tuendum esse: appareret exeo potest: quod decancro supra posui Ergo etiam tertio quoq; die fouendum erit uapore aquæ calidae. rursusq; idem medicamentum iniiciendum: fereque septimo die glutinatum est. Tum suturae eximi: & ulcus ad sanitatem perduci debent.

De polypi curatione per ferrum. Caput. X.

POlypum uero: qui innaribus nascitur: praecipue ferro curari iam alias posui. Ergo etiam hunc ferramento acuto inmodum spathae facto resoluere abosse oportet adhibita diligentia ne infra cartilago laedatur: īqua difficilis curatō ē

Vbi abscissus est: unco ferramento extrahendus est. Tum implicitum linamentum: uel aliquid ex penicillo respergendū est medicamento: quo sanguis supprimitur: eoque nares leniter implendæ. Sanguine suppresso/linamento uulnus purgandum est. Vbi purum est. eo pinna eodem modo quo inaure suprapositum est: medicamento illita: quo cicatrix inducitur: intus demittenda: donec ex toto id sanescat.

De ozena. Caput. XI

ozena

I Dautem uitium: quod ozena agræcis uocatur: si medicamentis non cederet: quemadmodum manu curandū esset apud magnos chirurgos non repperi. Credo quia res raro ad sanitatem satis proficit: cum aliquod inipsa curatione tormentum habeat. Apud quosdam tamen positum est uel sutilem fistulam: uel enodem scriptorium calamum innarem esse coicendum donec sursum ad os perueniat: tum per id tenue ferramentum candens dandum esse adipsum os. deinde adustum locum purgandum esse æruginе & melle. Vbi purus est: lycio ad sanitatem perducendum. Vel narem incidendam esse abuna parte ad os: ut & conspici locus possit & facilius candens ferramentum admoueri. Tum sui narem debere. & aduſtum quidē ulcus eadem ratione curari. Suturam uero illini uel spuma argenti uel alio glutinante.

De oris uitiis quae manu & ferro curantur. Caput. XII.

De dentibus.

I Nore quoque quaedam manu curantur. Vbi inprimis dentes non nunquam mouentur: modo propter radicum imbecillitatem: modo propter gingiuarum arescentium uitium. Oporter inutrolibet candens ferramentum gingiuis admouere ut leuiter attingat: non ut insidat. Aduſtae gingiuae melle illinendae & mulso eluendae sunt. Vt pura ulcera esse coeperunt arida medicamēta infricāda sunt exiisq; reprimūt. Si uero dēs doloresmouet, eximiq; eū/qa medicamenta nihil adiuuāt: placuit: circumradi debet. ut gigiua abeo resoluatur. Tum is concuti endus est.

Eaq; facienda donec bene moueatur. Nam dens hærens cum ſummo periculo euellitur: ac nonnunquam maxilla loco mouetur. Idq; etiam maiore periculo in ſuperioribus dentibus fit: quia poteſt tempora oculosue concutere. Tum ſi fieri poteſt manu: ſi minus, forfice dens excipiendus. Ac ſi exeſus eſt: antea id foramen uel lineamento, uel bene accommodato plumbo replendum eſt: ne ſub forfice confringatur. recta uero forfex ducenda eſt: ne inflexis radicibus, os earum: cui dens inhæret parte aliqua frangatur. Neque ideo nullum eius rei periculum eſt: utique in dentibus breuibus qui fere longiores radices habent. Sæpe enim forfex cum dentem comprehendere non poſſit: aut fruſtra comprehendat: oſ gingiuæ prehendit & frangit. Protinus autem ubi plus ſanguinis profluit: ſcire licet aliquid ex oſſe fractum eſſe. Ergo ſpecillo conquirenda eſt teſta quæ receſſit & uulſella protrahenda eſt. Si non ſequitur incidi gingiua debet: donec labans oſſis teſta recipiatur. Quod ſi factum ſtatim non eſt: indureſcit extrinſecus maxilla, ut is hiare non poſſit. Sed imponendum calidum ex farina & fico cataplaſma eſt donec ibi pus moueatur. Tum incidi gingiua debet. Pus quoq; multum profluens oſſis fracti nota eſt. Itaq; etiam tum id extrahi conuenit. Non nunquam etiam eo læſo fiſtula fit: quæ eradi debet. Dens autem ſcaber qua parte niger eſt: radendus eſt: illinendusq; roſæ flore contrito: cui gallæ quarta pars & altera myrræ ſit adiecta. Continendumque ore crebro uinum meracum. Atque ineo caſu uelandum caput: ambulatione multa: frictione capitis: cibo non acri utendum eſt. At ſi exictu uel alio caſu aliqui labant dentes: auro cum iis qui benehærent uinciendi ſunt. Continendaq; ore repri mentia: ut uinum in quo malicorium decoctum aut in quo galla candens conie cta ſit. Siquando etiam in pueris alter dens naſcitur quam prior excidat: is qui cadere debuit circumpurgandus & euellendus eſt. is qui natus eſt in locum prioris quotidie digito adurgēdus donec adiuſtam magnitudinē pueniat. Quotiēſcunq; dente exempto radix relicta ē: protinus ea quoq; adid facta forfice: quam rizan græci uocant: eximenda eſt.

Rizan

Tonsillas autem quæ post inflammationes indurauerunt: anti dyades autem agræcis appellantur: cum sub leui tunica sint: oportet digito circum radere & euellere. si ne sic quidem reso luuntur: hamulo excipere: & scalpello excidere: tum ulcus ace to eluere: & illinire uulnus medicamento: quo sanguis supp ri matur.

Antidyades.

De uua.

Va si cum inflammatione descendit: doloriq; est & sub rubicundi coloris: præcidi sine periculo non potest. So let enim multum sanguinem effundere. Itaq; melius est iis uti: quæ alias proposita sunt. Si uero inflammatio quidem nulla est. nihilominus autem ea ultra iustum modum ãpituita dedu cta est: & est tenuis: acuta. alba: præcidi debet. Itemque si i ma / liuida & crassa: summa / tenuis est. Neq; quicquam com modius est q̃ uolsella prehendere: sub eaq; quod uolumus exci dere. Neq; enim ullum periculum est: ne plus minusue præcida tur: cum liceat tantum infra uulsellam relinquere: quantum inu tile esse manifestum est. idq; præcidere quo longior uua est q̃ esse naturaliter debet. Post curationem eadem facienda sunt: quae intonsillis proxime posui.

De lingua.

Lingua uero quibusdam cum subiecta parte a primo natali die iuncta est: qui ob idne loqui quidem possunt / horum extrema lingua uulsella prehendenda est: sub eaq; membrana incidenda: magna cura habita: ne uenæ quæ iuxta sunt: uiolen tur: & profusione sanguinis noceant. Reliqua curatio uulne ris inprioribus posita est. Et pleriq; quidem ubi constanuerunt loquuntur. Ego autem cognoui qui succisa lingua cum abunde super dentes eam præmeret: non tamen loquendi facultatem consecutus est. Adeo in medicina etiam ubi perpetuum est quod fieri debet: non tamen perpetuum est id quod sequi conuenit.

uulsella

De abscessu sub lingua.

Sub lingua quoq; interdum aliquid abscedit: quod fere cõ sistit in tunica: doloresq; magnos mouet. quod si exiguũ ẽ

incidi semel satis est. si maius: summa cutis usque ad tunicam excidenda est. deinde utrinque orae hamulis excipiendae: & tunica undique circundata liberanda est. magna diligentia p omnem curationem habita: nequa maior uena incidatur.

De labris.

spatha

Labra autem saepe finduntur: eaque res habet cum dolore etiam hanc molestiam: quod sermo prohibetur. qui sub inde eas rimas cum dolore diducendo sanguinem citat. Sed has/ si in summo sunt/ medicamentis curare commodius est. quae adulcera oris fiunt. Si uero altius descenderunt/ necessarium est tenui ferramento adurere: quod spathae simile quasi transcurrere/ non imprimi debet: Postea facienda eadem sunt quae inauribus adultis exposita sunt.

De ceruicis uitiis & curatione. Caput. XIII.

brochocele

In ceruice inter cutem & asperam arteriam tumor increscit. brochoceolen graeci uocant. quo modo caro hebes: modo humor aliquis melli aquae ue similis includitur: interdū etiam minutis ossibus pili inmixti. Ex quibus quicquid est quod tunica continetur: potest adurentibus medicamentis curari quibus summa cutis cum superiecta tunica exeritur. Quo facto siue humor est: profluit. siue quid densius: digitis educitur: tum ulcus sub linamentis sanescit. Sed scalpelli curatio breuior est. Medio tumore una linea inciditur usq; ad tunicam Deinde uitiosus sinus ab integro corpore digito separatur: totusq; cum uelamento suo eximitur. Tum aceto: cui uel salem uel nitrum aliquis adiecit: eluitur, oraequna sutura iunguntur caeteraque eadem quae in aliis suturis super iniiciuntur. Leniter deinde/ ne fauces urgeat: deligatur. siquando autem tunica eximi non potuerit: intus inspergenda adurentia: linamentis que id curandum est caeteris pus mouentibus

De umbilici uitiis. Caput: XIIII.

s Vnt etiam circa umbilicum plura uitia. de quibus propter raritatem inter auctores parum constat. Verisimile est autem id aquoque prætermissum quod ipse non cognouerat: a nullo id quod non uiderat/fictum. Commune omnibus est umbilicum indecore prominere. Causae requiruntur. Meges tres has posuit. Modo intestinum eo irrumpere. modo omentum. modo humorem. Sostratus nihil de omento dixit. Duobus hisdem adiecit/carnem ibi interdum increscere: eamque modo integram esse: modo carcinomati similem. Gorgias ipse quoque omenti mentionem omisit. Sed eadem tria causatus spiritum quoque interdum eo dixit irrumpere. Heron omnibus his quattuor positis & omenti mentionem habuit & eius quod simul & omentum & intestinum habuerit. Quid autem horum sit/his inditiis cognoscitur. Vbi intestinum prolapsū est: tumor neque durus neque mollis est. omni frigore commiuitur: non solum sub omni calore: sed etiam retento spiritu crescit. Sonat interdum: atque ubi resupinatus est aliquis delapso intestino ipse desidit. Vbi uero omentum est: caetera similia sunt. tumor mollior & abima parte latus: extenuatus in uerticem est. siquis apprehendit: elabitur. Vbi utrunque est: inditia quoq; mixta sunt: & inter utrunq; mollities. At caro durior est: semper que etiam resupinato corpore tumet: præmentique non cedit: prioribus facile cedentibus. Si uitiosa est easdem notas habet: quas in carcinomate exposui. Humor autem si premitur. circumfluit. At spiritus pressus cedit: sed protinus redit: resupinato quoq; corpore/tumorem ineadem figura tenet. Ex his id quod ex spiritu uitium est: medicinam non admittit. Caro quoque carcinomati similis cum periculo tractatur. Itaque omittenda est. Sana excidi debet. idque uulnus linamentis curari. Humorem quidam uel inciso summo tumore effundunt: et uulnus hisdem linamentis curant. In reliqs uariæ sententiæ sunt. Ac resupinandum quidem corpus esse res ipsa testatur: ut inuterum: siue intestinum: siue omentum est: delabatur. Sinus uero umbilici tum uacuus aquibusdam du-

Cum ūbilicus prominet.

bus regulis exceptus est: uehementerq; earum capitibus deligatis ibi emoritur. Aquibusdam ad imum acu trahitur duo lina ducente. deinde utriusq; lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur. Quod inuua quoq; oculi fit. Nam sic id quod supra uinculum est: moritur. Adiecerunt quidam ut antequ uincirent: summum una linea inciderent: excideretq; quo facilius digito demisso quod illuc irrupisset: depellerent. tum deinde uinxerunt. Sed abunde est: iubere spiritum continere: ut tumor quantus maximus esse potest/se ostendat. tum imã basim eius atramento notare: resupinatoq; homine: digitis tumorem eum premere: ut siquid delapsum non est/manu cogatur. Post hæc umbilicum attrahere: & qua nota atramenti est lino uehementer astringere. Deinde partem superiorem aut medicamentis aut ferro aduerte donec emoriatur. Atq; ut cætera usta ulcus nutrire. Idq; non solum ubi intestinum uel omentum uel utrunq; est: sed etiam ubi humor est: optime proficit. Sed ãte quædam uisenda sunt: nequod ex uinculo periculum sit. Nam curationi neq; infans: neq; aut robustus annis/aut senex aptus est: sed a septimo fere ãno ad quartumdecimũ Deinde ei corpus idoneum est id/quod integrum est. Atquod mali habitus est: quodq; papulas: impetigines: similiaq; habet idoneum non est. Leuibus quoq; tumoribus facile subuenitur. At ineorum qui nimis magni sunt curatione periculum est. Tempus autem anni & autumnale & hibernum uitandum est. Ver idoneum maxime est. Ac prima æstas non aliena est. Præter hæc abstinere pridie debet. Neque id satis est. Sed alius quoque ei ducenda est: quo facilius omnia quæ excesserũt: intra aluum consident.

Quomodo aqua hydropicis emittatur. Caput XV.

a Quam iis qui hydropici sunt emitti oportere alias dixi. Nunc quemadmodum id fiat dicendum est. Quidam autem qui subumbilico fere quatuor interpositis digitis a fini-

stra parte. Quidam ipso umbilico perforato facere consue runt. Quidam cute primum adusta: deinde interiore abdomi ne inciso: quia quod per ignem diuisum est / minus celeriter coit. Ferramentum autem demittitur: magna cura habita ne qua uena incidatur. Id tale esse debet: ut fere tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat. Demittendumq; ita est: ut membranam quoq; transeat. qua caro ab interiore parte finitur. eo tum plumbea aut aenea fistula coicienda est: uel recurratis inexteriorem partem labris: uel inmedia circum surgente: quadam mora / ne tota intus delabi possit. huius ea pars quae intra paulo longior esse debet q̄ quæ extra: ut ultra ulcerio rem membranam procedat: per hanc effundendus humor est Atque ubi maior pars eius euocata est: cludenda demisso linteolo fistula est. & inuulnere / si id ustum non est: relinquenda. Deinde per insequentes dies circa singulas heminas emittendum: donec nullum aquæ uestigium appareat. Quidam tamen etiam non usta cute protinus fistulam recipiunt & super uulnus spongiam expressam deligant. Deinde postero die rursus fistulam demittunt quod recens uulnus paulum diductum patitur: ut siquid humoris supereſt. emittatur. Idque bis ita feciſſe contenti sunt:

De intestinorum uulneratorum curationibus. Caput. XVI

n On nunquam autem uenter ictu aliquo perforatur: sequitur que ut intestina euoluantur. Quod ubi incidit: protinus considerandum est: an integra ea sint: deinde an iis color suus maneat. Si tenuius intestinum perforatum est: nihil profici posse iam retuli. Latius intestinum sui potest: non quod certa fiducia sit: sed quod dubia spes: certa desperatione sit potior. Interdum enim glutinatur. Tum si utrunlibet intestinum liuidum aut pallidum aut nigrum est. quibus illud quoq; necessario accedit: ut sensu careat: medicina omnis inanis est. Si uero adhuc ea sui coloris sunt: cum magna festinatione suc

currendum est. Momento enim alienantur externo & insueto spiritu circundata. Resupinandus autem homo est coxis erectioribus. Et si angustius uulnus est: q̄ ut intestina commode refundantur: incidendum est donec satis pateat. Ac si iam sicciora intestina sunt: perluenda aqua sunt: cui paulum admodum olei sit adiectum. Tum minister oras uulneris leuiter ducere manibus suis uel etiam duobus hamis membranae interiori iniectis debet. medicus priora semper intestina quae posteriora prolapsa sunt: condere. Sic ut orbium singulorum locum seruet. Repositis omnibus: leniter homo concutiendus é. Quo fit ut perse singula intestina insuas sedes diducantur: et inibi consident. His conditis omentum quoq; considerandū est. ex quo siquid iam nigri & emortui est: forfice excidi debet. Siquid integrum est leuiter super intestina diduci. sutura autem neque summae cutis: neque interioris membranae perse satis proficit/sed utriusque. Et quidem duobus linis uincienda est spissior quam alibi. quia & rumpi facilius motu uentris potest: et nō aeque magnis inflāmationibus pars ea exposita est. Igitur induabus acus fila coicienda eaque duabus manibus tenenda: & prius interiori membranae sutura iniicienda est: sic ut sinistra manus indexteriore ora: dextra in sinisteriore aprincipio uulneris orsa/abinteriori parte in exteriorem/acū immittat. Quo fit ut abintestinis ea pars semper acuum longe sit: quae recusa est. semel utraque parte traiecta permutandæ acus intermanus sunt: ut ea sit indextra quæ fuit insinistra ea ueniat insistram/quam dextra continuit. Iterumq; eodem modo per oras immittendæ sunt. Atq; ita tertio et quarto: deincepsq; permutatis inter manus acubus includenda plaga. Posit haec eadem fila eaedemq; acus ad cutem transferendae. Similiq; ratione ei quoq; parti utraq; sutura iniicienda: semper abinteriore parte acubus uenientibus: semper inter manus traiectis. Dein glutinantia iniicienda. Quibus aut spongiam aut sucidam lanam exaceto impressam accedere debere manifestius est/quam ut semper dicendum sit. Impositis his leuiter deli

gari uenter debet.

De interiore parte abdominis rupta: & qua ratione curanda sit. Caput. XVII

INterdum tamen uel exiƈtu aliquo: uel retento diutius ſpiritu: uel ſub graui faſce interior abdominis membrana / ſuperiore cute integra rumpitur. Quod foeminis quoque exutero ſaepe euenire conſueuit: fitq; praecipue circa ilia. ſequitur autem cum ſuperior caro mollis ſit: ut non ſatis inteſtina contineat: hiſque intenta cutis / indecora intumeſcat. Atq; id quoque aliter abaliis curatur. Quidam enim per acum duobus linis ad imam baſim immiſſis / ſic utrinq; deuinciunt: quemadmodum & inumbilico et inuua poſitum eſt: ut quicquid ſuper uinculum eſt: emoriatur. quidam medium tumorem excidunt ad ſimilitudinem myrtacei folii. quod ſemper eodem modo ſeruandum eſſe iam poſui: & tum oras ſutura iungunt. Commodiſſimum eſt autem reſupinato corpore: experiri manu qua parte is tumor maxime cedat. quia neceſſe eſt ea parte rupta membrana ſit: qua que integra eſt / ea magis obnitatur. tum qua rupta uidebitur. immittendae ſcalpello duae lineae ſunt. ut exciſo medio interior membrana utrinque recentem plagam habeat. quia quod uetus eſt: futura non coit loco patefacto. Siqua parte membrana non nouam plagam / ſed ueterem habet: tenuis excidenda habena eſt: quae tantum ora eius exulceret. Caetera: quae ad futurae reliquam curationem pertinent: ſupra comprehenſa ſunt.

De uaricibus uentris.

PRaeter hæc euenit: ut in quorundam uentribus uarices ſint. quarum quia nulla alia curatio eſt. quam quæ in cruribus eſſe conſueuit. tum eam partem explanaturus / hanc quoque eo differo.

De testiculorum natura & morbis eorum.

.Caput. XVIII.

Enio autem ad ea. quæ innaturalibus partibus circa testiculos oriri solent. quæ quo facilius explicem: prius ipsius loci natura paucis proponenda est. Igitur testiculi similes quiddam medullis habent. Nam sanguinem non emittunt & omni sensu carent. Dolent autem in ictibus & inflammationibus tunicæ: quibus hi continentur. Dependent uero abinguinibus per singulos neruos. quos cremasteras græci nominant cum quorum utroq; binæ descendunt & uenæ & arteriæ. Hæ autẽ tunica conteguntur tenui: neruosa: sine sanguine alba: quae ægytroides agræcis nominatur. super eam ualentior tunica est quæ interiori uehementer ima parte inhæret. darion graeci uocãt: Multæ deinde membranulae uenas & arterias eoq; neruos comprehendunt. Atq; inter duas quoq; tunicas superioribus partibus laeues, paruulæq; sunt. Hactenus propria utriq; testiculo & uelamenta & auxilia sunt. Communis deinde utriq; omnibus q; interioribus sinus est: qui iam conspicitur anobis. oscheon græci: scrotum nostri uocant. isq; abima parte mediis tunicis leuiter innexus est: a superiore tantum circundatus est Sub hoc igitur plura uitia esse consuerunt. Quæmodo ruptis tunicis: quas abinguinibus incipere proposui: modo his integris fiunt. siquidem interdum uel ex morbo primum inflamatur. deinde postea pondere abrumpitur. uel exictu aliquo protinus rumpitur tunica: quæ diducere ab inferioribus partibus intestina debuit. tum pondere eo deuoluitur aut omentum aut etiam intestinum Atq; ibi reperta uia, paulatim aut abinguinibus inferiores quoq; partes missum sub inde neruosas tunicas: et ob id eius rei patientes diducit entero coelen & epiplocoelen graeci uocant: apud nos indecorum: sed commune his hirneæ nomen est. Deinde si descendit omentum: nunq; in scroto tumor tollitur: siue inedia fuit: siue corpus huc illuc conuersum: aut aliquo modo collocatum. Itemq; si retentus est spiritus, non magnopere increscit. tactu uero inequalis est

& mollis & lubricus. At si intestinum quoque descendit: humor is sine inflammatione modo minuitur: modo increscit. estque fere sine dolore. & cum conquiescit aliquis aut iacet: interdum extoto desidit: interdum sic diuiditur: ut inscroto exiguae reliquiae maneant. At si clamore & satietate & si sub aliquo pondere is homo nixus est: erescit: frigore omni contrahitur: calore diffunditur. Estque tum scrotum & rotundum & tactu laeue. idque quod subest / lubricum est: si pressum est / ad inguen reuertitur. dimissumque iterum cum quodam quasi murmure deuoluitur. Et id quidem inseuioribus malis euenit. Non nunquam autem stercore accepto uastius tumet: rectoque compelli non potest: afferetque tum dolorem & scroto & inguinibus & abdomini. non nunq̃ stomachus quoque affectus, primum ruffam bilem per os reddit: deinde uiridem: q̃ busdam etiam nigram. Integris uero membranis interdum eã partem humor distringit. Atque eius quoq; species duae sunt. Nam uel inter tunicas is increscit: uel in membranis quae ibi circa uenas & arterias sunt: ubi hae grauiate occaluerunt. Ac ne ei quidem humori: qui inter tunicas est: una sedes est. Nam modo inter summam & mediam: modo inter mediam & imam consistit: Graeci communi nomine quicquid est hydrocoelen appellant. nostri: ut scilicet nullis discriminibus satis cognitis: haec quoque subeodem nomine / quo priora habent. Signa autem quaedam communia sunt: quaedam propria. Communia quibus humor deprehenditur. Propria: quibus locis humorem subesse dicimus. Si tumor est nunq̃ extoto se remittens: sed interdum leuior / aut propter famem / aut propter febriculam maximeque in pueris: isque mollis est / si non nimius humor subest. At si is uehementer increuit: renititur sic ut uter repletus & arte astrictus. Venae quoque inscroto inflantur: & si digito pressimus: cedit humor: circunfluensque id quod non premitur / attollit & tanquam inuitro cornu ue per scrotum appareat. isque quantum in ipso est: sine dolore est. Sedes autem eius sic deprehenditur. si inter summam mediãque tunicam est:

scrotũ

hydrocele

cum digitis duobus preſſimus: paulatim humor inter eos reuer tens ſubit. ſcrotum ipſius albidius eſt. Si ducitur: aut nihil a ut paruulum intenditur. teſticulus ea parte neq; uiſu neq; ta ctu ſentitur. At ſi ſub media tunica eſt / intentum ſcrotum magis ſe attollit: adeo ut ſuperior coles ſub tumore eo deliteſcat.

Ramex cyrſocoele

Præter hæc æque integris tunicis ramex innaſcitur: cyrſocoe len græci appellant. Venæ intumeſcunt. hæ quoq; intortæ con glomeratæq; adſuperiorem partem: uel ipſum ſcrotum implẽt uel mediam tunicam uel imam. Interdum etiam ſub ima tuni ca circa ipſum teſticulum neruumq; eius increſcunt. Ex his ea quæ inipſo ſcroto ſunt: oculis patent. hæuero quae mediæ imæ ue tunicæ inſident / ut magis conditæ / non æque quidem cernun tur: ſed tamen etiam uiſui ſubiectae ſunt: præterquam quod & tumoris aliquid eſt pro uenarum magnitudine & modo & id prementi magis renititur: ac per ipſos uenarum toros inaequa le eſt: & qua parte id eſt / teſticulus magis iuſto dependet; Cũ uero etiam ſuper ipſum teſticulum neruumq; eius id malum in creuit: aliquanto longius teſticulus ipſe deſcendit: minorq; al cero fit: ut pote alimento amiſſo. Raro ſed aliquando caro quoq; inter tunicas increſcit. ſarcocoelen graeci uocant. Inter dum etiam exinflammatione rumet ipſe teſticulus: ac febres quoq; affert: & niſi celeriter ea inflammatio cõquieuit: dolor adinguina atq; ilia peruenit. parteſque hae intumeſcunt. ner uus / ex quo teſticulus dependet / plenior fit: ſimulq; indureſcit ſuper hæc / inguen quoque non nunquam uarices implent. bu bonocoelen appellant

Sarcocoele

Bubonocoele

De teſticulorum curationibus communibus & primo de inci ſione & curatione inguinis uel ſcroti. Caput. XIX.

h Is cognitis decuratione dicendum eſt: inqua quaedam co mmunia omniũ ſunt: quaedam propria ſingulorum. Pri us decommunibus dicam. Loquar autem nunc debis quae ſcal pellum deſiderant. Nam quae uel ſanari non poſſint: uel ali ter nutriri debeant: dicendum erit ſimul ad ſpecies ſingulas ue nero. Incidunt autem interdum inguen: interdum ſcrotum.

Inutraque curatione homo ante triduum bibere aquam: pridie abstinere etiam acibo debet. ipso autem die collocari supinus deinde si inguen incidendum est. idque iam pube contegitur: ante radendum est: et tum extento scroto: ut cutis inguinis in tenta sit: id incidendum subimo uentre: qua cum abdomine tunicae inferiores committuntur. Aperiendum autem audacter est donec summa tunica / quae ipsius scroti est incidatur / perueniaturque adeam / qua media est plaga facta. Foramen deorsum uersus subest. In id demittendus est sinistrae manus digitus index / ut diductis interuenientibus membranulis simul laxet. Minister autem sinistra manu comprehenso scroto surs̄ uersus eum debet extendere. & quam maxime ab inguinibus abducere: primum cum ipso testiculo: dū medicus omnes membranulas quae super mediam tunicam sunt / si digito deducere non potest: scalpello abscidat: Deinde sine eo ut is delapsus ipsi plagae iungatur: digitoque inde promatur / et super uentrem cū duabus suis tunicis collocetur. Inde siqua uitiosa sunt circuncidenda sunt. Inquibus cum multae uenae discurrant: tenuiores quidem praecidi protinus possunt. Maiores uero ante longiore lino deligandæ sunt: ne periculose sanguinem fundant. Sin media tunica uexata erit: aut sub ea malum increuerit: excidenda erit sic / ut alte ad ipsum inguen præcidatur. Infra tamen non tota demenda est. Nam quod ad basim testiculi uehementer cum ima tunica connexum est: excidi sine summo periculo non potest. Itaq; ibi relinquendum est. Idem in ima quoq; tunica / si læsa est: faciendum est. Sed non á summa inguinis plaga: uerum infra paulum ea abscidenda: ne læsa abdominis membrana inflammationes moueat. Neque tamen nimium exea surs̄um relinquendum est: ne postea sinuetur & sedem eidem malo praestet. Purgatus ita testiculus per ipsam plagā cūuenis & arteriis & neruo suo leuiter demittendus ē uidē dū q; nesanguis iscrotū descendat: ne ue concretus aliquo loco

 maneat.

Quae ita fient: si uenis uinciendo medicus prospexerit: Lina quibus capita earum continebuntur: extra plagam dependere debebunt. quae pure orto sine ullo dolore excident. Ipsi autē plagae iniiciendae duae fibulae sunt: & insuper medicamentū quo glutinentur. Solet interdum abaltera ora necessarium ēs se aliquid excidi: ut cicatrix maior & latior fiat. Quod ubi in cidit: linamenta super non fulcienda: sed leuiter tantū ponen da sunt: supraque ea quae inflammationem repellant: ideſt ex aceto uel lana sucida uel spongia. Caetera eadem quae ubi pus moueri debet / adhibenda sunt. At cum infra incidi oportet: resupinato homine subiicienda sub scroto sinistra manus, est deinde id uehementer apprehendendum et incidendum. Si pa ruulum est quod nocet: modice: ut tertia pars integra ad susti nendum testiculum infra relinquatur. Si maius est: etiam am plius / ut paulum tantummodo ad imum / cui testiculus inside re possit: integrum maneat. Sed primo rectus scalpellus quam leuissima manu teneri debet: donec scrotum ipsum diducat. Tum inclinandus mucro est: ut transuersa membrana secet / quæ inter summam mediamq; tunicam sunt. At si uitium inp ximo est. mediā tunicam attingi non oportet. Si sub illa quo que conditur: etiam illa incidenda est: sic / ut tertia quoq; : si illa uitium tegit. Vbicunq; repertum malum est: ministrum ab inferiore parte exprimere moderate scrotum oportet: medicū digito: manubriolo: uel scalpello diductam inferiorem partē tunica extra collocare. deinde eam ferramentoquo adsimilitu dine curuum uocant: incidere: sic ut intrare duo digiti index & medius possint. His deinde coniectis excipienda reliqua ps tunicæ: & inter digitos scalpellus immittendus est. eximen dumq; aut effundendum quicquid est noxium. quancunq; autē tunicam quis uiolauit: illam quoq; debet excidere. ac mediam quidem, ut supra dixi: quam altissime abinguine imam autem paulo infra. Cæterum ante q̄ excidantur hæ quoq; uinciri lino sume debēt. & eius lini capita / extra plagā relinquenda sunt:

ſicut inaliis quoq; uenis: quae id requiſierint: Eo facto teſticu lus intus reponendus eſt: oraeq; ſcroti futuris incer ſe cõmit tendae: neq; paucis/ne parum glutinentur & longior fiat cura tio: neq; multis/ne inflammationem augeant. Atq; hic quo que uidendum eſt: nequid in ſcroto ſanguinis maneat. Tum imponenda glutinãtia ſunt. Siquando autẽ in ſcrotum ſanguis defluxit: aliquidue concretum exeo decidit: incidi ſubter id debet: purgatoque eo ſpongia acri aceto madens circundari. Deligatur autem uulnus omne: quod ex his cauſis factum eſt Si dolor nullus eſt: quinque primis diebus non eſt reſoluen dum: ſed bis die tantum aceto irroranda lana uel ſpongia. Si dolor eſt: tertia die reſoluendum: & ubi fibulae ſunt/hae inci dendae: ubi linamentum/id immutandum eſt: roſaque & uino madefaciendum id/quod imponitur. Si inflammatio increſ cit: adiiciendum prioribus cataplaſma ex lenticula & melle: uel ex malicorio: quod inauſtero uino coctum ſit/uel ex his mixtis. Si ſub his inflammatio non coquierit poſt diem quī tum multa calida aqua uulnus fouendum: donec ſcrotum ipſū & extenuetur et rugoſius fiat. Tum imponendum cataplaſma ex triticea farina: cui reſina pinea adiecta ſit. Quæ ipſa ſi ro buſtus curatur. exaceto. ſi tener: exmelle coquenda ſunt. Ne que dubium eſt quodcunque initium fuit. ſi magna inflamma tio eſt: quin ea/quae pus mouent/imponenda ſint. Quod ſi pus ipſo ſcroto ortum eſt: paulum id incidi debet: ut exitus detur. Linamentumque eatenus imponendum eſt: ut foramen tegat. Inflammatione finita: propter neruos priore cataplaſ mate: dein caerato utendum eſt Hæc proprie adeiuſmodi uul nera pertinent. Caetera & incuratione & in uictu ſimilia iis eſ ſe debent: quae inalio quoque uulnerum genere praecepimus.

Deinteſtini curatione. Caput. XX.

h Is propoſitis ad ſingulas ſpecies ueniendum eſt: ac ſicui paruulo puero inteſtinum deſcendit: ante ſcalpellum ex perienda iunctura eſt. Faſcia eius rei cauſa fit: cui imo

loco pila assuta est ex panniculis facta: quæ ad repellendum intestinũ ipsi illi subiicitur: deinde reliqua fasciæ pars arcte circundatur. sub quo sæpe & intus compellitur intestinum: & inter se tunicæ glutinantur. Rursus si ætas processit: multum q̃ intestini descendisse extumore magno patet: adiiciunturq̃ dolor & uomitus quæ exstet core & ex cruditate eo delapso fere accidunt: scalpellum adhiberi sine pernitie non posse manifestum est. Leuandum tantummodo malum & per alias curationes extrahendum est. Sanguis mitti ex brachio debet. deinde/si uires patiuntur/imperanda tridui abstinentia est. si minus certe pro ui corporis q̃ longissima. Eodem uero tempore super habendum cataplasma ex lini semine: quod ante aliqs exmulso decoxerit. Post hæc & farina hordeacea cum resina iniicienda: et is demittendus insolum aquæ calidæ: cui oleum quoq̃ adiectum sit: dandumq̃ aliquid cibi lenis calidi. Quidam etiam aluum ducunt. Id deducere aliquid inscrotum potest: educere exeo non potest. Per ea uero quæ supra scripta sunt: leuato malo siquando alias dolor reuerterit. eadem erũt facienda. Sine dolore quoq̃ si multa intestina prolapsa sunt: secari super uacuum est. non quo non excludi ascroto possint nisi tamen id inflammatio prohibuit. sed quo repulsa inguinibus inmorentur: ibiq̃ tumorem excitent. atq̃ ita fiat mali non finis sed mutatio. At ineo quem scalpello curari oportebit: simul atq̃ admediam tunicam uulnus in inguine factum peruenerit: duobus hamulis ea iuxta ipsas oras apprehendi debebit dum eductis omnibus membranulis medicus eam liberat. Neq̃ enim cum periculo lædituꝛ/quæ excidenda est: cum intestinum esse nisi sub ea non possit. Vbi deducta autem erit abinguine usq̃ adtesticulum incidi debebit: sic/ne is ipse lædatur. tum excidi. Fere tamen hanc curationem puerilis ætas & modicum malum recipit. Si uir robustus est: maiusq̃ id uitium est: extrahi testiculum non debet: sed in sua sede permanere. Id hoc modo fit: Inguen eadem ratione usq̃ admediam tunicam scalpello aperitur. eaq̃ tunica eodem modo duobus hamis ex

cipitur: sic ut aministro testiculus eatenus contineatur / neper uulnus exeat. tum ea tunica deorsum uersus scalpello incidi tur: subeaque index digitus sinistræ manus adimum testicu lum demittitur: eumq; adplagam compellit. Deinde dextræ manus duo digiti pollex atque index uenam & arteriam & ner uum tunicamque eorum asuperiore tunica diducunt. Quod si aliquæ membranulæ prohibent / scalpello resoluuntur: donec ante oculos tota iam tunica sit. Excisis quæ excidenda sunt: repositoque testiculo abora quoque eius uulneris: quod in in guine est. demenda habenula paulo latior est: quo maior pla ga sit & plus creare carnis possit.

De omenti curatione. Caput XXI

a T si omentum descendit. eodem quidem modo: quo su pra scripum est: aperiendum inguen: diducendæque tuni cæ sunt. Considerandum autem est: maior ne is modus / an ex iguus sit. Nam quod paruulum est: super inguen in aluum uel digito uel auerso specillo repellendum est. Si plus est: sinere oportet dependere quantum exutero prolapsum est: idque ad urentibus medicamentis illinire: donec emoriatur et excidat. Quidam hic quoque duo lina acu traiiciunt: binisque singu lorum capitibus diuersas partes astringunt. Subquo æque: sed tardius emoriatur. Adiicitur tamen hic quoque celeritati. si o mentum super uinculũ illinitur medicamentis quæ sic exedũt ne erodant: sepsa græci uocant. Fuerunt etiam qui omentum forfice praecciderent: quod in paruulo non est necessarium: Si maius est / potest profusionem sanguinis facere. Siquidem o mentum quoque uenis quibusdam etiam maioribus illigatum est. Neque uero si discusso uentre id prolapsum forfice præci ditur: cum & emortuum sit & aliter tutius auelli non possit: in de huc exemplum transferendum est. Vulnus autem curari. si relictum omentum est: sutura debet. Si id amplius fuit: & ex tra emortuum est: excisis oris / sicut supra propositum est. Si

Sepsa.

uero humor intus est/incidendum est/inpueris quidem inguē nisi inbis quoque liquoris eius maior modus prohibet/inuiris uero & ubicunque multus humor subest/scrotum. Deinde si inguen incisum est/eo protractis tunicis humor effundi debet. Si scrotum: et sub hoc protinus uitium est/nihil aliud q̄ humor est effundendus: abscidendæque membrane sunt: siquae eum continuerunt: deinde eluendum id exaqua: quae uel salem adiectum uel nitrum habeat. Si sub media/ima ue tunica. tortae hae extra scrotum collocandæ/excidendaeq; sunt

De ramicis curatione. Caput. XXII.

r Amex autem si super ipsum scrotum est: adurendus est tenuibus & acutis ferramentis: quæ ipsis uenis infigantur: cum eo ne amplius quam has urant: maximeq; ubi inter se implicate glomerantur: eo ferrum id admouendum est. tum suprarina exaqua frigida subacta iniicienda est. utendumqueeo uinculo/quod idoneum esse ani curationibus posui. Tertio die lenticula cum melle imponenda est. post erectis crustis ulcera melle purganda: rosa implenda: ad cicatricem aridis linamentis perducenda sunt. Quibus uero super mediam tunicā uenae tument incidendam inguen est: atque tunica promouenda: abeaq; uenæ digito uel manubriolo scalpelli separandæ. Qua parte uero inhaerebunt: & absuperiore & abinferiore parte lino uinciendae: tum sub ipsis uinculis praecidendae: reponendusque testiculus est. At ubi supra tertiam tunicam ramex insedit: mediam excidi necesse est: Deinde si duae/tres ue uenae tument: & ita pars aliqua obsidetur: ut maiore uitio uacet: idem faciendum quod supra scriptum est: ut ab inguine & a testiculo delegatæ uenæ praecidantur: isque condatur. Si totum id ramex obsederit: per plagam demittendus digitis index erit: subiiciendusq; uenis: sic ut paulatim protrahat æque adducendo/donec is testiculus par alteri fiat. Tum fibulæ oris sic incidendae ut simul eas quoq; uenas comprehendant. Id

hoc modo fit. Acus abexteriore parte oram uulneris perforat Tum non per ipsam uenam: sed per membranam eius immitti tur/per eamq; in alteram oram compellitur. Venae uulneraci non debent: ne sanguinem fundant. Membrana semper inter has uenas est: ac neque periculum affert: & filo comprehensas illas abunde tenet. Itaque etiam satis est duas fibulas esse. tū uenae quaecunque protractae sunt in ipsum inguen aduerso specillo comprehendi debent. soluendi fibulas tempus inflam matione finita & purgato uulnere est: ut una simul & oras & uenas cicatrix deuinciat. Vbi uero inter imam tunicam & ip sum testiculum neruumque eius ramex ortus est: una curatio est quae totum testiculum abscidit. Nam neque ad generatio nem quicquam is confert & omnibus indecore: quibusdam eti am cum dolore dependet. Sed cum quoque ingue incidendum media tunica promenda atque excidenda est. idem inima faci endum: neruusque exquo testiculus dependet praecidendus. Post id uenae & arteriae ad inguen lino deligandae & infra uinculum abscidendae sunt.

De carne quae inter tunicas testiculorum concreuit & de ner uo indurato. Caput. XXIII.

CAro quoq; siq̄do inter tunicas cōcreuit nihil dubii ē: quin eximenda sit. sed id ipso scroto inciso fieri commodius est. At si neruus induruit: curari res neque manu neque medi camento potest. Vrguent enim febres ardentes: & aut uirides aut nigri uomitus: praeter haec ingens sitis & linguae aspritudo fereque adie tertio spumans bilis aluo cum rosione redditur. Atque neque assumi facile cibus neque contineri potest. neq; multo post extremae partes frigescunt. tremor oritur. manus sine ratione extenduntur, deinde infronte frigidus sudor: eum que mors sequitur.

De ramice inguinis. Caput. XXIIII.

u Bi uero in ipso inguine ramex est: si tumor modicus est: semel incidi. si maior: duabus lineis debet: ut medium excidatur. deinde non extracto testiculo. sicut intestinis quoq; prolapsis interdum fieri docui: colligendæ uenae uinciendae quae ubi tunicis inhaerebunt & sub his modis praecidendae sunt. Neque quicquam noui curatio uulneris eius requirit

Ad tegendam glandem colis si nuda est. Caput. XXV

a Bhis ad ea transeundum est: quae in cole ipso fiunt: in quo si glans nuda est: uultque aliquis eam decoris causa tegere: fieri potest: sed expeditius inpuero q̄ in uiro: In eo/ cui id naturale est: quam ineo / cui quarundam gentium more circunciſus est: In eo/cui glans parua: iuxtaque eam cutis: spatiosior uero ipse coles est: quam inquo contraria his sunt. Curatio autem eorum / quibus id naturale est: eiusmodi est. Cutis circa glandem apprehenditur & extenditur: donec illam ipsam condat: ibique deligatur. Deinde iuxta pubam in orbem tergus inciditur. donec coles nudetur: magnaque cura cauetur ne uel utinæ iter: uel uenae / quae ibi sunt: incidantur. Eo facto cutis aduinculum inclinatur: nudaturq; circa pubem uelut circulus. eoque linamenta dantur: ut caro iacrescat & id impleat: satisque uelamenti supra latitudo plagæ præstat. Sed/donec cicatrix sit/uinctum esse id debet: in medio tantum relicto exiguo urinæ itinere. At ineo qui circunciſus est: subcirculo glandis scalpello diducenda cutis abinteriore cole est. Non ita dolet: quia summo soluto/deduci deorsum usque adpubem manu potest. Neque ideo sanguis profluit. Resoluta autem cutis rursus extenditur ultra glandem. Tum multa frigida aqua fouetur: emplastrumq; circa datur: quod ualentem inflammatōem reprimat. Proximisq; diebus ut prope afame uictus est: ne forte eam partem satietas excitet. Vbi iam sine inflammatione est: deligari debet a pube usq; circulum. Super glandem autem

aduerso emplastro impositio induci. Sic enim fit: ut inferior pars glutinetur: superior ita sanescat: ne inhæreat.

Quomodo glans penis contecta aperiri possit.

c Contra si glans ita contecta est: ut nudari non possit: Quod uitium græci phymosin appellant: aperienda est. Quod hoc modo fit. Subter a summa ora cutis inciditur recta linea usq; ad frenum. atq; ita superius tergus relaxatum cedere retro potest. Quod si parum sic profectum est: aut propter angustias: aut propter duritiem tergoris: protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est: sic ut uertex eius ad frenum basis intergo extremo sit. Tum super danda liamenta sunt: aliaq; medicamenta: quæ ad sanitatem perducant. Necessarium autem est / donec cicatrix sit: conquiescere Nam ambulatio atterendo: ulcus sordidum reddit.

phymosis

Fronte.

Infibulandi ratio

i Nfibulare quoq; adolescentulos interdum ualitudinis causa quidam consuerunt. Eiusq; hæc ratio est. Cutis quæ super glandem est: extenditur. notaturq; utrinq; alteribus atramento qua perforatur: deinde remittitur. Si super glandem notæ reuertuntur: nimis apprehensum est: & ultra notari debet. Si glans ab his libera est: is locus idoneus fibulæ est. Tum qua notae sunt / cutis acu filum ducente transuitur: eiusq; filii capita inter se deligantur: quotidieq; id mouetur donec circa foramina cicatriculæ fiant. Vbi hæ confirmatæ sunt: exempto filo fibula additur. quæ quo melior / eo leuior est. Sed hoc quidem sæpius inter superuacua / quam inter necessaria est

De urinæ reddendæ difficultate & decalculo: curationibusq; eorum. Caput. XXVI.

r Es uero interdum cogit emoliri manu urinam: cum illa nõ

redditur: aut quia senectute iter eius collapsum est: aut quia calculus/uel concretum aliquid ex sanguine intus se opposuit Ac mediocris quoq; inflammatio saepe eam reddi naturaliter prohibet. Idque non uiuis tantummodo: sed infoeminis quo que iterdum necessarium est. Ergoaheneae fistulae fiunt: quae ut omni corpori ampliori minoriq; sufficiant. Admares tres: ad foeminas duae medico habendae sūt. Ex uirilibus maxima decem & quinque est digitorum. media duodecim. minima no uem. Exmuliebribus/maior nouē: minor sex. Incuruas uero es se eas paulum: sed magis uiriles oportet: lęuesque admodum ac neque nimis plenas: neque nimis tenues. Homo tum resupi nus/eo modo: quo incuratione ani figuratur: super subsellium aut lectum collocandus est. Medicus autem a dextro latere si nistra quidem manu colem masculi continere: dextra uero fis tulam demittere inuiter urinae debet. Atque ubi adcerui cem ue sicae uentum est: simul cum cole fistulam inclinatam inipsam uesicam compellere: eamque urina reddita recipere. Foemi na breuius urinae similiter & rectius iter habet. quod mammu lae simile inter imas oras super naturale positum non minus saepe auxilio eget. aliquanto minus difficultatis exigit. Non nunquam etiam prolapsus inipsam fistulam calculus: qui sub inde ea extenuatur: non longe abexitu inhaeresit. Eum si fie ri potest: oportet uellere: uel oriculario specillo uel eo ferra mento: quo insectione calculus protrahitur. Si id fieri non po tuit: cutis extrema quam plurimum attrahenda & condita glā de lino uincienda est. deinde alatere recta plaga colesinciden dus & calculus eximendus est: Tum cutis remittēda. Sic enim fit: ut incisum colem integra pars cutis contegat: & urina na turaliter profluat.

Fistule

Quae curatio calculosis adhibeatur

Vm uesicae uero/calculique facta mentio sit: locus ipse exigere uidetur. ut subiciam: quae curatio calculosis: cum aliter succurri non potest: adhibeatur. Ad quam festina

re: cum præceps sit. nullo modo conuenit. Ac neq; omni tempore: neq; in omni ætate: neque inomni uitio id experiendum est: sed solo uere: in eo corpore: quod iam nouem annos: nondum quartuordecim excessit. & si tantum mali subest. ut neq; medicamentis uinci possit: neq; etiam trahi posse uideatur quo minus interposito aliquo spatio interimat. Non quo non interdum etiam temeraria medicina proficiat: sed quo sæpius utiq; inhoc fallat. inquo plura & genera & tempora periculi sunt. Quae simul cum ipsa curatione proponam. Igitur ubi ultima experiri statutum est: ante aliquot diebus uictu corpus preparãdum est. ut modicos: ut salubres cibos: ut minimeglutinosos assumat: ut aquam bibat. Ambulandi uero inter hæc exercitatione utatur: quo magis calculus ad ueſicæ cervicem descendat. Quod an inciderit: digitis quoq; sicut incuratione docebo: demissis cognoscitur: Vbi eius rei fides est: pridie is puer ieiunio continendus est. & tum loco calido curatio adhibenda. quæ hoc modo ordinatur. Homo prævalens & peritus insedili alto considit: supinumq; eum & aduersum super genua sua coxis eius collocatis comprehendit: reductisque eius cruribus ipsum quoq; iubet manibus ad suos, poplites datis: eos quam maxime possit attrahere: simulq; ipse sic eos continet. Quod si robustius corpus eius est qui curatur: duobus sedilibus iunctis duo ualentes insidunt: quo & sedilia & interiora cura inter se deligantur: ne diduci possint. Tum is super duorum genua eodem modo collocatur: atq; alter pro ut consedit sinistrum crus eius: alter dextrum: simulq; ipse poplites suos attrahit. Siue autem unus siue duo continent: superhumeros eius suis pectoribus incumbunt. Ex quibus euenit ut inter ilia sinus super pubem sine ullis rugis sit extentus: & in angustum compulsa uesica facilius calculus capi possit. Præterhæc etiam num á lateribus duo ualentes obiiciuntur: qui circumstantes leuare uel unum uel duos qui puerum continent non sinunt. Medicus deinde diligenter unguibus circunciſis atque sinistra mann duos eius digitos indicem & medium leniter prius unum deinde alterum in anum eius demittit:

dextræq; digitos super imum abdomen leniter imponit: ne si o trinque digiti circa calculum uehementer concurrerint: uesicam laedant. Neque uero festinanter in hac re ut in pleriscq; agendū est. sed ita ut quam maxime id tuto fiat. nam laesa uessica ne uorum distentiones cum periculo mortis excitat. Ac primum circa cervicem quaeritur calculus. Ibi repertus minore negocio expellitur. Et ideo dixi ne curandum quidem: nisi cum in hoc inditiis suis cognitum est. si uero aut ibi non fuit: aut recessit retro: digiti ad ultimam uesicam dantur: paulatimque dextra quoque manus eius ultra translata subsequitur. Atque ubi reptus est calculus: qui necesse est in manus incidat: eo curiosius deducitur. quo minor laeuiorque est: ne effugiat: id est ne saepius agitanda uesica sit. Ergo ultra calculum dextra semper manus eius opponitur: sinistræ digiti deorsum eum compellnt donec ad cervicem perueniatur. In quam si oblongus est. sic cō pellendus est ut pronus exeat. si planus: sic ut transuersus sit. si quadratus: ut duobus angulis sedeat. si altera parte plenior sic ut prius ea qua tenuior sit: euadat. In rotundo nihil interesse ex ipsa figura patet: nisi si laeuior altera parte est: ut ea ante cedat. Cum iam eo uenit: ut incidi super uesicæ cervicem iuxta anum cutis/plaga lunata usq; ad cervicem uesicae debeat cornibus adcoxas spectantibus paulum: deinde ea parte qua strictior ima plaga est etiam num sub cute altera transuersa plaga facienda est. qua cervix aperiatur donec urinae iter pateat: sic ut plaga paulo maior quam calculus sit. nam qui metu fistulae: quam illo loco corbyada graeci uocant: parum patefaciunt: cum maiore eodem periculo reuoluuntur. quia calculus iter: cum ui promitur. facit: nisi accipit. Idque etiam pernitiosius est: si figura quoq; calculi uel aspritudo aliquid eo contulit. Ex quo & sanguis profusio & distentio neruorum fieri potest. Quæ siquis euasit: multo tamen patentiorem fistulam habiturus est rupta cervice quam habuisset incisa: Cum uero patefacta est. inconspectum calculus uenit: incurus corpe nullum discrimen est. Ipse si exiguus est: digitis abaltera pte propelli

Corbyada.

abaltera protrahi poteſt. Si maior: iniiciendus a ſuperiore eſt parte uncus eſt eius rei cauſa factus. Is eſt ad extremum tenuis: in ſemicirculi ſpecie retuſæ latitudinis: ab exteriori parte læuis: qua corpori iungitur: abinteriori aſper/qua calculum attingit. Iſque longior potius eſſe debet. Nam breuis extrahendi uim habet Vbi iniectus eſt: inutrunque latus inclinandus eſt ut appareat calculus & teneatur: quia ſi apprehenſus eſt: ille ſimul inclinatur. Ideoque eo minimo opus eſt: ne cum adduci uncus coeperit: calculus intus effugiat: hic in oram uulneris incidat: eamque conuulneret. Inqua re quod periculum eſſet iam ſupra poſui. Vbi ſatis teneri calculum patet: eodem pene momento triplex motus adhibendus eſt: inutrunque latus: deinde extra: ſic tamen ut leniter id fiat: paulumque primo calculus attrahatur. quo facto attollendus uncus extremus eſt: uti intus magis maneat: faciliuſque illum pducat: Quod ſi aliquãdo a ſuperiore parte calculus parum commode comprehendetur: a latere erit apprehendendus. Haec eſt ſimpliciſſima curatio. Sed uarietas rerum quaſdam etiam num animaduerſiones deſiderat. ſunt enim quidam non aſperi tantummodo ſed ſpinoſi quoque calculi: qui per ſe quidem delapſi inceruicem ſine ullo periculo eximuntur In ueſica uero non tuto uel hi conquiruntur uel attrahuntur. quoniam ubi illam conuulnerarunt: ex diſtentione neruorum mortem maturant: multoque magis ſi ſpina aliqua ueſicae inhaeret. eamque cum duceretur: duplicauit. Colligitur autem eo quod difficilius urina redditur: incertice calculum eſſe, eo quod cruenta deſtillat: illum eſſe ſpinoſum. maxime que id ſub digitis quoque experiundum eſt: neque adhibenda manus: niſi id conſtitit. Actum quoque leniter intus digiti obiiciendi: ne uiolenter promouendo conuulnerent. tum incidendum. Multi hic quoque, ſcalpello uſi ſunt. Meges quoniam is infirmior eſt: poteſtque in aliqua prominẽtia incidere: inciſoque ſuper illam corpore/qua cauum ſubeſt nõ ſecare, ſed reliquere: quod iterũ incidi neceſſe ſit: ferramẽtũ fecit rectũ inſumã pte labroſũ: inima ſemicirculatũ acutũq;

Id receptum inter duos digitos indicem ac medium supet pol lice imposito sic deprimebat. ut simul cum carne siquid ex cal culo prominebat. incideret. Quo cum sequebatur: ut semel quã tum satis esset. aperiret. Quocunq; autem. modo ceruix ea pte facta est: leniter extrahi quod asperum est: debet. nulla prop ter festinationem ui admota.

Signa calculorum uel harenosorum uel mollium.

a T calculus harenosus: & ante manifestus est. quoniam & urina quæ redditur harenosa est: & in ipsa curatione: quoniam inter subiectos digitos neq; æque leniter renititur: & insuper dilatatur. Item mollis calculus & ex pluribus minu tisq; sed inter se parum astrictis compositus in dicatur: in se attrahens quasdam quasi squamulas Hos omnis leniter per mutatis subinde digitorum uicibus sic oportet abducere: ne ue sicam lædant. ne ue intus aliquæ dissipatæ reliquiæ maneant. quæ postmodum curationi difficultatem faciant. Quicquid a utem exhis in conspectum uenit uel digitis uel unco eximen dum est. At si plures calculi sunt: singuli protrahi debent: sic tamen ut siquis exiguus supererit / potius relinquatur. Siqui dem inuesica difficulter inuenitur. inuentusq; celeriter effugit Ita longa inquisitione uesica lædituri excitatq; inflammatio nes mortiferas adeo ut quidam secti cum diu frustraq; per di gitos uesica esset agitata decesserint. Quibus accedit etiam quod exiguus calculus adplagam urina postea promouente ex cidit. Siquando autem is maior non uidetur nisi rupta ceruice extrahi posse findendus est. Cuius repertor Ammonius ob id lithotomos cognominatus est. Id hoc modo fit. Vncus in iicitur calculo: sic ut facile eum concussum quoq; teneat: ne is retro reuoluatur. Tum ferramentum adhibetur crassitudinis modicæ / prima parte tenui: sed retusa: quod admodum calcu lum exaltera parte ictum findit. magna cura habita / ne aut ad ipsam uesicam per ferramentum perueniat: aut calculi fractu ra nequid incidat

Ammoni⁹ Lithotomos.

De calculis foeminarum.

b Ac uero curationes in foeminis quoque similes sunt: de q̄
bus tamen parum proprie quædam dicenda sunt: Siqui
dem in his ubi paruulus calculus est: scalpellus superuacuus est
quia is urinam inceruicem non compellit, quae & breuior q̄ in
maribus & laxior est. Ergo & per se sæpe excidit: & si in pri
mo quod est angustius inhaeret: eodem tamen unco sine ulla
noxa educitur. At in maioribus calculis necessaria eadē curatō
est. Sed uirgini subitci digiti tanquam masculo mulieri perna
turalia eius debent. Tum uirgini quidem sub ima sinisteriore
cra. Mulieri uero inter urinae iter & os pubis incidendum est
sic ut utroque loco plaga transuersa sit. neque terreri conue
nit si plus ex muliebri corpore sanguinis profuit.

Quae curatio calculo euulso habenda sit.

c Calculo euulso si ualens corpus est: neque magnopere uē
xatum: sinere oportet sanguinem fluere: quo minor infla
mmatio oriatur. Atque ingredi quoque eum paulum non alie
num est. ut excidat siquid intus concreti sanguinis mansit.
Quod si per se non desitit: rursus ne uis omnis intereat sup
primi debet. Idq; protinus in imbecillioribus ab ipsa curatio
ne faciendum est. Siquidem ut distentione neruorum pericli
tatur aliquis dū uesica eius agitatur: sic alter merus excipitur
remotis medicaminibus ne tantum sanguinis profluat, ut occi
dat. Quod ne incidat: desidere is debet in acre acetum: cui ali
quantum salis sit adiectum. Sub quo & sanguis fere conquies
cit & astringitur uesica. ideoque minus inflammatur. Quod si
parum proficit: agglutinanda cucurbitula est et inguinibus
& coxis & super pubem. Vbi iam satis ueleuocatus est sanguis
uel prohibitus: resupinus collocandus est: sic ut caput humile
sit: coxæ paulum excitētur, ac super ulcus imponendum est du
plex aut triplex linteolum aceto madens: Deinde intrepositis
duabus horis insoliū is aquæ calidæ resupinus demittēdus ē: sic
ut genibus adūbilicū aqua teneat: cætera uestimentis circunda

manibuſ tantummodo pedibuſque nudatis: ut & minus digera tur: et ibi diutius maneat. Exquo ſudor multus oriri ſolet. quo ſpongia ſubinde facile detergendum eſt. finiſque eius fomen ti eſt donec infirmando offendat. Tum multo is oleo perun guendus: inducenduſque bapſus lanae mollis tepido oleo reple tus: qui pubem & coxas & inguina & plagam ipſam contectā eodem ante ſe linteolo protegat. iſque ſubinde oleo tepido madefaciendus eſt: ut neq; frigus ad ueſicam admittat: & ner uos leniter molliat. Quidam cataplaſmatis calefacientibus u tuntur. Ea plus pondere nocent: quæ ueſicam urgendo uulnus irritant: q̄ calore proficiunt. Ergo ne uinculum quidem ullum neceſſarium eſt. Proximo die ſi ſpiritus difficilius redditur: ſi urina non excedit/ſi locus circa pubem mature intumuit: ſci re licet inueſica ſanguinem concretum remanſiſſe. Igitur de miſſis eodem modo digitis leuiter pertractanda ueſica eſt & diſcutienda ſiqua coierunt. Quo fit ut per uulnus poſtea pro cedant. Non alienum etiam eſt oriculario clyſtere acetum ni tro mixtum per plagam inueſicam compellere. Nam ſic quo q̄ diſcutiuntur ſiqua cruenta coierunt. Eaq; facere etiā primo die conuenit. Si timemus nequid intus ſit. maximeq; ubi ambu lando id elicere imbecillitas prohibuit: cætera eadem facienda ſunt: ut demittatur inſolium/ut eodem modo panniculus eadē lana ſuper iniiciatur. Sed neq; ſæpe/neq; tandiu inaqua calida puer habendus/quam adoleſcens eſt: infirmus/quam ualens: le ui quam grauiore inflammatione affectus: is cuius corpus dige ritur/quam is cuius aſtrictum eſt: Inter hæc uero ſi ſomnus eſt & æqualis ſpiritus & madens lingua & ſitis modica & uenter i mus: ſed et mediocris eſt cum febre modica dolor: ſcire licet recte procedere curationem. Atq; inhis inflammatio fere quin to uel ſeptimo die finitur. Qua leuata ſolium ſuperuacuum eſt Supini tantummodo uulnus aqua calida fouendum eſt: ut ſi quid urinæ rodet: abluatur. Imponenda autem medicamenta ſunt pus mouentia: et ſi purgandum ulcus uidebitur: melle li

nendum. Id si rodet, rosa temperabitur. Huic curationi aptissimum uidetur enneapharmacum emplastrum. Nam & seuum habet ad pus mouendum. & mel adulcus repurgandum: medulla etiam maximeq; uitulina. quod inid ne fistula relinquatur præcipue proficit. Linamentà uero tum super ulcus non sunt necessaria: super medicamentum ad id continendum recte imponuntur. At ubi ulcus purgatum est: puro linamento adcicatricem perducendum est. Quibus temporibus tamen si felix curatio non fuit: uaria circa pericula oriuntur. Quæ præsagire protinus licet: si continua uigilia est: si spiritus difficultas si lingua arida est: si sitis uehemens: si uenter imus tumet: si uulnus hiat. si transiluens urina id non rodit: si similiter ante tertium diem quædam liuida excidunt: si is aut nihil aut tarde respondet: si uehementes dolores sunt: si post diem quintũ magnæ febres urgent: & fastidium cibi permanet. si cubare in uentrem iocundius est. Nihil tamen peius est distentione neruorum: & ante nonum diem uomitu bilis. Sed cum inflammationis sit metus: succurri abstinentia modicis et tempestiuis cibis, inter hæc fomentis: de quibus supra scripsimus, oportet

De cancro qui excisa uesica nascitur: et qua curatione uti deceat Caput. XXVII.

PRoximus cancri metus est. Is cognoscitur: si et per uulnus et per ipsum colem fluit sanies mali odoris: cumq; eo quædã ac̃reto sanguine nõ abhorrentia: tenuesq; caruncu læ lanulis similes. præter hæc si oræ uulneris aridæ sunt. si dolent inguina. si febris non defuit: eaq; innoctem augetur. si inordinati horrores accedunt. Considerandum autem est: inquam parte cancer is tendat. Si adcolen: indurescit is locus & rubet & tactu dolorem excitat: testiculiq; intumescunt. Si in ipsam uesicam: ani dolor sequitur: coxæ durescunt: non facile crura extendi possunt. At si in alterutrum latus: oculis id

dd 4

expoſitum eſt: pareſq; utrinq; eaſdem notas ſed minores habet. Primum autem ad rem pertinet corpus recte iacere: ut ſuperior pars ſemper eadem ſit inquam uitium fertur. ita ſi ad colem it: ſupinus is collocari debet. Si ad ueſicam: inuentrem Si inlatus: inid quod integrius eſt. Deinde ubi uentum fuerit aduerationem: homo inaquam demittetur. in qua marrubium decoctum ſit aut cupreſſus aut myrtus. idemq; humor clyſtere intus adiicietur. Tum ſuper ponetur lenticula cum malicorio mixta. quæ utraq; exuino decocta ſint: uel rubus aut oleae folia eodem modo decocta. aliaq; medicamenta: quæ adcohibendos purgandoſq; cancros propoſuimus. ex quibus ſiqua erunt arida per ſcriptorium calamum inſpirabuntur. Vbi ſtare coeperit cancer: mulſo uulnus eluetur. Vitabiturq; eo tempore cæratum quod adrecipiendum id malum corpus emollit potius plumbum elotum cum uino inunguetur. Super quæ idē linteolo illitum imponetur. Sub quibus peruenīri adſanitatem poteſt. cum eo tamen quod non ignoremus orto cancro ſæpe affici ſtomachumcui cum ueſica quoddam conſortium eſt. exq; eo fieri ut neque retineatur cibus: neque ſiquis retentus eſt: concoquatur: neque corpus alatur. ideoq; ne uulnus quidem aut purgari aut ali poſſit. quæ neceſſario mortem maturant. ſed ut his ſuccurri nullo modo poteſt: ſic a primo tamen diu tenenda ratio curationis eſt. In qua quædam obſeruatio ad cibum quoque potionemque pertinens neceſſaria eſt. nam cibus inter principia non niſi humidus dari debet. Vbi ulcus purgatum eſt: ex media materia olera & ſalſamenta ſemper aliena ſunt. Potione opus eſt non modica nam ſi parum bibitur: accēditur uulnus: et uigilia urget: et uiscorporis minuitur. Si plus æquo aſſumitur: ſubinde ueſica impletur. eoque irritatur. non niſi aquam autem bibendam eſſe manifeſtius eſt: quam ut ſubinde dicendum ſit. Solet uero ſub eiuſmodi uictu uenire ut aluus non reddatur. Hæc aqua ducenda eſt: in qua uel foenum græcum uel malua decocta ſit. Idem humor roſa mixtus in p

sum uulnus oriculario clystere agendus est: ubi id rodit urina neq; purgari patitur. Fere uero primo per uulnus exit. hæc deinde eo sanescente diuiditur: & pars per colen descendere incipit: donec extero plaga claudatur. quod interdum tertio mense: interdum non ante sextum: non nunquam exacto quoque anno fit. Neq; desperari debet solida glutinatio uulneris: nisi ibi aut uehementer rupta cerui est: aut ex cancro multæ magnæq; caruncul æ: simulq; neruosa aliqua exciderunt. Sed ut uel nulla ibi fistula uel exigua admodum relinquatur: summa cura prouidendum est. Ergo cum iam ad cicatricem uulnus intendit: extentis iacere feminibus & cruribus oportet: nisi ea men molles/ harenosiue calculi fuerūt. subbis enim tardius uesica purgatur. Ideoq; diutius plagam patere necessarium est: & tum demum ubi iamnihil tale extra fertur ad cicatricem perduci. quod si ante quam uesica purgata est, oræ se glutinarūt doloriq; & inflāmatō cedierunt: uulnus digitis uel aduerso speculo diducendum est. ut torquentibus exitus detur: hisque effusis tum diutius pura urina descendat. Tum demum quæ cicatricem inducant imponenda sunt. extendiq; ut supra docui pedes quam maxime uincti. quod si fistulæ metus ex his causis quas proposui subesse uidebitur: quo facilius claudatur eaue l certe coangustetur: inanum quoque danda plumbea fistula est extentisque cruribus femina talique inter se deliganda sunt donec qualis futura est cicatrix sit.

Si naturalia foeminarum concubitum nō admittunt quo modo curari conueniat. Caput. XXVIII.

Hoc quidem commune esse maribus & foeminis potest. Proprie uero quædam ad foeminas pertinent. ut in primis: quod earum naturalia non nunquam inter se glutinatis oris concubitum non admittunt. Idque interdum euenit protinus in utero matris: interdum exulceratione in his partibus facta: & per malā curationem his oris sanescendo iunctis. Si ex

utero est: membrana ori uuluæ opposita est. Si exulcere: caro id repleuit. Oportet autem membranam duabus lineis inter se transuersis incidere adsimilitudinem litteræ .X. magna cura habita: ne urinæ iter uoletur. Deinde undique eam membranã excidere: ac si caro increuit necessarium est recta linea patefacere. Tum abora uel uulsella uelhamo apprehensam tanquam habenulam excidere: & intus implicitum in longitudinem linamentum: lemniscum græci uocant: inaceto tinctum demittere. supraque sucidam lanam aceto madentem deligare. Tertio die soluere ulcus & sicut alia ulcera curare. Cumq; iam ad sanitatem tendet: plumbeam fistulam medicamento cicatricem inducente illinire: eamque intus dare. Supraq; idem medicamentum iniicere: donec adcicatricem plaga perueniat.

Lemniscus.

Qua curatione partus emortuus exutero excutiatur Caput. XXIX.

Bi concipit autem aliqua si iam prope maturus partus intus emortuus est: neq; excidere perse potest: adhibenda curatio est: quæ numerari inter difficillimas potest. Nam & summam prudentiam moderationemque desiderat & maximum periculum affert. Sed ante omnia uuluæ natura mirabilis, cum inmultis aliis: tum inhac re quoque facile cognoscitur. Oportet autem ante omnia resupinam mulierem transuerso lecto sic collocare: ut feminibus eius ipsius ilia comprimantur. Quofit ut & imus uenter inconspectu medici sit & infans ad os uuluæ compellatur: quæ emortuo partu id' comprimit. exinteruallo uero paulum debiscere. Hac occasione usus medicus unctæ manus indicem digitum primum debet inserere atq; ibi contrrere: donec iterum id os aperiatur. rursusque alterũ digitum demittere debebit: & per easdem occasiones alios: donec tota esse intus manuspossit. Adcuius rei facultatem multum confert & magnitudo uuluæ & uis neruorum eius & corporis totius habitus & mentis etiam robur: cum præsertim intus nõ nunquam etiam duae manus dari debeant. Pertinet etiam ad

rem quam calidissimum esse imu n uentrem: & extrema corporis: neq; dum inflammationem coepisse: sed recenti re protinus adhiberi medicinan. nam si corpus iam intumuit: neque demitti manus: neque educi infans/nisi aegerrime potest: sequiturq; sæpe cum uomitu & cum tremore mortifera neruorum distentio. Verum intus emortuo corpori manus iniecta protinus habitum eius sentit. Nam aut incaput: aut inpedes conuersum est: aut intransuersum iacet: fere tamen sic: ut uel manus eius/uel pes inpropinquo sit. Medici uero propositum est: ut eum manu dirigat uel incaput/uel etiam inpedes. Si forte aliter cõpositus est: ac si nihil aliud est: manus uel pes apprehensus/corpus rectius reddit. nam manus: in caput. pes: in pedes eum conuertet. Tum si caput proximum est: demitti debet uncus undiq; læuis acuminis breuis: qui ueloculo: uel auri: uel ori: interdum etiam fronti recte iniicitur: deinde attractus infantem educit. neq; tamen quolibet is tempore extrahi debet. nam si compresso uuluæ ore id tentatum est: non emittente eo infans abrumpitur: & uncI acumen inipsum os uuluæ delabitur: sequiturq; neruorum distentio & ingens periculum mortis. Igitur compressa uulua: conquiescere. hiante: leniter trahere oportet & per has occasiones paulatim eum educere. Trahere autem dextra manus uncum: sinistra intus posita infantem ipsum: simulq; dirigere eum debet. Solet etiam euenire: ut is infans humore distendatur: exque eo profluat foedi odoris sanies. Quod si tale est: indice digito corpus illud forandum est: ut effuso humore extenuetur. Tum id leniter per ipsas manus recipiendum est. nam uncus iniectus facile hebeti corpusculo elabitur. Inquo quid periculi sit/supra positum. Sed in pedes quoq; conuersus infans non difficulter extrahitur. qbus apprehensis ipsas manuscõmode educitur. Si uero trãsuersus ẽ: neque dirigi potuit: uncus alæ iniiciendus/paulatimq; attrahendus est. Sub quo fere ceruix replicatur: retroq; caput ac reliquum corpus spectat. Remedio est ceruix præcisa. ut separatim utraque pars auferatur. Id unco fit: qui priori similis in ore

rierem tantum partem per totam aciem exacuitur. Tum id agendum est: ut ante caput: deinde reliqua parsauferatur: quia fere maiore parte extracta / caput inuacuā uuluam prolabitur: extrahiq; sine summo piculoō potest. si tamen id incidit: supuentrem mulieris duplici panniculo intecto: ualens homo non imperitus a siniſtro latere eius debet assistere: & super imum uentrem eius duas manus imponere: alteraque alteram premere. Quo fit ut illud caput ad os uuluæ compellatur. Idque eadem ratione quæ supra posita est: unco extrabitur. At si pes alter iuxta repertus est: alter retro cum corpore est. quicquid protractum est / paulatim abscidendū est. et si clunes osuuluæ urgere coeperunt: iterum retro repellendæ sunt. conquisitiusq; pes eius adducendus. Aliæq; etiam num difficultates faciunt: ut qui solidus non exit: concisus eximi debeat. Quotiens autem infans protractus est: tradendus ministro est. Is eum supinis manibus sustinere: medicus deinde siniſtra manu leniter trahere umbilicum debet / ita ne abrumpat: dextraq; eum seq usque ad eas: quas secundas uocant. quod uelamentum infantis intus fuit. isq; ultimis apprehensis uenulas membranulasq; omnes eadem ratione manu diducere a uulua: totumq; illud extrahere: & siquid intus præterea concreti sanguinis remanet. Tum compressis inunum feminibus / illa conclaui collocanda est modicū calorem sine ullo prefluu habente. Super imū uentrem eius imponēda lana sucida inaceto & rosa tincta: Reliqua curatio talis esse debet: qualis in flammationibus & iniis uulneribus: quæ inneruosis locis sunt: adhibeatur.

De aniuitiis & eorum curatione. Caput. XXX.

a Ni quoq; uitia ubi medicamentis non uincuntur / manus auxilium desiderant. Ergo siqua scissa ineo uetustate indurierunt: iamq; callum habent: commodissimum est ducere aluum. tum spongiam calidam admouere: ut relaxentur illa & foras prodeant. Vbi inconspectu sunt: scalpello singula ex

cidere & ulcera renouare. deinde imponere linamentum molle & super linteolum illitum melle: locumque eum molli lana implere & ita uincire. altero die / deincepsque cæteris lenibus medicamentis uti. quæ adrecentia eadem uitia necessaria esse alias proposui. & utique per primos dies sorbitionibus eum sustinere: paulatim deinde cibis adiicere aliquid: generis tamen eius. quod eodem loco præceptum est. Siquando autem exinflammatione pus inbis oritur ubi primum id apparuit: incidendum est. ne anus ipse suppuret. Neque tamen ante properandum est. nam si crudum incisum est: inflammationis multum accedit: & puris aliquanto amplius concitatur. His quoque uulneribus / lenibus cibis hisdemque medicamentis opus est.

De condilomatum curatione.

a Tubercula: quæ condilomata appellantur: ubi indurerunt hac ratione curantur. aluus ante omnia ducitur. tum uulsella tuberculum apprehensum iuxta radices excinditur. Quod ubi factum est: eadem sequitur: quæ supra post curationem adhibenda esse proposui. Tantummodo siquid increscit squama æris coercendum est. Ora etiam uenarum / fundentia sanguinem sic tolluntur. Vbi sanguini: qui effluit. sanies adicitur: aluus acrius ducitur: quo magis oræ promoueantur. Eoque fit: ut omnia uela / quasi capitula conspicua sint. Tum si capitulum exiguum est: basimque tenuem habet: astringendum lino paulum supra est / quam ubi cum ano committitur. Imponenda spongia aqua calida est. donec id libeat. Deinde aut ungue / aut scalpello supra nodum id exulcerandum est. Quod nisi factum est: magni dolores subsequuntur. interdū etiam urinæ difficultas. si id maius est: & basis latior: hamulo uno aut altero excipiendum est: paulum que supra basim incidendum: neque relinquendum quicquam exeo capitulo. neque quicquam exano demendum est: Quod consequitur is: q neque nimium / neque parum hamos ducit. Qua incisum est / acus debet immitti: infraque eam lino id capitulum alligari: si duo tria ue sunt: imum quodque primum curandum est.

Si plura: non omnia simul: ne tempore eodem undiq; teneræ cicatrices sint. Si sanguis profluit: excipiendus est spongia: deinde linamentum imponendum. Vnguenda femina & inguina & quicquid iuxta ulcus est. cæratumq; super dandum est. Farina hordeacea calida implenduſq; is locus est. Sic deliganduſ est. Postero die is desidere inaqua calida debet: eodemq; cataplasmate foueri. Ac bis die & ante curationem & post eã ceruices ac femina liquido cærato perunguenda sunt: tepidoq; is loco continendus. Interpositis quinq; aut sex diebus oriculario specillo linamenta educenda. Si capitula simul non exciderunt: digito promouenda. Tum lenibus medicamentis iisdemq; / quae alibi posui: ulcera ad sanitatem perducenda. finito uitio quemadmodum agendum esset iam alias superius exposui.

De uaricum curatione. Caput. XXXI.

A His ad cruta proximus transitus est. Inquibus orti uarices non difficili ratione tollũtur. Hucaucem & earum uenularum: quæ incapite nocent. ec, eorũ uaricum: qui in uentre sunt: curationem distuli: quoniam ubiq; eadem est. Igitur uena omnis: quæ noxia est aut adusta tabescit. aut manu excidit̃. Si recta est: si quanuis transuersa / tamen simplex: si modica est: melius aduritur. Si curua est & uelut inorbes quosdam implicatur. pluresq; interse inuoluuntur: utilius eximere est: Adurendi ratio hæc est. Cutis super inciditur. tum patefacta uena tenui & retuso ferramento candente modice premitur: uitaturq; ne plagæ ipsius oræ adurantur: quas reducere hamulis facile est. Id interpositis fere quaternis digitis per totum uaricem fit: & tum super imponitur medicamentum: quo adusta sanantur. At exciditur hoc modo. Cute eadem ratione super uenam incisa hamulo oræ excipiuntur: scalpelloq; undiq; a corpore uena diducitur: cauenturq; ne inter hæc ipsa lædatur: eique retusus hamulus subiicitur: interpositoque eodem fere spatio: quod supra positum est: ineadem uena idem fit: quae quo tendat facile hamulo extento cognoscitur

Vbi iam idem / quacunq; uarices sunt / factum est: uno loco adducta per hamulum uena praeciditur. deinde qua pximus hamus est. attrahitur & euellitur: ibi rursus abscinditur. Ac sic undique uaricibus crure liberato: tum plagarū orae committūtur: & super emplastrum glutinans iniicitur.

Curatio digitorum cohærentium. Caput. XXXII.

a Si digiti uel inutero protinus: uel propter communem exulcerationem postea cohaeserunt: scalpello diducuntur. dein separatim uterque nō pingui emplastro circundatur Atque ita perse uterque sanescit. Si uero fit ulcus in digito. posteaque male inducta cicatrix curuum eum reddit: primum malagma tentandum est: Dein si id nihil prodest: quod & in ueteri cicatrice / & ubi nerui laesi sunt euenire consueuit. uidere oportet nerui ne id uitium / an cutis sit. Si nerui est: attingi non debet. Neque enim sanabile est Si cutis: tota cicatrix excidenda est. quae ferae callosa efficit / ut extendi digitum non patiatur. tum rectus sic adnouam cicatricem perducendus est.

De cangrenae curatione. Caput. XXXIII.

c Aangrena inter ungues alasque aut inguina nasci. & siquando medicamenta uincuntur membrum praecidi oportere. alio loco mihi dictum est. Sed id quoque cum periculo summo fit. Nam saepe inipso opere uel profusione sanguinis uel animae defectione moriuntur. Verum hic quoque nihil interest: an satis tutum præsidium sit. quod unicum est. Igitur inter sanam uitiatamque partem incidenda scalpello caro usq; ad os est: sic ut neque contra ipsum articulum id fiat. & potius exsana parte aliquid excidatur / quam exaegra relinquatur. Vbi ad os uentum est. reducenda abeo sana caro & circa os subsecanda est: ut ea quoq; parte aliquid os nudetur. dein id serrula praecidendum est q̄ proxime sanae carni etiam inhaerenti. ac tum frons ossis: quam serrula exasperauit. leuanda est. supraque inducenda cutis: quæ subeiusmodi curatione laxa esse debet ut quam maxime undique os contegat. serrula

Quo cutis inducta non fuerit id linamentis erit cõtegendum & ſuper id ſpongia exaceto deliganda. Cætera poſtea ſic facienda. ut in uulneribus: inquibus pus moueri debet: præceptum eſt:

CORNELII CELSI DE MEDICINA

.LIBER OCTAVVS.

Depoſitu & figura totius humani corporis. Caput. I.

caluaria

Vpereſt ea pars: quæ adoſſa pertinet. quae quo facilius accipi poſſit: prius poſitus/figuraſq; eorum indicabo. Igitur caluaria incipit exinteriore parte cõcaua: extrinſecus gibba: utrinq; læuis & qua cerebri membranã contegit: et qua cute capillum gignente contegitur. Eaq; ſimplex ab occipitio & temporibus: duplex uſque inuerticem afronte eſt. Oſſaque eius ab exterioribus partibus dura: abinterioribus: quibus inter ſe connectuntur: molliora ſunt. Interque ea uenæ diſcurrunt: quas his alimentum ſubmiſtrare credibile eſt. Raro autem caluaria ſolida ſine ſuturis eſt. Locis tamen æſtuoſis facilius inuenitur. Et id caput firmiſſimum: atq; adolore tutiſſimum eſt: excæteris: quo ſuturæ pauciores ſunt. eo capitis ualitudo commodior eſt. Neque enim certus earum numerus eſt/ſicut ne locus quidem: Fere tamen duæ ſuper aures/tempora aſuperiore capitis parte diſcernunt Tertia ad aures per uerticem tendens/occipitium a ſummo capite diducit. Quarta abeodem uertice p mediũ caput ad frõtẽ pcedit eaq; mõ ſub imo capillo deſinit: mõ frõtem ipſã ſecãs iter ſupcilia finitur. Exhis cæteræ qdem ſuturae iuguem cõmiſtuntur.

Raro caluaria ſine ſuturis.
Capt ſine ſuturis optimũ.

Hæ uero quae superaurem transuersae sunt. totis oris paulati extenuantur: atque ita inferiora ossa superioribus leniter insidunt. Crassissimum uero in capite os post aurem est: qua capillus. ut uerisimile est: ob id ipsum non gignitur. Subiis quoq; musculis: qui tempora connectunt: os medium in exteriorem partem inclinatum positum est. At facies futuram habet maximam: quæ atempore incipiens per medios oculos nareſque transuersa peruenit ad alterum tempus. Aqua breues duæ sub interioribus angulis deorsum spectant. Et malae quoq; insuma parte singulas transuersas futuras habent. Amediisque naribus aut superiorum dentium gingiuis permedium palatum una procedit: aliaque transuersa idem palatum secat. Et futuræ quidem inplurimis hae sunt. Foramina autem intra caput maxima oculorum sunt. deinde narium: tum quae in auribus habemus. Ex his quae oculorum sunt: recta simpliciaque ad cerebrum tendunt. Narium duo foramina osse medio discernuntur. Siquidem haec primum a supercilis angulisque oculorum osse inchoantur ad tertiam fere partem: deinde incartilagine uersæ quo propius ori descendunt, eo magis caruncula quoque molliuntur. Sed ea foramina quae a summis adimas nareſ simplicia sunt. ibi rursus inbina itinera diuidũtur. Aliaque ex his ad fauces peruia spiritum & reddunt & accipiunt: alia ad cerebrum tendunt. Inultima parte inmulta & tenuia foramina dissipantur: per quae sensus odoris nobis datur. In aure quoque primo rectum & simplexiter procedendo flexuosum fit. quod ipsum iuxta cerebrum in multa & tenuia foramina diducitur: per quae facultas audiendi est: iuxtaque ea duo paruuli quasi sinus sunt: superque eos finitur os: quod transuersum a genis tendens abinferioribus ossibus sustinetur. iugale appellari potest abeadem similitudine aqua id graeci zygodes appellant. Maxilla uero est molle os: eaque una est: cuiuseadem & media & etiam ima ps mentũ e. aquo utrinq; predit ad tempa solaq; ea mouetur Nã maxæ cũ toto osse: quod supiores dẽtes exigie

immobiles sunt.

facies male

oculi

naves

simplexiter

aures os iugale zygodes maxilla male

Verum ipſius maxillæ partes extreme quaſi bicornes ſunt. Alter proceſſus intra latior / uertice ipſo tenuatur: longiuſque procedens ſub oſſe iugali ſubit: & ſuper id temporum muſculis illigatur. Alter breuior & rotundior & in eo ſinu qui iuxta foramina auris eſt cardinis modo fit: ibiq; huc & illuc ſe inclinans / màxillæ facultatem motus præſtat. Duriores oſſe dentes ſunt: quorum pars maxillæ: pars ſuperiori oſſi malarum hæret. Ex his quaterni primi quia ſecant temnici a græcis nominantur. hi deinde quattuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos utrinq; fere maxillares quaterni ſunt / præter q̄ in iis. inquibus tres ultimi: quitero gigni ſolent: non increuerunt: Ex his priores ſingulis radicibus: maxillares utiq; binis: quidam etiam ternis quaterniſue nituntur. Fereq; longior radix breuiorem dentem edit. rectiq; dentis recta etiam radix. curui flexa eſt. excq; eadem radice inpueris nouus dens ſubit: qui multo ſæpius priorem expellit. interdum tamen ſupra infra ue eum ſe oſtendit. Caput autem ſpina excipit. Ea conſtat exuertebris quattuor & uiginti. Septem inceruice ſunt duodecim ad coſtas. reliquæ quinq; ſnnt proximæ coſtis. Hæ teretes breueſq; abutroque latere / proceſſus duos exigunt. Media perforatæ / qua ſpinæ medulla cerebro commiſſa deſcendit. Circa quoq; perduos proceſſus tenuibus cauis peruiæ: per quæ amembrana cerebri ſimiles membranulæ deducuntur. Omneſquu ertebræ exceptis tribus ſummis aſuperiore parte inipſis proceſſibus parum deſidentis ſinus habent. abinferiore alios deorſum uerſus proceſſus tenuibuſ cuius peruiæ: per quæ a membrana cerebri ſimileſ membranulæ deducuntur. Omneſque uertebræ exceptis tribus ſummis aſuperiore parte in ipſiſ proceſſibuſ parum deſidentis ſinus habent. ab inferiore alios deorſum uerſuſ proceſſuſ exigunt. Summa igitur protinuſ caput ſuſtinet / per duoſ ſinuſ receptiſ exiguis eiuſ proceſſibuſ. Quo fit: ut caput ſurſum deorſum uerſum tuberibuſ exaſperetur: ſecunda ſuperiori parti inferiore. Quod ad circuitum per

tinet/parſ ſumma angustiore orbe finitur. Itaq; ſuperior ſum mæ circundata/inlatera quoq; caput moueri ſinit. Tertia eo dem modo ſecundam excipit. Ex qno facilis ceruici mobili tas eſt. Ac ne ſuſtinere quidem caput poſſet: niſi utrinq; recti ualenteſque nerui collum continerent: quos cerotas graeci ap pellant. Siquidem horum inter omnes flexus alter ſemper incē tus ultra prolabi ſuperiora non patitur. Iamque uertebra ter tia tubercula quæ inferiori inſerantur: exigit. Cæterę proceſ ſibus deorſum ſpectantibus ininferioreſ inſinuantur. ac perſi nus quoſ utrinque habent/ſuperiores accipiunt: multiſque ner uis & multa cartilagine continentur. Ac ſi cuno flexu modico inpromptum dato caeteris negociis homo & rectus inſiſtit & aliquid adneceſſaria opera curuatur. Infra ceruicem uero ſum ma coſta contra humeros ſita eſt. inde undecim inferiores uſ que ad imum pectus perueniunt. haeq; primis partibuſ rotun dae & leniter quaſi capitulatae uertebrarum tranſuerſiſ proceſ ſibuſ ibi quoque paulum inſinuatis inhaerent. Inde pateſcunt & inexteriorem partem recurnatae paulatim in cartilaginem degenerant. Eaque parte rurſuſ ininteriora leniter flexae tom mictuntur cum oſſe pectoris. Quod ualens & durum afaucibus incipit: abutroque latere lunatum: & apraecordiis iam ipſum quoque cartilagine mollitum terminatur. Subcoſtis uero prio ribus/quinque quaſ rhoaſ græci nominãt: breueſ renuioreſque atque ipſe quoque paulatim incartilaginem uerſae: extremis abdominiſ partibuſ inhaereſcunt: imaque exhiſ maiore iam p te nihil niſi cartilago eſt. Rurſuſ aceruice duo lata oſſa utrin que ad ſcapulaſ tendunt. noſtri ſcoptula opecta: omoplatas graeci nominant. Ea inſummis uerticibus ſinuata/ab his trian gula: paulatimque lateſcentia ad ſpinam tendunt. & quo lati ora quaque parte ſunt/hoc hebetiora. Acque ipſa quoque in imo cartilaginoſa poſteriore parte uelut innatant: quoniam niſi inſummo nulli oſſi inhaereſcunt. Ibi uero ualidis muſcu lis neruiſque conſtricta ſunt, At aſumma coſta paulo interius

et 4

q̄ ubi ea media est: os excrescit: ibi quidem tenue: procedens uero quo propius lato scapularum ossi fit/eo plenius latiusq; & paulatim inexteriora curuatum. quod propius/altera uerticis parte modice intumescens/ sustinet iugulum. Id autem ipsum recuruum ac neq; inter durissima ossa numerandum: altero capite ineo quod posui: altero inexiguo sinu pectoralis ossis insidit: paulumq; motu brachii mouetur & cum lato osse scapularum infra caput/eius neruis & cartilagini connectitur. humerus

Hinc humerus incipit extremis utrinq; capitibus tumidus mollis sine medulla cartilaginosus. medius teres durus medullosus leniter gibbus & inpriorem & inexteriorem partem. Prior autem pars est/ quæ apectore est: posterior / quæ ab scapulis interior/ quæ ad latus tendit: exterior/quæ abeo recedit. quod ad omnes articulos pertinere inulterioribus patebit. Superius autem humeri caput rotundius q̄ cætera ossa: dequibus adhuc dixi: uerticilatis scapularum ossibus inseritur acmaiore parte extransitu neruis deligatur. At inferius: duos processus habet. inter quos quod medium est/magis etiam extremis partibus sinuatur. Quæ res sedem brachio præstat. brachiū radius cercida Quod constat exossibus duobus. Radius: quam cercida græci appellant: superior breuiorque & primo tenuior rotundo & leniter cauo capite exiguum humeri tuberculum recipit. at q̄ ibi neruis & cartilagine continetur. Cubitus inferior longior q̄ & primo pleniorinsummo capite/duobus quasi uerticibus extantibus insinu humeri quem inter duos processus eius esse proposui: se inserit. Primo uero duobus radiis brachii ossa iuncta paulatim dirimuntur: rursusq; admanum coeūt modo crassitudinis mutato: Siquidem ibi radius plenior: cubitus admodum tenuis ē Dein radius incaput cartilaginosum consurgens: inuerticem eius sinuatur. cubitus rotundus inextremo/parte altera pausum procedit. cubitus Ac ne sæpius dicendum sit. illud ignorari non oportet: plurima ossa incartilaginem desinere: nullum articulum non sic finiri. Neq; enim aut moueri posset/ nisi leui innitere

tur: aut cum carne neruisq; coniungi / nisi ea media quaedam materia committeret. In manu uero prima palmae pars ex multis minutisque ossibus constat: quorum numerus incertus est. Sed oblonga omnia & triangula structura quadam inter se connectuntur. cum inuicem superior alterius angulus / alterius planities sit. eoque fit exhis unius ossis paulum ininterio ra concauis species. Verum exmanu duo exigui processus in sinu radii coniiciuntur. Tum ex altera parte recta quinque ossa ad digitos tendentia palmam explent: aquibus ipsi digiti oriuntur: qui exossibus ternis constant: omniumque eadem ratio est. Interius os inuerticem sinuatur: recipitq; exterioris exiguum tuberculum: neruique ea continent: a quibus orti ungues indurescunt. Ideoque nō ossi: sed carni magis radicibus suis inhaerent. Ac supiores quidem partes sic ordinatae sunt Ima uero spina incoxarum osse desidit: quod transuersum lō geque ualentissimum / uuluam / uesicam. rectum intestinum tuetur: idque abexteriore parte gibbum: ad spinam resupinatum alateribus idest inipsis coxis sinus rotundos habet: aquibus oritur os quod pectinem uocant. idque super intestina subpube transuersum uentrem format: rectius inuiris: recuruatum magis inexteriora infoeminis: ne partum prohibeat. Inde femina oriuntur. quorum capita rotundiora etiam q̄ humerorum sunt: cum illa excaeteris rotundissima sint. Infra uero duos processusapriore & aposteriore parte habent. Dein dura & medullosa & abexteriore parte gibba habent: rursus ab inferoribus quoque capitibus intumescunt: Superiora in sinus coxae sicut humeri inea ossa / quae scapularum sunt: coiciuntur. tum infra introrsus leniter intendunt: quo aequalius superiora mēbra sustineant. Atque ineo inferiora quoque capita media sinuantur: quo facilius excipi acruribuspossint. Quae commissura osse paruo molli cartilaginoso tegitur: patellam uocant. Hæc super innatans. nec ulli ossi inhaerens: sed carne & neruis deligata: paulo q; magis adfemoris os tendens inter omnes crurū

manus

palmae

spina

pecten

femina

patella

Crus
Femur
Talus
Tibia

flexus iunctura tuetur. Ipsum autem crus est exossibus duo bus. etenim per omnia femur humero: cr̃us uero brachio / simile est. adeo ut habitus quoq; & decor alterius exaltero cognoscatur. Quod aboſſibus incipiens etiam incaꝛ eꝛ respondet. Verum alterum osabexteriore parte / supra positum est. quod ipsum quoq; supra recte nominatur: Id breuius / supraque tenuius ad ipsos talos intumescit: Alterum a priore parte positum / cui tibiæ nomen est / longius & insuperiore parte plenius solum cum femoris inferiore capite committitur. sicut cum humero cubitus. Atque ea quoq; ossa infta supraq; coniuncta media / ut inbrachio dehiscunt. Excipitur autem crus infra ossa extransuerso talorum: idque ipsum sup os calcis situm est quod quadam parte sinuatur: quadam excessus habet: & procedentia extalo recipit: & insinum eius inseritur. idque sine medulla durum magisque inposteriorem partem proiectum / teretem ibi figuram representat. Cætera ossa pedis adeorum que inmanu sunt similitudinem instructa sunt. Plãtæ / palmæ digiti / digitis. ungues / unguibus respondent.

¶ Ossa uitiata & corrupta quibus signis cognoscantur & qua ratione curentur: Caput; II.

OMne autem os ubi iniuria accessit: aut uitiatur: aut findi tur: aut frãgitur: aut foratur: aut colliditur: aut loco mouetur. Id quod uitiatum est. primo fere pingue fit: deindeuel nigrum / uel carioſum. Quæ super natis grauibus ulceribus aut fistulis: hisque uel longa uetustate ueletiam cancro occupatis eueniunt. Oportet autem ãte oñia os nudare ulcere excisо. et si latius eius uitium est / quam ulcus fuit. carnem subsecare: donec integrum os undiqꝫ pateat. cũ id quod pingue est semel iterum ue satis est admoto ferramento adurere: ut exeo statu recedat. aut eradere donec iam aliquid cruoris ostendatur. quæ integrioris nota est. nam necesse est aridum sit id quod

uitiatum est. Idem in cartilagine quoque læsa faciendum est Siquidem ea quoque scalpello radenda est: donec integrum id sit quod relinquatur. Deinde siue os/siue cartilago rasa & nitro bene tritō respergendum est. Neque alia facienda sunt ubi caries/nigritiesue in summo osse est. Siquidem id uel paulo diutius eodem ferramento adurendum: uel radendum est. Qui radit hæc: audacter imprimere ferramentum debet: ut & agat aliquid & maturius desinat. Finis est: cum uel ad albū os/uel ad solidum uentum est. Albo finiri exnigritie uitium: soliditate quadam excarie manifestum est: Accedere etiam cruoris aliquid integro supra dictum est. Siquando autem altius descenderit utrunlibet dubium est. In carie quidem expedita cognitio est. Specillum tenue iforamen demittitur. quod magis minusue intrando/uel in summo cariem esse/uel altius descendisse testatur. Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore & exfebre. Quæ ubi mediocria sunt: illa alte descendisse non potest. Manifestior tamen ad acta terebra fit. Nam finis uitii est ubi scobis nigra esse desiit. Igitur si caries alte descendit: per terebram urgueda crebris foraminibus est. quæ altitudine uitium æquent. Tum inea foramina demittenda cādentia ferramenta sunt. donec inde siccum os extoto fiat. Simul enim post hæc & resoluetur ab inferiore osse quodcunq; uitiatum est: & is sinus carne replebitur: & humor aut nullus postea feretur: aut mediocris. Sin autem nigrities est: aut si caries adalteramquo; partem ossis transit: oportet excidi. Atq; idem incarie quoq; adalteram partem ossis penetrante fieri potest. Sed quod totum uitiatum: totum eximendum est. Si inferior pars integra est: eatenus quod corruptum est/excidi debet. Item siue capitis. siue pectoris os: siue costa carioſa est: inutilis uitio est: & excidendi necessitas est. Neq; audiendi sunt qui osse nudato diem tertium expectant: ut tunc excidant. Ante inflammationem enim tutius omnia tractantur. Itaq; quantum fieri potest eodem momento & cutis incidenda est: & os deteregendum: & omni uitio liberandum est Longe

scobis

pernitiosissimum est/quod inosse pectoris est: qa uix etiam si recte cessit curatio ueram sanitatem reddit.

Quomodo os excidatur. & de Modiolo: & Terebra ferramentis ad id paratis. Caput. III.

choenicio modiolus

Terebre

Exciditur uero os duobus modis. Si paruulum est/quod læsum est: modiolo/quem choenicion græci uocant. Si spatiosus: terebris: Vtriusq; rationem proponam. Modiolus ferramentum concauũ/teres ẽ imis oris ferratũ: pquod mediũ clauus ipse quoq; interiore orbe cinctus demittitur. Terebrarum autem duo genera sunt. Alterum simile ei/quo fabri utũtur. Alterum capituli longioris: quod ab acuto mucrone incipit: deinde subito latius fit: atq; iterum a balio principio paulo minus q̃ æqualiter sursum procedit. Si uitium in angusto est: quod comprehendere modiolus possit ille potius aptatur Et si caries subest. medius clauus in foramen demittitur. Si nigrities: angulo scalpri sinus exiguus fit/qui clauum recipiat: ut eo insistente circum actus modiolus delabi non possit. Deinde his habena quasi terebra conuertitur. Estq; quidam premendi modus: ut & foretur & circum agatur. quia si leuiter imprimitur: parum proficit. Si grauiter: non mouetur. Neq; alienum est instillare paulum rosæ uel lactis: quo magis lubrico circumagatur. Quod ipsum tamen si copiosius est/faciem ferramenti hebetat. at ubi iam inter modiolo pressum est: medius clauus educitur: & ille per se agitur. Deinde cum sanitas inferioris partis scobe cognita est: modiolus remouetur. at si latius uitium est/quam ut illo comprehendatur: terebra res agenda est. Ea foramen fit in ipso fine uitiosi ossis atq; integri: deinde alterum non ita longe. tertiumque donec totus is locus/qui excidendus est/his cauis cinctus sit. atque ibi quoque quatenus terebra agenda sit/scobis significat. Tunc excisorius scalpet a balteo foramine ad alterũ malleolo adactus/id quod inter utrunque medium est: excidit. ac sic ambitus similis ei fit: qui in angustiorem orbem modiolo imprimitur. Vtro mo

scobes

scalpet

do uero id circumductum est: idem exciſorius ſcalper: in oſ ſe corrupto planus ſummam quanque teſtam læſit: donec inte grum os relinquatur. Vix unquam nigrities integrum: caries per totum os perrumpit: maximeque ubi uitiata caluaria eſt. Id quoque ſigni ſpecillo ſignificatur: qui depreſſus in id fora men/quod ſtra ſolidam ſedem habet: & ob id renitens aliqd inuenit & madens exit. Si puium inuenit: altius deſcendens in ter os & membranam nihil oppoſitum inuenit: educitur que ſiccus/non quo non ſubſit aliqua uitioſa ſanies. ſed quoniam ibi ut inlatiore ſede diffuſa ſit. Siue autem nigrities/quam te rebra detexit. ſiue caries/quam ſpecillum oſtendit: os tranſit modioli quidem uſus fere ſuperuacuus eſt/quia latius pateat neceſſe eſt/quod iam alte proceſſit. Terebra uero ea/quam ſecundo loco poſui utendum/ea que ne nimis incaleſcat ſubin de in aquam frigidam demittenda eſt. Sed tum maiore cura agendum eſt. cum iam aut ſimplex os dimidium per foratum eſt: aut in duplici/ſuperius. Illud/ſpatium ip ſum: hoc/ſanguis ſignificat. Ergo tum lentius ducenda habe na: ſuſpendendaq; magis ſiniſtra manus eſt: & ſaepius attol lenda: & foraminis altitudo cõſideranda: ut quãdocunq; os p rumpitur ſentiamus: neq; periclitemur: ne mucrone cerebri mẽ brana lædatur. Ex quo graues inflammationes cum periculo mortis oriuntur. Factis foraminibus eodem modo media ſae pe: ſed multo circumſpectius excidenda ſunt: ne forte angulus ſcalpri eandem membranam uiolet: donec fiat aditus: p quem mẽbranæ cuſtos immittatur: menyngophylacas græci uocãt. Lamina aenea eſt firma/paulum reſima ab exteriore parte lae uis: quæ demiſſa eſt: ut exterior pars eius cerebro propior ſit. ſubinde ei ſubiicitur quod ſcalpro diſcutiendum eſt. ac ſi exci pit eius angulum: ultra tranſire non patitur: eoq; & audacius & tutius ſcalprũ malleolo ſubinde medicus ferit: donec exciſũ ũdi q; os eadẽ lamina leũetur: tolliq; ſine ulla noxa cerebri põt. V bi totum os eiectum eſt: circum radendæ leuandae que ſunt orae: & ſiquis ſcobis membranae inſedit: colligendum.

menyngophylacas

Vbi ſuperiori parte ſublata: inferior relicta eſt: non ora tantum: ſed os quoque totum lauandum eſt: ut ſine noxa poſtea cutis increſcat. quæ aſpero oſſe innaſcens protinus non ſanitatem ſed nouos dolores mouet. Patefacto cerebro qua ratione agendum ſit dicam: cum ad fracta oſſa uenero. Si baſis aliqua ſeruata eſt: ſuper imponenda ſunt medicamenta nō pinguia: quæ recentibus uulneribus accomodantur: ſupraque imponenda lana ſucida oleo atque aceto madens. Vbi tempus proceſſit: ab ipſo ore caro increſcit: eaque factum manu ſinū complet. Siquod etiam os aduſtum eſt: a parte ſana recedit: ſubitque inter integram atque emortuam partem caruncula: quæ quod abſceſſit: expellat. eaque fere quia teſta tenuis & angulta eſt/ſquama eſt. ideſt lepis agræcis nominatur. Pōt etiam euenire: ut exictu neque findatur os: neque pfringatur ſed ſummum tamen collidatur/exaſpereturq; Quod ubi incidit: radi & leuari ſatis eſt. Hæc quanuis maxime fiunt incapite/tamen cæteris quoq; oſſibus communia ſunt. ut ubicunque idem incidet: eodem remedio ſit utendum. Atque cum ea fracta: fiſſa/forata: colliſa ſint: quaſdam proprias in ſingulis generibus: quaſdā communes in pluribus curationes requirunt. Dequibus protinus dicam/initio abeadem caluaria accepto.

lepis

De caluariæ curatione. Caput. IIII.

Igitur ubi ea pertuſa: protinus requirendum eſt/num bilē is homo uomerit/num oculi eius obcæcati ſint/num obmutuerit/num per nares aureſue ſanguis ei effluxerit/num conciderit: num ſine ſenſu quaſi dormiens iacuerit. Hec enim nō niſi oſſe fracto eueniunt. Atque ubi inciderunt: ſcirē licet neceſſariam/ſed difficilem curationem eſſe. Si uero etiam torpor acceſſit. ſi mens non conſtat: ſi neruorum uel reſolutio uel diſtentio ſecuta eſt. ueriſimile eſt etiam cerebri membranam eſſe uiolatam eoque in angulto magis ſpes eſt. At ſi nihil horum ſecutum eſt poteſt etiam dubitari: an os fractum ſit. Et protinus conſiderandum eſt:

lapide: an ligno: an ferro: an alio telo percussum sit. & hoc ipso leni / an aspero: mediocri / an uastiore: uehementer / an leniter. Quia quo mitior ictus fuit: eo facilius os ei restitisse credibile est. Sed nihil tamen melius est: quam certiore id nota explorare. Ergo qua plaga est: demitti specillum oportet / neq; nimis tenue / neque acutum: ne cum in quosdam sinus naturales inciderit / opinionem fracti ossis frustra faciat: neq; nimis plenum / ne paruulæ rimulæ fallant. Vbi specillum ad os uenit si nihil nisi lenæ & lubricum occurrit: integrum id uideri potest. Siquid asperi est: utiq; qua futuræ non sint: fractum os esse testatur. A futuris se deceptum esse Hippocrates memoriæ prodidit. more scilicet magnorum uirorum & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam leuia ingenia / quia nihil habent: nihil sibi detrahunt. Magno ingenio: multaq; nihilominus habituro conuenit etiam simplex ueri erroris confessio: præcipueque in eo ministerio: quod utilitatis causa posteris traditur: nequi decipiantur eadem ratione: qua quis ante deceptus est. Sed hæc quidem alioqui memoria magni professoris uti interponeremus effecit. Potest autem futura eo nomine fallere. quæq; aspera est: ut aliquis hanc esse: etiam si rima est: existimet eo loco: quo subesse hanc uerisimile est. Ergo eo nomine decipi non oportet. sed os aperire tutissimum est. Nam neq; utiq; certa sedes: ut supra posui. futurarum est: & potest ide / & naturaliter commissum / & ictu fissum esse: iuxta ue aliquid fissum habere. Quin aliquid etiam: ubi ictus fuerit uehementior: quanuis specillo nihil inuenitur: tamen aperire commodius est. At si ne tum quidem rima manifesta est inducendum super osa tramentum scriptorium est: deinde scalpro id deradendū. Nigritiem enim continet siquid fissum est. Solet etiam euenire / ut altera parte fuerit ictus: & os altera fiderit. Itaq; si grauiter aliquis percussus est / si mala inditia sub secuta sunt. neq; ea pte qua cutis discussa est: rima repitur: nō incōmodum est parte altera cōsiderare: nunquis locus mollior sit & tumeat: eumq; aperire. Siqdem ibi fissum os repietur. nec tamen magno negocio cutis sanescit etiā si frustra desecta ē.

Os fractum nisi succursum est grauibus inflammationibus afficit: difficiliusq; postea tractatur. Raro, sed aliquando tamen euenit: ut os quidem totum integrum maneat: intus uero extactu uena aliqua incerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat: isq; ibi concretus magnos dolores moueat: oculos quibus obcecet. Sed fere contra id dolor est: & eo loco cute incisa pallidum os reperitur. Ideoq; id quoq; os excidendum est. quacunq; autem decausa curatio hæc necessaria est: sinon dum satis cutis patefacta est: latius aperienda est: donec quicquid læsum est inconspectu sit. Inquo ipso uidendum est: ne quid exipsa membranula quæ subcute caluariã cingit: super os relinquatur. siquidem hæc scalpro terebrisue lacerata uehementes febres cum inflammationibus excitat. Itaq; eam commodius est ex toto abosse diduci. Plagam, si exuulnere est. talem necesse est habeamus: qualem acceperimus. si manu facienda est: ea fere cõmodissima ẽ: quæ duabus trãsuersis lineis litteræ X. figuram accipit: ut deinde asingulis procedentibus ligulis cutis subsequatur. Inter quæ si sanguis fertur: spongia subinde inaceto tincta cohibendus est, occupanduſq; obiectis linamentis. & caput altius excitandum. Neq; id uitium ullum metum nisi inter musculos: qui tempora continent: affert. sed ibi quoq; nihil tutius fit. In omni uero fisso fractoue osse protinus antiquiores medici ad ferramenta ueniebant: quibus id excideret. Sed multo melius est, ante emplastra experiri: quae caluariæ causa componuntur. Eorumq; aliquid oportet exacto mollitum perse super fissum, fractumue os imponere: deinde super id aliquanto latius quam uulnus est, eodem medicamento illitum linteolum & præterea sucidam lanam aceto tinctam. Tunc uulnus deligare & quotidie resoluere: similiterq; curare usq; ad diem quintum. A sexto die etiam uapore aquæ calidæ per spongiam fouere. cætera exeadem facere. quod si carũcula increscere coepit: & febricula aut soluta erit aut lenior & cupiditas cibi reuerterit, satisque somni accedet in eodem medicamento erit perseuerandum.

Procedente deinde tempore emolliendum id emplastrum ad iecto caerato exrosa facto: quo facilius carnem producat. nā per se reprimendi uim habet. Hac tatione saepe rimae callo quodam implentur: estque ea / ossisuelut cicatrix. & latius fracta ossa / siqua inter se nō cohaerebant / eodem callo glutinantur: estque aliquanto melius uelamentum cerebro / quam caro quae excisso osse increscit. Si uero sub prima curatione febris intenditur: breuesque somni: & hidem per somnia tumultuosi sunt: ulcus madet / neque alitur: & inceruicibus glandulae oriuntur: magni dolores sunt: cibique super haec fastidium increscit. tum demum admanum scalprumque ueniendum est. Duo uero subiectu caluariae pericula sunt: ne uel findatur: uel medium desidat. si fissum est: possunt orae esse compressae: uelqa altera super alteram excessit: uel etiam quia uehementer rursus se commiserunt. Ex quo euenit ut humor ad membranam quidem descendat: exitum uero non habeat: ac si eam irritet & graues inflammationes moueat: Vbi medium desedit / eandem cerebri membranam os urget. interdum etiam exfractura quibusdam uelut aculeis pungentibus. His ita succurrendum est: ut tamen quam minimum exosse dematur. Ergo si ora alteri insedit: satis est id quod emineat plano scalpro excidere. quo sublato iam rima hiat quantum curationi satis est. At si orae inter se cōprimuntur: alatere eius interposito digiti spatio / terebra foramen faciendum est: abeoque scalper duabus lineis ad rimam agendus adsimilitudinem. C: litterae: sicut uertex eius aforamine basis adrimas it. quod si rima longius patet. abaltero foramine rursus similis sinus fieri debebit: & ita nihil latens ineo osse concauum est: abundeque exitus datur intus laedentibus. Ne si fractum quidem os desedit / totum excidi necesse est. sed siuetotum perfractumest & abalio extoto recessit: siue circumpositae caluariae inhaeret exigua pte abeo quod naturaliter se habet scalpro diuidēdū ē. deīde in eo quod desedit iuxta rimā quā fecimus foramina addenda sunt:

scalper

Si inangusto noxa est: duo: si latius patet: tria: septaq; eorũ excidenda/ & cum scalper uterinq; ad rimam agendus/ sic ut lunatum sinum faciat: imaq; pars eius intus ad fracturam. cor nua ad os integrum spectent. Deinde siqua latent & ex facili remoueri possunt. forfice ad id facta colligenda sunt: maxi meq; ea/ quæ acuta membranam infestant. si id exfacili fieri non poterit: subiicienda lamina est: quam custodem eius mem branæ esse proposui: & super eam quicquid spinosum est & intus eminet: excidendum est: eadem lamina quicquid deor sum insedit attollendum. Hoc genus curationis efficit/ ut qua parte fracta ossa tamen inhærent: solidentur. qua parte abru pta sunt: sine ullo tormento sub medicamenti tempore exci dant: spatiumq; inter hæc satis illi magnum ad extrahendam saniem relinquatur: plusq; in osse pro pugnaculi cerebrum ha beat/ quam habiturum fuit eo exciso. His factis ea membra na acri aceto respergenda est: ut siue aliquid sanguinis exea profluit: cohibeatur. siue intus concretus cruor remanet: discu tiatur. Tum idem medicamentum eodem modo: qui supra po situs est: mollitum ipsi membranæ imponendum est. Cætera q; eodem modo facienda sunt: quæ ad linteolum illitum & la nam sucidam pertinent collocanduſq; is loco intepido: & cu randum quot die uulnus: bis etiam æstate. quod si membrana per inflammationem intumuerit: infundenda erit rosa tepida. Si usq; eo tumebit: ut super ossa quoq; emineat. coercebit eam bene trita lenticula: uel folia uitis contrita & cum recenti uel butyro uel adipe anserino mixta. cerũixq; molliri debebit liq do cærato exirino facto. At si parum pura membrana uidebi tur par modus eius emplastri & mellis miscendus erit: idq; su per infundendum: eiusq; continendi causa unum aut alterum linamentum iniiciendum: & super linteolo cui emplastrum il litum sit/ contegendum. Vbi plus pura membrana est: eadem ratione adiiciendum emplastro cæratum: ut carnem producat Quod ad abstinentiam uero & primos ulteriores q; cibos pori

neſq; pertinet, eademquae / iuulneribus præcepi / ſeruãda sũt. eo magis / quo periculoſius hæc pars afficitur. Quin etiam cũ iam non ſolum ſubſtineri ſed ali iis quoque apparebunt, tamẽ erunt uitanda quæcunque mandenda ſunt. item fumus & quic quid excitat ſternutamẽtum. Spem uero certam faciunt membrana mobilis ac ſui coloris: caro increſcens rubicunda: facilis motus maxillæ atque ceruicis. Mala ſigna ſunt, membrana immobilis nigra uel liuida uel aliter coloris corrupti: demen tia: actis uomitus: neruorum uel reſolutio uel diſtentio: caro liuida: maxillarum rigor atque ceruicis. Cæteraque quæ adſo mnum: cibi deſideriũ: febrem: puris colorem attinent: eadem quæ incæteris uulneribus uel ſalutaria uel mortifera ſunt: ubi bene res cedit: incipit abipſa membrana: uel ſi os eo loco duplex eſt: inde quoque caro increſcere. eaque id / quod inter oſſa uacuum eſt: replet. Non nunquam etiam ſuper caluariam excreſcit. Quod ſi incidit. i ſpergenda ſquama æris eſt: ut id reprimat / cohibeatq; ea carni ſuperdando quæ ad cicatricem perducaũt. Omnibuſque ea locis commode inducitur: excepta frontis ea parte: quæ paulum ſuper id eſt quod inter ſuperci lia eſt. Ibi enim uix fieri poteſt. ut per omnem ætatem ſit ex ulceratio. quæ liteolo medicamentum habente cõtegenda ſit. Illa utiq; capite fracto ſeruãda ſunt ut dõec iã ualida cicatrix erit ſoluenda: uitentur frequens balneum: maior uini modus.

Mãdere

bona ſigna.

Mala ſigna

De narium fractarum curatione. Caput. V.

i N naribus uero & os & cartilago frangi ſolet, & quidem modo aduerſa: modo alatere. ſi aduerſa fracta ſunt / alterumue exhis: nares deſidunt. difficulter ſpiritus trahitur. ſi alatere os fractum eſt. is locus cauus eſt. ſi cartilago. inalteram partem nares declinantur. Quicquid in cartilaginem incidit. excitandum leniter eſt / aut ſubiecto ſpecillo: aut duobus digitis utrinq; compreſſis. Deinde inlongitudinem implica

ta linamenta & molli pellicula cincta circumfutaque/intus ad iicienda ſunt. Aut eodem modo compoſitum aliquid ex ari do penicillo. Aut grandis pinna gummi uel fabrili glutine il lita & molli pellicula circundata: quæ deſidere cartilaginem non ſinat. Sed ſi aduerſa ea fracta eſt: æqualiter utraque na ris implenda eſt. Si alterè: craſſius eſſe debet ab ea parte in quam naſus iacet: altera tenuius id inquod inſeritur. Extrin ſecus autem circundanda habena eſt mollis media illita mix tis inter ſe ſimilia & turis fuligine, eaque ultra aures ducenda & fronti duobus capitibus agglutinanda eſt: Id enim corpo ri quaſi gluten inhæreſcit & cum induruit nares commode con tinet. Sin quod intus inditum eſt lædit: ſicut maxime fit ubi interior cartilago pfracta eſt: excitatæ nares eadem tantum modo habena continendae ſunt. Deinde poſt quatuordecim dies id ipſum demendum eſt. Reſoluitur autem aqua calida: eaque tum is locus quotidie fouendus eſt. Sin os fractum eſt: id quoque digitis inſuam ſedem reponendum eſt. atque ubi ad uerſum id factum eſt, utraque naris implenda eſt. ubi a latere ea inquam os impulſum eſt. imponendumque caeratum & pau lo uehementius deligandum eſt. quia callus eo loco non ad ſa nitatem tantummodo: ſed etiam ad tumorem increſcit. A ter tio die fouendum id aqua calida eſt. tantoque magis quanto propiuſ eſſes ſanitati debet. Quod ſi plura erunt fragmenta: nihilominus extrinſecus ſingula inſuas ſedes digitis erunt co mpellenda: imponendaq; extrinſecus eadem habena: & ſuper eam caeratum neq; ultra faſcia adhibenda eſt: At ſiquod frag mentum undique reſolutum cum caeteris non glutinabitur/in telligetur qdem exhumore: qui multus ex uulnere feretur: uul ſella uero extrahetur. Finitiſque inflammationibus impone tur aliquod medicamentum exiis quae leniter reprimunt. Pe ius eſt ubi aut oſſi/aut cartilagini fractæ/cutis quoque uulnus acceſſit. Id admodum raro fit. ſi incidit: illa quidem nihilo minus eadem ratione inſuas ſedes excitanda ſunt. Cuti uero

ſuper imponendum emplaſtrum aliquod exiis: quæ recentibus uulneribus accommodata ſunt. ſed inſuper nullo uinculo deligandum eſt.

De aurium fractarum curatione: Caput. VI.

i N aure quoque interdum rumpitur cartilago. quod ſi incidit. anteq̃ pus oriatur: imponendum glutinans medicamentum eſt. Sæpe enim ſuppurationem prohibet & autem confirmat. Illud & inhac & innaribus ignorari non oportet. non quidem cartilaginem ipſam glutinari: circa tamen carnem increſcere ſolidariq; eum locum. Itaque ſi cum cute cartilago rupta eſt: cutis utrinque ſuitur. Nunc autem de ea dico: quæ cute ita frangitur: In ea uero ſi iam pus natum eſt: aperienda altera parte cutis: & ipſa cartilago contra / lunata plaga excidenda eſt. Deinde utendum eſt medicamento leniter ſupprimente. quale lycium eſt aqua dilutum / donec ſanguis fluere deſinat. Tum imponendum linteolum cum emplaſtro / ſic ut pingue omne uitetur: & aparte poſteriore lana mollis auri ſubiicienda eſt: quæ quod eſt inter hanc & caput compleat. Tũ ea leniter deliganda eſt: & atertio die uapore: ut innaribuspoſſi: fouenda. Atq; inhis quoq; generibus abſtinentia primi temporis neceſſaria eſt: donec inflammatio finiatur.

De maxillæ fractæ curatione. deq; quibuſdam ad omnia oſſa pertinentibus. Caput. VII.

a B his ad maxillam uenturus indicanda quædam puto communiter ad omnia oſſa pertinentia: ne ſæpius eadem dicẽda ſint Omne igitur os modo rectum ut lignum in longitudinem finditur: modo frangitur tranſuerſum: interdum obliquũ atq; in ipſum non nunquam retuſa habet capita: non nunquam acuta. Quod genus peſſimum eſt. quia neq; facile committuntur. quæ nulli retuſo innituntur: & carnem uulnerant: interdũ

neruum quoq; aut musculum. Quin etiam aliquando plura fragmenta a fragmento fiunt. Sed in aliis quidem ossibus extoto sepe fragmentum a fragmento recedit. Maxillæ uero semper a liqua parte etiam uexata ossa inter se cohærent. Igitur in primis digitis duobus utrinq; prementibus & abore & ab cute omnia ossa in suam sedem compellenda sunt. Deinde si transuersa maxilla fracta est: sub qua casu fere dens super proximum dentem excedit. Vbi ea in suam sedem collocata est: duo proximi dentes: aut si hi labant: ulteriores inter se sera deligandi sunt. Id in alio genere fracturae super uacuum est. Cætera eadem facienda sunt. Nam linteolum duplex madens uino & oleo super iniiciendum cum eadem similia & eadem turis fuligine est. Deinde aut fascia / aut mollis habena media in longitudinem incisa: ut utrinq; mentũ complectatur: & inde capita eius supra caput adducta ibi deligantur. Illud quoq; ad omnia ossa pertinens dictum erit: famem primum esse necessariam: deinde adie tertio humidum cibum: sublata inflammatione paulo plenio rem: eumq; qui carnem alat: per omne tempus uinum esse alienum: Deinde tertio die resolui debere: foueriq; per spongiam uapore aquæ calidæ. eademq; quæ primo fuerũt superdari. Idem die quinto fieri: & donec inflammatio finiatur. quæ uel octauo die / uel septimo, fere resoluitur. Ea sublata: rursus ossa esse tractanda: ut siquod fragmentum loco suo non est: reponatur. Neq; id esse soluendum nisi duæ ptes eius tẽporis intra quod quæq; ossa conseruntur: transierint. Fere uero intra quartũdecimũ & unũ & uigesimũ diẽ sanescunt maxilla: malæ: iugulũ: pectus: latus: os scapularũ: costæ: spina coxarum: os tali: calx: manus: planta. Inter uigesimum & trigesimum diem crura: brachiaq;. Inter septimum & uigesimum & quadragesimum humeri & femina. Sed in maxilla illud quoq; adiiciendum est: quod humidus cibus diu assumendus est. Atq; etiam cum tempus processit / in lagano similibusq; aliis perseuerandum donec extoto maxillam callus firmarit. Item utriq; primis diebus habendum silentium.

Quot diebus membra sanescant.

De iugulifracti curatione CAPVT.VIII.

IVgulum uero si transuersum fractum est: nonnunquã per se rursus recte coit, & nisi mouetur: sanari sine iunctura potest. Non nunquam uero / maxime qꝫ ubi motum est: elabitur. fereqꝫ id quod a pectore / sub id quod abhumero est: inposteriorem partem inclinatur. Cuius ea ratio est: quod per se non mouetur: sed cum humeri motu consentit. Itaque eo subsistente sub id humerus agitatur. Raro uero admodum in priorem partem iugulum inclinatur: adeo ut magni professores nũquam se uidisse memoriæ mandarint. Sed locuples tamen eius rei auctor Hippocrates est. Verum ut dissimilis utergꝫ casus est: sic quædam dissimilia requirit. Vbi ad scapulas iugulum tendit: simul dextra manu plane propellendus in posteriorem partem humerus est: & illud inpriorem attrahendum. Vbi ad pectus conuersum est: ipsum quidem retro dandum: humerus autem inpriorem partem adducendus est. Ac si is inferior est: non id quod a pectore est: deprimendum est: quia immobile est: sed humerus ipse attollendus. Si casu superior est. id quod apectore est implendum lana: & humerus ad pectus deligandus est. Si acuta fragmenta sunt: incidi contra cutis debet: ex ossibus ea. quae carnem uulnerant: præcidenda sunt. tunc retusa ossa committenda sunt. Siquod ab aliqua parte eminet: opponendum ei triplex linteolum est in uino & oleo tinctum. Si plura fragmenta sunt: excipienda sunt ex ferula facto canali culo: eodem que intus incerato: ne fascia diducatur. quae iugulo composito circundanda est sæpius potius quam ualentius. Quod ipsum quoque in omnibus ossibus fractis perpetuum est. A dextro uero iugulo: si id fractum est: ad alam sinistrã. a sinistro: ad dextram. Rursus que sub ala sua fasciari debet. Post hæc si iugulum ad scapulas inclinatum est: brachium ad latus. si in partem priorem: ad ceruicem deligandum est. Supinus que homo collocandus: cætera que eadem facienda: quæ supra comprehensa sunt. Sunt uero plura ossa fere immobilia

uel dura uel cartilaginosa: quæ uel frãguntur: uel forantur uel collidũtur uel finduntur. ut malæ pectus: latus: os scapularũ: costæ spina costarũ: os tali: calx. manus: planta. Horũ õniũ eadẽ curatio est. Si supra uulnus est: id suis medicamentis nutriendum est. Quo sanescente rimas quoque ossis, aut siquod ferumen est. callus implet. Si cutis integra est: & os læsum esse ex dolore colligimus: nihil aliud, quam quiescendum: imponendumque caeratum est: & leniter deligandum: donec sanitate ossis dolor finiatur.

De costarum fractarum curatione CAPVT. VIIII.

Proprie tamen quædam decosta dicenda sunt: quia iuxta uiscera est: grauioribus que periculis is locus expositus est. Hæc quoque igitur interdum sic finditur: ut ne tummum quidem os, sed interior pars eius, quae rara est, laedatur interdum sic ut eam totam is casus perruperit. Si tota fracta non est: nec sanguis expuitur, nec febricula sequitur: nec quicquam suppurat, nisi admodum raro, nec dolor magnus est. tactu tamen is locus leniter indolescit, abunde est eadem quae supra scripta sunt facere. et amedia fascia incipere deligare, ne inalterutram partem haec cutem inclinet. Abuno uero & uigesimo die quo utique os esse debet glutinatum id agendum. Cibis uberioribus est utendum: ut corpus quam pleniſſimum fiat: quo melius os uestiat. quod illo loco tenerum, adhuc iuuiae sub tenui cute expositum est. Per omne autem tempus curationis uitandus clamor sermoquoq; tumultus: ira: motus uehemẽtior corporis: fumus puluis, & quicquid uel tussim uel sternutamentum mouet. Ne spiritum quidem magnopere continere expedit. At si tota costa perfracta est, casus asperior est. Nam & graues inflammationes & febris & suppuratio & saepe uitae periculum sequitur & sanguis spuitur. Ergo si uires patiuntur ab eo brachio: quod super eam costam est: sanguis mittendus est. Si non patiuntur: aluus tamen sine ullo acri du

cenda est: diutiusque inedia pugnandum. Panis uero ante sep timum diem non assumendus: sed una sorbitione uiuendum imponendumq; ei loco caeratum ex lino factū: cui cocta quo que resina adiecta sit. aut Polyarchi malagma. aut panacis ex uino & rosa & oleo: superq; imponēda lana sucida mollis & duæ fasciaeq́ mediis orsae/minimeq; astrictae. Multo uero magis omnia uitanda/quæ supra posui: adeo ut ne spiritus q dem sæpius mouendus sit. Quod si tussis infestabit: adid po tio sumenda erit: uel ex tryxagine uel ex ruta uel exherba sty chade uel ex cumino & pipe. Grauioribus uero doloribus ur gentibus cataplasma imponi quoq; conueniet uel ex lolio uel ex hordeo: cui pinguis fici tertia pars sit adiecta. Etid quidē interdiu supiacebit. Noctu uero idem aut caeratum. aut malag ma. aut panni: quia potest cataplasma decidere. Ergo quoti die quoq; resoluetur: donec iam caerato aut malagmate possi mus esse contenti. & decē quidem diebus extenuabitur fame corpus. abundecimo uero ali incipit. Ideoq; etiā laxiorq̄ pri mo fascia circūligabitur: fereq; ea curatio ad quadragesimū diem ꝓueniet. quæ si modus erit suppurationis: plus malagma q̄ caeratum addigerendum ꝓficiet. Si suppuratio uicerit: neq; ꝓ quae suprascripta sunt discuti potuerit: ōis mora uitanda e rit: ne os infra uitietur. sed qua parte maxime tumebit: demit tendum erit candens ferramentum. donec adpus ꝓueniat: idq; effundendum. Si nusq̄ caput se ostendit: ubi maxime pus su bit: sic intelligimus. Creta cimolia totum locum illinimus: et siccari patiemur: Quo loco maxime humor inapseuerauit: ibi pus proximum erit: eaq; uri debebit. Si latius aliquid absce det: duobus aut tribus locis erit perforandum: demittendum erit linamentum, aut aliquid expenicillo. quod summum lino sit deuinctum: ut facile educatur. Reliqua eadem: quæ in cæte ris adustis facienda sunt. Vbi purum erit ulcus: ali corpus de bebit: ne tabes pernitiosa futura id malum subsequatur. Non nunquam etiam leuius ipso osse affecto & inter initia neglec to: non pus: sed humor quidam muccis similis

Ad seruandū matū occultū.

intus coit: molleſcit que contra cutis: in qua ſimili uſtione u tendum eſt.

De ſpine curatione

N ſpina quoque eſt quod proprie notemus. Nam ſi id quod exuertebra excedit aliquo modo fractum eſt: locus quidem concauus fit: punctiones autem in eo ſentiuntur. quia neceſſe eſt ea fragmenta ſpinoſa eſſe Quo fit ut homo iinteri orem partem ſubinde nitatur. Haec noſcendae rei cauſa ſūt. Medicamentis uero. iiſdem opus eſt: quae plurima parte hui us capitis expoſita ſunt.

De humerorum: brachiorum: femorum: crurum. di gitorumq; fractorum uel euulſorum communibus cura tionibus. CAPVI. X.

ſ Imiles rurſus ex magna parte caſus curationes que ſunt humeris & femoribus. Communia etiam quaedam hume ris: brachiis: femoribus: cruribus: digitis. Siquidem ea mini me periculoſe media franguntur. Quo propior fractura capi ti uel ſuperiori uel inferiori eſt: eo peior eſt. Nam & maiores dolores affert: & difficilius curatur. Ea maxime tolerabiliseſt ſimplex: tranſuerſa. Peior ubi fragmenta: atque ubi obliqua. Peſſimum ubi eadem acuta. Non nunquam autem fracta in his oſſa in ſuis ſedibus remanent: multo ſæpius excidunt: ali ud que ſuper aliud effertur. Id que ante omnia conſiderari de bet. & ſunt notæ certæ. Si ſuis ſedibus mota reſtimam: puncti oniſq; ſenſum repreſentant: tactu inequalia ſunt. Si uero non aduerſa: ſed obliqua iunguntur. quod fit ubi loco ſuo nonſūt membrum id altero latere breuius eſt: & muſculi eius tument. Ergo ſi hoc depreſſum eſt: protinus id membrum oportet e xtendere. Nam nerui/muſculi que intenti poſſa cōtrahuntur neq; inſuum locum ueniunt: niſi illos p uim aliquis intendit.

Rursus si primis diebus id obmissum est: inflammatio oritur Sub qua & difficile & periculose uis neruis adhibetur. Nam distentio neruorum uel cancer sequitur: uel certum, ut diutissime alatur pus. Itaque si ante reposita ossa non sunt: postea reponenda sunt. Intendere autem digitum uel aliud quoq; membrum: si adhuc tenerum est etiam unus homo potest: cum alteram partem dextra: alteram sinistra prendit. Valentius membrum duobus eget, qui in diuersa contendant. Si firmiores nerui sunt: ut in uiris robustis, maxime que eorum feminibus & cruribus euenit: habenis quoque uel lintris fasciis utrinque capita articulorum deliganda: & per plures indiuersa ducenda sunt. Vbi paulo longius quam naturaliter esse debet membrum uis fecit, tum demum ossa manibus in suam sedem compellenda sunt: inditium que ossi repositi est dolor sublatus. Et membrum alteri parti aequatum inuoluendum duplicibus, triplicis panni & in uino & oleo tinctis: quos linteos esse commodius est. Fere uero iis, sex opus est. Prima breuissima adhibenda: quae circa fracturam ter uoluta sursum uersum feratur, & quasi in coclea serpat: satisque est eam ter hoc quoque modo circuire. Altera dimidio longiore. ea que qua parte os eminet: ab ea si totum aequale est, undelibet sup fracturam debet incipere priori aduersa: deorsum que tendere. atque iterum defractura reuersa, in superiore parte ultra priorem fasciam desinere. Super has iniiciendum latiore linteo caeratum est: quod eas contineat. ac siqua parte os eminet, triplex ea pannus obiiciendus eodem uino & oleo madens. Haec tertia fascia comprehendenda sunt, quarta que: sic ut semper insequens priori aduersa sit: & tertia tantum inferiore parte: tres in superiore faciant. quia satius est saepius circuiregq; adstringi. Siqdem id quod adstrictum est. alienatur & cancro oportunum est. articulum autem quam minime uincire opus est. Sed si iuxta hunc os fractum est: necesse est.

Deligatum uero membrum in diem tertiũ continendum eſt. Eaq; iunctura talis eſſe debet: ut primo die nihil offenderit: non tamen laxa uiſa ſit: ſecundo laxior: tertio iam pene reſoluta. Ergo tum rurſũ id membrum deligandum: adiiciendaq; prioribus quinta faſcia eſt: iterumq; quinto die reſoluendum eſt: et ſexta faſciis involuendum. ſic ut tertia & quinta infra: caeteræ ſupra finiantur. Quotienſcunq; autem ſoluitur membrum: calida aqua fouendum eſt. Sed ſi iuxta articulum fractura eſt: diu inſtillandum uinum eſt/ exigua parte olei adiecta: eadem que omnia facienda donec adeo inflammatio ſoluatur: uel leuius quoque quam ex conſuetudine id membrum fiat. Quod ſi ſeptimus dies non dedit/ certe nonus exhibet. Tum facillime oſſa tractantur. Rurſus ergo ſi parum commiſſa ſunt. committi debent. Siqua fragmenta eminent/ in ſuas ſedes reponenda ſunt. Deinde eodem modo membrum deligãdum: ferulae que ſuper accomodandae ſunt: quæ ſiſſae circumpoſitae que oſſa in ſua ſede contineant: & in quam partem fractura inclinat: ab ea latior / ualentior que ferula imponenda eſt. Easque omnes citra articulum eſſe oportet reſimas: ne hunc laedant: nec ultra aſtringi/ quam ut oſſa contineant: & cum ſpatio laxentur. tertio quoq; die paulum habenis ſuis coartari: ac ſi nulla prurigo/ nullus dolor eſt/ ſic manete donec duæ partes eius temporis quod quoque os conſeruet: compleantur. poſtea leuius aqua calida fouere. quia primo digeri materiam opus eſt: tum euocari. Ergo caerato quoque liquido id pleniter eſt unguendum: perfricandaque ſumma cutis eſt/ laxi uſque iddeligandum eſt. Tertio quoque die ſoluendum ſic/ ut remota calida aqua/ caetera eadem fiant. Tantummodo ſingulae faſciæ quotiens reſolute fuerint/ ſubtrahantur.

Ferula.

De fracti humeri curatione

h Aec communia ſunt. Illa propria. Siquidem humerus fractus non ſic: ut membrum aliud intenditur. Sed

homo collocatur alto sedili. medicus autem humiliore aduersus. Vna fascia brachium amplexa ex ceruice ipsius / qui laesus est / id sustineat. Altera ab altera parte super caput data / ibi accipit nodum. Tertia iuncto imo humero deorsum demittitur ibi quoque capitibus eius inter se iunctis Deinde ab occipitio ipsius minister sub ea fascia / quam secundo loco posui: correpto si dexter humerus ducendus est: dextro: si sinister: sinistro brachio demissum inter femina eius: qui curatur baculum tenet. medicus super eam fasciam de qua tertio loco dixi planam iniicit dextram / si sinister: sinistram / si dexter humerus sumatur. simulque alteram fasciam minister attollit alterã premit medicus. quo fit ut leniter humerus extendatur. Fasciis uero: si medium aut imum os fractum est: breuioribus opus est: si summum: longioribus. ut ab eo sub altera quoque ala perpectus & scapulas porrigantur. Protinus uero brachium cum deligatur / sic inclinandum est: id quod afficit ut ante fascias quoque sic figurandum sit. ne postea suspensum aliter: aliter cum deligabatur: humerum inclinet. Brachio que suspenso ipse quoque humerus ad latus leniter deligandus est. Per que fit: ut minime moueatur. ideo que ossa sic se habent / ut aliquis composuit. Cum ad ferulas uentum est: extrinsecus esse earum longissimæ debent: a lacerto breuiores: sed sub ala breuissimae. Saepius que eae resoluendae sunt / ubi in uicinia cubiti humerus fractus est: ne ibi nerui rigescant. & inutile brachium efficiant. Quotiens solutae sunt / fractura manu cõtinenda: cubitus aqua calida fouendus: & molli caerato perfricandus: ferulae que uel omnino non imponendae contra eminentia cubiti: uel aliquanto breuiores sunt.

De brachii fracti curatione.

a Et si brachium fractum est: inprimis considerandum est / alterum os: an utrunque comminutum sit: nõ quo alia in eiusmodi casu curatio admouenda: sed primum ut ualentius extendatur / si utrunque os fractum est: quia necesse est

minus neruos contrahi altero osse integro: eosq; intendente. Deinde ut curiosius omnia incontinendis ossibus fiant. si neutrum alteri auxilio est. Nam ubi alterum integrum est: plus opis ineo quam infasciis/ferulisque est. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato. Siquidem is maxime brachii naturalis habitus sit. idq; inuolutum mitella commodissime excipitur: quae latitudine ipsi brachio peranguſtis capitibus collo iniicitur. atque ita commode brachium ex cervice suspensum est. Id que paulum supra cubiti alterius regionem pendere oportet. Quod si ex summo cubito id factum sit glutinare id uinciendo alienum est. Fit enim brachium immobile. ac si nihil aliud quam dolori occursum est: idem qui fuit eius usus est.

Mitella.

De crurum femorumque fractorum curatione

i NCrure æque ad rem pertinet alterum saltem os integrum manere. Commune uero ei femorique est. Quod ubi deligatum est. in canalem coniiciendum est. Is canalis & inferiori parte foramina habet: perquae siquis humor excesserit/descendat: & a planta moram: quae simul & sustineat eam & delabi non patiatur: & a lateribus caua: per quae loris datis mora quidem/crus femur que ut collocatum est detineat. Esse etiam is debet a planta si crus fractum est: circa poplitem. si femur: usque ad coxam. si iuxta superius caput femoris: sic ut ipsa quoque ei coxa sit. Neq; tamen ignorari oportet si femur fractum est/fieri breuius: quia nunquam in antiquum statum reuertitur summis que digitis postea cruris eius insisti. sed multa tamen femori debilitas est: ubi fortunae negligentia quoq; accessit.

Canalis.

De fracti digiti curatione.

d Igitum satis est ad unum furculum post inflammationem deligari.

Communes curationes ad humeros brachia crura femina digitos que confractos pertinentia.

h Is proprie ad singula membra pertinentibus/rursus illa communia sunt/primis diebus fames. deide tum cum iam

increscere callum oportet: liberalius alimentum. longa a uino abstinentia. fomentum aquae calidae / dum inflammatio est: liberale. cum ea desit: modicum. Tum etiam longior ulteriori bus & liquido caerato membris: et mollis tamen unctio. Neq; protinus exercendum id membrum. sed ad antiquos usus redu cendum est. Grauius aliquanto est: cum ossis fracturae carnis quoque uulnus accessit: maximeque si id musculi femoris aut humeri senserunt. Nam & inflammationes multo grauiores & promptiores cancros habent. Ac femur quidem / si ossa inter se cesserunt / fere praecidi necesse est. Humerus uero quoque in periculum uenit: si facilius conseruatur. Quibus periculis etiã magis id expositum: quod iuxta ipsos articulos ictum est. Curiosius igitur agendum est: & musculus quidem permediam pla gam transuersus praecidendus. Sanguis uero / si parum fluxit. mittendus: corpus inedia extenuandum. ac reliqua quidem membra lentius intendenda. & leniusc iniisc ossa insuam sedem reponenda sunt. His uero neque intendi neruos: neque ossa tractari satis expedit. Ipsi que homini permittendum est: ut sic ea collocata habeat / quemadmodum minime laedunt. Om nibus autem his uulneribus imponendum primo linamentum est uino madens. cui rosae paulum admodum adiectum sit. cæ tera eadem deliganda fasciis sunt aliquanto quam uulnus la tioribus: laxius scilicet / quam si ea plaga nõ esset. quanto faci lius & alienari & occupari cancro uulnus potest numero poti us fasciarum id agendum est: ut laxe quoque æque contineãt. Quod in femore humero que sic fiet: si ossa forte recte con currerint sin aliter se habebunt: eatenus circundari fascià de bebit: ut impositum medicamentum contineat. Cætera eadem quae supra scripsi / facienda sũt: praeterquam quod neque se tulis neque canalibus: inter quae uulnus sanescere non potest. Sed pluribus tantummodo & latioribus fasciis opus est: inge rendumque subinde ineas est calidum oleum & uinum magis que in primo / fame utendo uulnus calida aqua fouendum: fri gusq; omni ratione uitandum & transeundum ad medicamen

ta / quæ puri mouendo sunt: maior q̄ uulneri q̄ ossi cura agen da. Ergo quotidie soluendum / nutriendum que est. Interquae siquod paruulum fragmentum ossis eminet: id si recusum est / in suam sedem dandum. si acutum / ante acumen eius longi us est præcidendum: si breuius limandum; & utrinque scalpro limandum. tum ipsum recondendum est. ac si id manus facere non potest: uulsella / quali fabri utuntur: iniicienda est / recte se habendi capiti ab ea parte / qua sima est: ut ea parte / qua cibra est eminens os in suam sedem compellat. Si id maius est: membranulis que cinguntur: sinere oportet ea submedica mentis resolui / idq̄ os / ubi iam nudatū est abscidere / quod maturius scilicet faciendum est. potest que ea ratione & os coi re et uulnus sanescere. Illud suo tempore: hoc pro utse habet. Nonnunquam etiam in magno uulnere euenit / ut fragmenta quaedam uelut emoriantur neque cum cæteris coeant. Quod hic quoque ex modo fluentis humoris colligitur. Quo magis necessarium est sæpius ulcus resoluere atq̄ nutrire. Sequitur uero ut id os per se post aliquot dies excidat. cum tam misera antea cōditio uulneris sit. tamen id interdum maius diutiusq̄ facies. Saepe enim integra cutis / osse abrumpitur: protinus q̄ prurigo et dolor oritur. Quæ soluere / si accidit: maturius o portet: & fouere aqua per aestatem frigida: per hyemem egeli da deinde cæratum myrteū imponere. Interdum fractura qui busdam / uelut aculeis carnem uexat: quo aprurigine & punc ti onibus cognito: aperire id melius: eos que aculeos præcidere necesse habet Reliqua uero curatio inutroque hoc casu eadem est: quae ubi ictus protinus intulit puro iam ulcere. Cibis hic quoque utendum est carnem producentibus. si breuius adhuc membrum est: & ossa loco suo non sunt / paxillus tenuis q̄ le uissimi generis inter ea demitti debet / sic ut capite paulum su pra ulcus emineat: isq̄ quotidie plenior adigendus est / donec par id membrum alteri fiat. Tum paxillus remouendus: uul nus sanandum est: cicatrix inducta fouenda frigida aqua est inqua myrtus: hedera: aliae ue similes herbenae sint: illinendū

Cibra. Cimba est os eminens.

que medicamentum est: quod siccet: & magis etiam hic quiescendum donec id membrum confirmetur. Siquando uero ossa non conferbuerunt: quae sæpe soluta: sæpe mota sunt: inapto deinde curatio est. possunt enim coire. Si uetustas occupauit: membrum extendendū est: ut aliquid lædatur. Ossa inter se manu dividenda/ut concurrendo exasperentur: ut siquid pīgue est eradatur: totum que id quasi recens fiat. Magna tamē cura habita/ne nerui musculi ue ledantur. Tum uino fouendū est: in quo malicorium decoctum sit: imponendum que id ipsum oui albo mixtum. Tertio die resoluendum: fouendumque aqua/inqua uerbenae de quibus supra dixi decoctæ sit. Quinto die idem faciendum: ferulæque circundandae. Caetera & ante & post eadem facienda. quae suprascripsi. Solent tamen interdum transuersa inter se ossa conferuere. Eoque & breuius membrum & indecorum fit: & si capita acutiora sunt/assiduæ punctiones sentiuntur. Ob quam causam frangi rursus ossa & dirigi debent. Id hoc modo fit. Calida aqua multa membrum id fouetur & ex cerato liquido perfricatur intenditurq; & inter haec medicus pertractans ossa: ut adhuc tenero callo manibus ea diducit: cōpellitq; id quod eminet in suam sedem: & si parum ualuit: ab ea parte inqua os se inclinat inuolutam lanam regulam obiicit. Atq; ita deligando assuescere iterum uetustæ sedi cogit. Nonnunquam autem recte quidem ossa ceperunt. superincreuit uero nimius callus. ideoque locus intumuit. Quod ubi incidit diu leuiterque id membrum perfricandū est ex oleo & sale & nitro: multumque aqua calida salsa fouendum: & imponendum malagma quod digerat: astrictiusque alligandum: oleribusq; et praeterea uomitu utendum. Perquæ cū carne callus quoq; extenuatur. Cōfertq; aliquid desinapi quod cum ficu in alterum par membrum impositum: donec id paulū erodat eoque euocet materiam. Vbi is tumor extenuatus est. rursus ad ordinem uitæ reuertendum est.

De luxatis ossibus. CAPVT: XI.

a De fractis quidem ossibus hactenus dictum sit. Moueantur autem ea sedibus suis duobus modis. Nam modo quæ iuncta sunt interse dehiscunt: ut cum latum scapularum os ab humero recedit: & in brachio radius a cubito: & in crure tibia a sura: interdum a talu/calcis os a talo. quod raro tamen fit. Modo articuli suis sedibus excidunt. Ante deprioribus dicam. Quorum ubi aliquid incidit: protinus is locus cauus est. depressusque digitus sinum inuenit. Deinde grauis inflammatio oritur: atq; in talis præcipua. Siquidem febres quoque & cancros & neruorum uel distentiones uel rigores: qui caput scapulis annectunt: mouere consueuit. Quorum uitandorum' causa facienda eadem sunt: quae in ossibus mollibus læsis aliquid ubi incidit protinus iis locis proposita sunt. ut dolor tumorque per ea tollantur. Nam diducta ossa nunquam rursus interse iunguntur. & ut aliquid decoris eo loco sit nihil usus admittitur. Maxilla uero & uertebra omnesque articuli cum ualidis neruis comprehendantur: excidunt aut ui expulsi: aut aliquo casu neruis uel ruptis uel infirmatis. faciliusq; in pueris & adolescentulis/quam in robustioribus. hicq; elabuntur in priorem & in exteriorem partem: quidam omnibus modis: quidam certis. Sunt que quædam communia omnium signa. quædam propria sunt cuiusque. siquidem semper ea parte tumor est: in qua os prorumpit. ea sinus: a qua recessit. Et haec quidem in omnibus deprehenduntur: alia uero si in singulis. Quae simulatque de quoque dicam proponenda erunt. Sed ut excidere omnes articuli non possunt: sic non omnes reponuntur. Caput enim non nunquam compellitur: neque inspina/uertebra: neq; ea maxilla quae utraque parte prolapsa ātequam reponeretur inflammationem mouit. Rursum qui neruorum uitio prolapsi sunt: compulsi quoque in suas sedes/iterum excidunt. At quibus inpueritia exciderunt: neque reposita sunt: minusquam cæteri crescunt. Omniumque/quae loco suo non sunt/caro ea increscit: magisque in proximo membro/quam in ulteriore. Vt puta si humerus loco suo non est: maior in eo ipso sit/quam' in

brachio: maior in hoc / quam in manus acie: Tum pro sedibus & pro casibus / qui inciderunt: aut maior aut minor usus eius membri relinquitur. quoque in eo plus usus supereſt: eo minus id extenuatur. Quicquid autem loco suo motum est: ante inflammationem reponendum est. Si illa occupauit: dum concesscat. Tunc lacessendum est. Vbi finita est: tentandum est in iis membris: quae id patiuntur. Multum autem eo confert & corporis & neruorum habitus. Nam si corpus tenue: si humidū est / si nerui infirmi: expeditius os reponitur. Sed & primo facilius excidit: & postea minus fideliter continetur. Quae cōtraria his sunt: melius continent. Sed id quod expulsum est: difficulter admittunt. Oportet autem ipsam inflammationem leuare / super sucida lana ex aceto imposita. A cibo si ualentioris articuli casus est triduo: interdum etiam quinque diebus abstinere / debere: Bibere aquam calidam / dum sitim finiat. Curiosius que haec facere iis ossibus motis: quae ualidis plenis que musculis continentur. si uero etiam febris accessit: multo magis deinde ex die quinto fouere aqua calida: remota que lana caeratum imponere ex cyprino factum: nitro quoque adiecto donec omnis inflammatio finiatur. Tunc infrictionem ei membro adhibere. cibis uti bonis: uti uino modice: iam que ad usus quoque suos id membrum promouere. quia motus ut in dolore pestifer: sic alias salubertimus corpori est. Haec communia sunt: nunc de singulis dicam.

De maxillae luxatae curatione. CAPVT. XII.

m Axilla in priorem partem propellitur: sed modo altera parte: modo utraque. Si alteram in contrariam partem: modo utraque ipsa mentum que inclinatur: dentes paribus nō respondent. sed sub iis qui secant canini sunt. At si utraque: totum mentum inexteriorem partem pmouetur. inferioresque dentes longius quam superiores excedunt: intenti que super

musculi apparent. Primo quoque tempore homo in sedili collocandus est sic/ut ministet a posteriore parte caput eius contineat, uel sic ut iuxta parietem is sedeat: subiecto inter parietem & caput eius scorteo pulvino duro. eo que caput per ministrum urgeatur quo sit immobilius. Tū medici digiti pollices linteolis uel fasciis ne dilabantur inuoluti in os eius cōiiciendi: caeteri extrinsecus admouendi sunt. Vbi uehementer maxilla apprehensa est: si una parte procidit: concutiendum mentum & ad guttur adducendum est. Tunc simul & caput apprehendendum & excitato mento maxilla in suam sedem compellenda & os eius comprimendum est sic ut omnia pene uno momento fiant. Si inutraq; parte prolapsa est eodem omnia facienda. sed æqualiter retro maxilla agenda est. Reposito osse si cum dolore oculorum & ceruicis ille casus incidit: ex brachio sanguis mittendus est. Cum omnibus uero quorum ossa mota sunt: primo liquidior cibus conueniat: tum his præcipue: adeo ut sermo quoq; frequenti motu oris p̄ neruos lædat.

De capite luxato. CAPVT. XIII

Caput duobus processibus induos sinus summae uertebræ demissis super ceruicem contineri in prima parte proposui. Hi processus interdum in posteriorem partem excidunt: quo fit ut neruus sub occipitio extendatur: mentum pectori agglutinetur: neque bibere is: neq; loqui possit: interdum sine uoluntate semen emittat. Quibus celerrime mors superuenit. Ponendum autem hoc esse credidi: non quo curatio eius rei ulla sit: sed ut res inditiis cognosceretur: & non putarēt sibi medicum defuisse siqui sic aliquem p̄didissent.

De spina luxata CAPVT. XIIII.

Idem casus manet eos: quorum in spina uertebrae excidunt. Id enim non potest fieri/nisi ex medulla quae per

medium: & duabus membranulis/quae per duos a lateribus p cessus feruntur: et nerbis/qui continent ruptis. Excidunt autē et in posteriorem partem et in priorem et supra septum transuersum et infra. In utranque partem exciderit / a posteriore parte uel tumor/uel sinus oritur. Si supet septum id incidit: manus resoluuntur: uomitus / aut distentio neruorum insequitur, spiritus difficulter mouetur: dolor urguet: et aures obtusæ sunt. Si sub septo: femina resoluuntur: urina supprimitur: interdum etiam sine uoluntate prorumpit. Ex eiusmodi casibus ut tardius quam ex capitis: sic tamen intra triduum homo moritur. Nam quod Hippocrates dixit uertebra in exteriorem partem prolapsa: pronum hominem collocandum esse & extendendum: tum calce aliquem super ipsum debere consistere: id intus impellere: in iis accipiendum est: quae paulum excesserunt: nō iniis/quae toto loco mutatæ sunt. Non nunquam. n., neruorum imbecillitas efficit: ut quanuis non exciderit uertebra: paulum tamen in priorem partem promineat. Id non iugulat. sed ab interiore parte non contingit quidem posse. ab exteriore/si propulsum est/plerunque iterum redit: nisi quod admodum rarū est: uis neruis restituta est.

De humero luxato. CAPVT. XV

b Vmerus autem modo inalam excidit: modo inpartem priorem. Si inalam delapsus est & uinctus cubitus recedit ab latere: rursum iuxta eiusdem partis aurem cum humero porrigi non potest. Longius que altero id brachium est. Si in priorem partem summum quidem brachium extenditur / minus tamen quam naturaliter: difficilius que in priorem partem quam in posteriorem cubitus porrigitur. Igitur si in alam humerus excidit: & uel puerile adhuc est corpus uel molle certe et imbecillibus neruis intentum est: satis est collocare id insedili et ex duobus ministris alteri imperare: ut caput late scapularum ossibus leniter reducat. alteri ut brachium extendat: ipsum posteriore parte residentem renum sub ala eius coire simulque et ille os et altera manu brachium

Spathula.

eius ad latus impellere. At si uastius corpus: nerui ue ro buſtiores ſunt: neceſſaria eſt ſpathula lignea: & quæ craſſi tudinem duorum digitorum habet: longitudine ab ala ad digi tos peruenit. In qua ſumma capitulum eſt rotundum & leniter cauum: ut recipere particulam aliquam ex capite humeri poſ ſit. In ea bina foramina tribus locis ſunt inter ſe ſpatio diſtã tibus: in que ea lora mollia coiiciuntur. Eaq; ſpatha faſcia in uoluta quo minus tactu lædat ad alam a brachio dirigitur, ſic ut caput eius ſummae alae ſubiiciatur. Deinde loris ſuis ad brachium deligatur: uno loco paulum infra humeri caput: alte ro paulum ſupra cubitum: tertio ſupra manum. Cui rei proti nus interualla tunc quoque foraminum aptata ſunt. Sic brachi um deligatum ſup ſcalae gallinariae gradum traiicitur ita alte ut conſiſtere homo ipſe non poſſit, ſimul que in alteram par tem corpus demittitur: in alteram brachium intenditur. Eoque fit ut capite ligni caput humeri impulſũ in ſuam ſedem modo cum ſono modo ſine hoc compellatur. Multas alias eſſe ratio nes ſcire facile eſt uno Hippocrate lecto: ſed non alia magis uſu comprobata eſt. At ſi in priorem partem humerus excidit ſupinus homo collocandus eſt: faſciaque aut habena media a la circundanda eſt: capitaq; eius poſt caput hominis miniſtro tradenda: brachium alteri: præcipiendumque ut ille habenam: hic brachium extendat. Deinde medicus caput quidem homi nis ſiniſtra debet repellere: dextra uero cubitum cum humero attollere: & os in ſuam ſedem compellere. Faciliuſque id in hoc caſu quam in priore reuertitur. Repoſito humero lana a lae ſubiicienda eſt. Si interiore parte os fuit: ut ei oppona tur Si in priore parte: ut tamen commodius deligetur. Tum fa ſcia primum ſub ala obuoluta caput eius debet comprehende re: deinde profectus ad alterã alam: ab ea que ad ſcapulas: rurſusque ad eiuſdem humeri caput tendere. Saepiusque ad eã dem rationem circumagi: donec bene id teneat. Vinctus hac ratione humerus commodius continetur. Si adductus ad latus ſit, ad id quoque faſcia deligatur.

Decubiti luxati curatione

CAPVT. XVI.

IN cubito autem tria coire: ossa humeri: & radii: & cubiti ipsius ex iis quae prima parte huius uoluminis posita sunt: intelligi potuit. Sed cubitus qui innexus humero est: ab hoc excidit. radius qui adiunctus est. interdum trahitur: interdum subsistit. In omnes uero quattuor partes excidere cubitus potest. sed si in priorem prolapsus est: extentum brachium est: neq; recuruatur. Si in posteriorem: brachium curuum est: neq; extenditur, breuiusq; altero est. Interdum febrem uomitum q; bilis mouet. Si in exteriorem interiorem ue brachiū porrectum est: sed paulum in eam partem a qua os recessit recuruatum: quicquid incidit, reponendi ratio una est. Neq; in cubito tantum est: sed inomnibus quoq; membris longis: quae p articulum longa testa iunguntur. Vtrunq; membrum in diuersas partes extendere donec spatium inter ossa liberum sit. Tum id os quod excidit, ab ea parte inquam plapsum est incō trariā impellere. Extendendi tamen alia atq; alia genera sūt: prout nerui ualent aut ossa huc illuc ue sederunt. Ac mō manibus solis utendum est: modo quaedam alia adhibenda. ergo si in priorem partem cubitus prolapsus est: extendi p duas manus: interdum etiam habenis iniectis satis est. Deinde rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est. & super id repente cubitus adhumerum impellendus est. At in aliis casibus cōmodissimum est eadem ratione brachium extendere. quae fracto cubito supra posita est: & tum ossa reponere. Reliqua curatio eadem est quae inomnibus. Celerius tantum & sæpius id resoluendum est: multoq; magis aqua calida fouendum: diutius ex oleo & nitro ac sale perfricandum. In cubito enim celerius q̄ in ullo alio articulo: siue extra remanſit: siue intus reuertit: callus circundatur. is q; si per quietem increuit: flexus illius postea prohibet.

De manu luxata.

CAPVT. XVII

manus quoque in omnis quatuor partes prolabitur. Si in posteriorem partem excidit portigi digiti non possunt. si in priorem nō inclinantur. si in alterutrū latus: manus incōtrarium. ideſt aut ad pollicem: aut ad minimum digitum conuertitur. Reponi non difficillime potest. Super durum locum & renitentem exaltera pte intendi manus: exaltera brachiū debet: sic ut pna sit. si in posteriorem prem os excidit: supina. si in priorem si in interiorem exteriorem ue: in latus. Vbi satisneruididucti sūt. si inalterutrū latus pcidit manus brachiū incontrarium repellendum est. At his / quae in priorem / posteriorem ue partem prolapsa sunt: superimponendum durum aliquid. id que supra prominens os manu urguendum est: per quod uis adiecta facilius id in suā sedem compellit.

De palma CAPVT. XVIII.

Npalma quoque interdum suis sedibus promouentur: modo in priorem partem: mō in posteriorem. In latus. nomoueri paribus ossibus oppositis non possunt. signum id solum est: quod omnium commune est. Tumor ab ea parte: in quam os uenit: sinus abea aqua recessit. Sed sineintentōe digito / tantummodo bene pressum os in suam sedem reuertitur.

De digitis. CAPVT. XVIIII.

Et in digitis totidem fere casus / eademque signa sunt. quae in manibus. Sed in his extendendis non æque ui opus est: cum & articuli breuiores & nerui minus ualidi sint. Super mensam tantummodo intendi debent / qui uel in priorem uel inposteriorem partem exciderunt. tum iam palma compelli: atque id quod inlatus elapsum est / digitis restitui.

De femore CAPVT. XX

Cum de his dixerim: de iis quoque quæ in cruribus sunt, uideri possum dixisse. Siquidem etiam in hoc casu quædam similitudo est femori & humero: & tibiæ & cubito: pedi & manui. Quædam tamen separatim quoque de his dicenda sunt. Femur in omnes quatuor partes promouetur. saepissime in interiorem: deinde in exteriorem: raro admodum in priorem, aut posteriorem. Si in interiorem partem prolapsum est crus longius altero & uastius est. Extra enim pes ultimus spectat. si in exteriorem: breuius: rarumq; fit & intus inclinatur. Calx ingressu terram non contingit: sed planta ima. melius que id crus superius corpus, quam in priore casu fert: minus que baculo eget. si in priorem crus extensum est: implicari que non potest. alteri cruri ad calcem par est. sed ima planta minus in priorem partem inclinatur: dolor que in hoc casu præcipuus est: & maxime urina supprimitur. Vbi cum dolore inflā matio quæuit: commode ingrediuntur totusque eorum pes est. Sed & si in posteriorem extendi non potest crus: breuiusque est: ubi cōstitit: calx quoque terram non contingit. Magnum autem femori periculum est: ne uel difficulter reponatur: uel repositum rursus excidat. Quidam iterum semper excidere contendunt. sed Hippocrates & Diocles & Philotimus & Nileus & Heraclides tarentinus, clari admodum auctores, ex toto se restituisse memoriae prodiderunt. Neq; tot genera machinamentorū quoque adextendendum in hoc casu femur Hipocrates: Andreas: Nileus: Nymphodorus: Protarchus: Heraclides repperissent: si id frustra esset. Sed ut haec falsa opinio est: sic illud uerum est. Cum ibi ualentissimi nerui, musculi que sint: si suum robur habent uix admittere: si non habēt postea nō contineri. Tentandū igitur est. & si tenerius membrum est: satis est habenam alteram ab inguine: alteram a genu intendi. Si ualidius: melius adducent, qui eas dem habenas ad ualida bacula deligarint: tumq; eorum fustium imas partes oppositae moræ obiecerint: superioresque ad se utraq; manu traxerint, Etiam num ualentius intenditur membrum sup

similitudo membrorum

scannum: cui abutraque parte axes sunt: ad quos habenae illae deligantur. qui ut intorcularibus conuersi rumpere quoque si quis perseuerauerit / non solum extendere neruos & musculos possūt. collocādus aūt homo super id scannum est / aut pronus aut supinus / aut in latus: sic ut semper ea pars superior sit: in quam os prolapsum est: ea etiam inferior: a qua recessit. Neruis extentis si inpriorem os uenit: rotundum aliquid super inguen ponendum: subitoque super id genu adducendum est eodem modo eademque de causa: qua idem in brachio fit. pti nusq; si complicari femur potest: intus est. In caeteris uero casibus / ubi ossa per uim paulum inter se recesserunt: medicus debet id quod eminet retro cogere. minister contra inde coxam propellere. Posito osse nihil aliud noui curatio requirit: quam ut diutius is in lecto detineatur: ne si motum adhuc neruis laxioribus femur fuerit: rursus erumpat.

De genu: CAPVT. XXI.

g Enu uō & in exteriorem & in interiorem & in posteriorē ptem excidere notissimū est. in priorē nō prolabi pleriq; scripserunt. Potest que id uero proximum esse cum inde opposita patella / ipsa quoque caput tibiæ contineat. Meges tamen eum cui in priorem partem excidisset: a se curatum esse memoriae prodidit. In his casibus intendi nerui rationibus iisdem: quas infemore rettuli possunt. Et id quidem quod inposteriorem partem excidit eodem modo rotundo aliquo super poplitem imposito: adductoque eo crure reconditur. Cætera uero manibus simul tum ossa in diuersas partes compelluntur.

De talo: CAPVT. XXII

t Alus in omnes partes prolabitur. Vbi in interiorem partem excidit: ima pars pedis in exteriorem partem conuertitur. Vbi huic contrarius talus. contrarium etiam signum ex

tat. Si in priorem partem erumpit a posteriore: latus neruus durus & insanus est: manusq; his opus est. si in posteriorem calx pene conditur: plaga maior fit. Reponitur autem is quo que per manus / prius in diuersa pede & crure diductis. Et in hoc quoque casu diutius in lectulo perseuerandum est: ne is talus qui totum corpus sustinet parum confirmatis neruis ferendo oneri cedat, rursus que prorumpat. Calciamentis quoq; humilioribus primo tempore utendum: ne iunctura talum ipsum laedat.

De planta CAPVT.XXIII

PLantae ossa iisdem modis qbus in manu prodeunt: iis iisdemque conduntur. Fascia tantummodo calcem quoque debet comprehendere: ne cum medium plantam imum q eius minciri necesse est: libet talus in medio relictus materiam pleniorem recipiat: ideoque suppuret.

De digitis. CAPVT.XXIIII.

IN digitis nihil ultra fieri debet: quam quod in iis: qui sunt in manu positum est. Potest tamen conditus articulus medius aut summus canaliculo aliquo contineri. Haec facienda sunt in iis casibus, ubi sine uulnere ossa exciderunt. Hic quoque & ingens periculum est: & eo grauius: quo maius membrum est. quo ne ualidioribus neruis / aut musculis contineri. Ideoque humeris / femoribus que metus mortis est. ac si reposita ossa sunt: spes nulla est. Non repositis tamen: nō nullum periculum est. Eoque maior in utroque timor est: quo propius uulnus articulo est. Hippocrates nihil tuto reponi posse / praeter digitos & plantas & manus dixit. atque in his quoque diligenter esse agendum: ne praecipitarent. Quidam brachia quoque & crura reposuerunt. Et ne cancri / distentiones que neruorum orirentur: sub quibus in eiusmodi casu fie-

Humeris femoribusq; metū mortis.

ret mors matura: sanguinem ex brachio miserunt. Verum ne digitus quidem: in quo minimum ut malum / sic etiam periculum est: reponi debet ante inflammationem: aut postea cum iam uetus res est. Si quoque reposito osse / nerui distendantur: rursus id primus expellendum est. Omne autem membrum: quod cum uulnere loco motum / neque repositum est: sic iacere conuenit ut maxime cubantem iuuat: tantum ne moueatur: ne ue dependeat. In omni tali morbo magnum ex longa fame praesidium est. Deinde ex curatione eadem quae proposita est: ubi ossibus fractis uulnus accessit. Si nudum os eminet: impedimento semper futurum est. Id quod excidit: abscidendum est. Imponendaque super arida linamenta sunt et medicamenta non pinguia: donec quae sola esse ineiusmodi re sanitas potest: ueniat. Nam et debilitas sequitur: et tenuis cicatrix inducitur. quae necesse est / facile noxae postea pateat.

CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER FINIT FLORENTIAE A NICOLAO IMPRESSVS ANNO SALVTIS M CCCC L XXV III

Anno humanae instaurationis · M · CCCC · LXXXX · XV cal Sextiles · uenetijs in aedib̄ joānis a Tossy etruschi ipe Marcellus philoxenus cornelianę lectioni modū imposui —

CL. 6/47

CELCI COR
DE
MEDICINA
FLOR·1478